cunt brevi Spiram venturum. Salutat te D. Doctor *Casparus* Notarius colloquii iuratus. D. *Lutherum* nostrum meo nomine reverenter salutabis. Vale.

No. 2127. 15. Ian.

Mollerus ad N. N.

Edita in Strobelii Beiträgen zur Litterat. I. p. 499. Legitur etiam apogr. in cod. Goth. 190. p. 213.

Ioachimus Moellerus ad amicum quendam.

Praeter omnium spem et expectationem subito colloquium est inchoatum[1]) die 14. Ianuarii hora octava. Hodie D. *Philippus* consumsit fere tres horas explicando doctrinam, quae in nostris Ecclesiis traditur de peccato originali. A[2]) prandio hodie responsum dabit[3]) *Eccius*, quem spero dicturum sententias meditatas inter pocula, sicut heri dixit. Quid sit spei de hoc congressu, nondum possum divinare. Sed hoc non dubium est mihi, quin Deus sit glorificaturus Ecclesiam suam, et confusurus Sycophantas maledicos, ut iam fecit. Vos rogate Deum, ut adsit nostris.

Haec volui tibi significare, et rogo, ut boni consulas hanc brevitatem. Nam sero indicatum[4]) est nobis veredarium ad principem[5]) iturum esse. Nemini conceditur interesse colloquio, sed tamen mihi a bonis amicis communicantur omnia, qui diligenter excipiunt. Haec ubi rediero[6]) te non celabo. Saluta omnes amicos meo nomine, et praecipue *Ioannem* senem, et heram, cui defero omnia mea officia[7]). Multi hic adsunt peregrini, et quotidie augetur numerus Hispanorum et Italorum[8]). *Caesarem* expectant *Spirae* intra paucos dies. Bene vale. Vormatiae 15. Ianuarii 1541. D. *Philippus* recte valet.

---

1) Cod. *coeptum*.
2) Cod. *A*, Strob. *et*.
3) Cod. *respondebit*.
4) Strob. *praedicatum*.
5) Pro *ad princip.* Strob. *vel nuntium*.
6) Cod. addit: *ad vos*.
7) *Saluta* etc. cod. non habet.
8) Cod. mendose *Scotorum*, et reliqua non habet.

No. 2128. 15. Ian.

Carolus Imp. ad Granvel.

Edita ex apographo a Roedero l. l. p. 153. Eiusdem epist. apographon inveni in Tabul. Vinar. Reg. B. fol. 48. Vol. V. p. 62. et in cod. Goth. 399. p. 71 b.

(*Carolus Imperator ad Dom. a Granvella*) *).

Accepimus postremas vestras literas, ex quibus praeter alias superiores complures, in quibus iam dudum hoc abunde significatum est, intelleximus ea, quae usque ad eum diem, quo postremae vestrae datae sunt, acta fuerint[1]) cum a vobis tum a commissariis praesidentium ad colloquium hoc promovendum et exordiendum, quodque hactenus hic fieri non potuit propter impedimenta et difficultates, quae inciderunt[2]). Certum etiam habemus, bonam in hac re operam et officium praestitum, arbitramurque, Deum[3]), cuius haec est causa, ita id fieri permisisse ob meliorem aliquem finem eumque pro sua benignitate clementiaque inspiraturum nobis[4]) omnibus partibus rationes et modos consentaneos et acceptos in proxima diaeta ad reducendam Germaniam in catholicam unionem, ut sancte et tranquille illi serviatur. Praesertim vero firmam spem concepimus cum auxilio Dei, postquam nobis[5]) scribitis certioresque nos aperte facitis, omnes ex partibus ad hanc[6]) concordiam propensissimos esse et maxime animatos[7]), quod sane nobis magnopere gratum est, quum nihil sit[8]) ex omnibus rebus, quod[9]) ardentius desideremus. Quumque, ut vobis perspectum est, ob eam causam ex nostris regnis Hispaniarum discessimus, omnibus negotiis relictis et posthabitis, iterque ingressi sumus tam grave et tantum et tale, quod omnibus facile perspicuum esse potest; post-

---

*) Apud Roed. legitur haec inscriptio: „Charissimo et fideli equiti primario nostro consiliario Status libellorumque supplicum primario, et sigillorum nostrorum Servatori." In cod. Goth.: „Imperator et rex ad D. Perenotum de Granvela."

1) Roed. *fuerunt*.
2) Cod. Goth. *interciderunt*.
3) Cod. Goth. *Dominum*.
4) Cod. Goth. *nobis*, *qui*.
5) Cod. Goth. *ut nobis*.
6) Cod. Goth. pro *hanc* habet *bonam*.
7) Cod. Goth. *antistites*, quod fortasse praeferendum.
8) Cod. Goth. pro *nihil sit* habet *cum quidem*.
9) Pro *quod* cod. Goth. *nihil*.

quam autem initium colloquii istius hactenus retardatum est, literisque vestris significatur [10]), nonnihil superesse difficultatis: commodius nobis videtur, ut [11]) acceptis istis praesentibus, sive colloquium inceptum sit sive non, consideretis vos et [12]) orator Serenissimi Regis Romanorum, fratris nostri, dictique commissarii, ut recessum honestum et convenientem instituatis, ne diaeta imperialis proxima aut impediatur aut retardetur [13]), utque dictae partes eo citius Ratisbonae adsint, quo in loco diaeta est definita, quoque nos accedemus Deo ita concedente ad finem istius mensis praesentis, posteaquam continuo opus ipsum aggredi decrevimus. Ut [14]) praeterea animos utriusque partis serio admoneatis iniungatisque, posthabitis quibuscunque excusationibus ibi praesentes adsint, utque animadvertant et considerent, quantum illorum dicta concordia [15]) intersit, quodque illa nunquam [16]) aeque commode ut hoc tempore resarciri possit, conferantque et cogitent [17]) officium et laborem, quem nunc in hunc finem praestamus. Exhortantes vos insuper, ut interea quisque pro se animadvertat et ex charitate christiana cogitet rationes, quae ad sinceram, apertam et integram concordiae huius directionem conducant. Quantum sane est officii nostri, continenter ei rei invigilemus [18]) talesque nos exhibebimus, faciemusque, ut accedente subsidio et officio illorum bonum effectum consequatur [19]), utque omni Germaniae perspectum et cognitum sit, nostram sententiam talem esse, et semper fuisse ad pacem et communem eius [20]) utilitatem, cuiusmodi dictis partibus tam generaliter quam particulariter significastis. Vestro igitur studio committimus iniungimusque ea, quae superius dicta sunt atque praeterea in totum, quod convenire videbatur [21]), ut omnes hic appareant [22]) conveniantque ad proximam diaetam imperialem, quemadmodum antea explicatum est, occurratisque nobis, quam citissime poteritis, quod quum brevi futurum speramus, quum nunc in itinere sumus, servamus ea, quae reliqua sunt, ex literis vestris aliisque [23]) negotiis in id tempus, praeter ea, quae vobis respondebimus per postremum veredarium. Charissime, Deus sua sancta protectione vos conservet. Scriptum Sersbergi 15. Ianuarii 1541.

signatum Carolus.
Baur.

10) Cod. Goth. *significatum, adhuc.*
11) Cod. Goth. *et.*
12) Roed. *ut.*
13) Cod. Goth. *ne literae imperiales diu aut impediantur aut retardentur.*
14) Cod. Goth. *utque.*
15) Cod. Goth. *inter istorum dicta.*
16) Cod. Goth. *minus.*
17) Cod. Goth. *cogitentque ac coniungant.*
18) Cod. Goth. *invigilamus*; fortasse vera lectio *invigilabimus.*
19) Cod. Goth. *bonus effectus subsequatur.*
20) *eius* non habet cod. Goth.
21) Cod. Goth. *videbitur.*
22) Pro *hic appareant* cod. Goth. *se apparent.*
23) Cod. Goth. *eiusque.*

No. 2129. (fere d. 17. Ian.)

Mollerus ad N. N.

† Ex apogr. in cod. Goth. 190. p. 216.

Fragmentum epistolae Ioach. Moelleri, d. 18. Ianuarii (1541.).

Palatinus scripsit huc in hanc sententiam: velle se, ut de ordine et modo congressus non moveant controversiam sui legati, sed ut ipsis liceat libere profiteri, quid sentiant, seu scripto seu voce. Non voluit impedire institutam colloquutionem, quae si procedat, spero, eos et Marchicos et Iuliacenses multo liberiora scripta exhibituros esse. Omnia ab adversariis adhuc invidiosissime acta sunt. Nos ingenue et simpliciter semper respondemus, quasdam etiam conditiones duriores accepimus, ne videremur detrectare certamen. Sed nobis plane res est cum lucefugientibus. Vos orate Deum, ut nobis adsit et servet suam ecclesiam.

No. 2130. 17. Ian.

Menius ad Myconium.

† Ex apographo in cod. Mehn. I. p. 27.

Viro venerabili, Dom. Friderico Myconio, Gothanae ecclesiae pastori, compatri carissimo suo.

Gratiam et pacem a Deo patre nostro per Christum. Habes tu quidem, mi carissime compater,

causam non iniustam mecum expostulandi, quod de huius conventus negotiis ad te parcius, quam velles, scripserim, ac ne cogitare te quidem posse arbitror, tot nos dies, imo menses, hic otiosos consumsisse, quapropter prolixam, etsi veram potuissem, tamen excusationem texere nullam volui. Verum, cum quae in undecimam usque septimanam acta sunt, tanti momenti non sint, ut ad te perscribere voluerim, nisi et mihi ipsi scribendo et tibi legendo molestus admodum esse voluissem, neque enim quicquam actum est, quam quod variis undique modis tentati sumus, ut a colloquio instituto deterreremur, dabis veniam mihi, quod de negotiis, quae nulla prorsus fuerunt, nihil tibi quicquam significavi. Scripsi tamen ad te tertio, et libellum domini *Philippi de coniugio sacerdotum*, *de abusibus coenae dominicae*, *de primatu papae* recens editum misi, quae si tibi reddita non sunt, miror valde. Ac miror multo etiam magis, quod ad nos semel tantum scripseris, quos scis de tua salute periclitante sollicitos adeo esse. Et quidem Dom. *Philippus*, unaque cum (eo) nos omnes de te valde solliciti sumus, quanquam speramus, te convalescere coepisse. Nos dei beneficio omnes adhuc recte valemus, etsi ego aliquot dies decubuerim; at Dei beneficio convalui.

Die XIIII. Ianuarii colloquium tandem coeptum est, ac hodie sumta disputatio de articulo peccati originalis; et cum parum absit, quin inter utramque partem conventum sit, iam apud oratorem Caesareum dominus *Philippus*, *Bolerus*, *Eckius* et suffraganeus Moguntinus et de plena conciliatione[1]) agunt, nec quicquam est reliquum, quam ut utrinque statuant, sintne morbi post baptismum reliqui peccatum nominandi, postquam in baptismo (homo est) renatus[2]), et per remissionem ablutus[3]). *Eckius* concedit, peccatum originis vere inesse omnibus Adae filiis naturaliter propagatis, et tamen morbum et vitium legi divinae repugnans reliquum manere, quod et a peccato ortum sit, et peccata actualia efficiat, adeoque peccatum aliquo modo appellari posset, quemadmodum scriptio seu chirographum alterius manus dici solet; sed cum hoc sophisticum sit, non possumus reiicere. Est enim mira calliditas in vocabulis formali et materiali, de quo iam agitur, ut clare et certo statuatur. Si id fiet, ut spero, aditus nobis valde commodus est factus ad articulum de iustificatione. Verum num[4]) sit progressurum colloquium, valde dubitamus. Venit enim hoc vesperi, ut aiunt, *Caesar* Spiram, ad quem proficisci *Granvelo* necesse erit. Reliqua ex *Strubelio* et domino Cancellario audies. Commendo tibi ecclesias nostras et domum meam. D. *Philippus*, D. *Cruciger*, D. *Chilianus*, Cancellarius et *Delicius*[5]) omnes bene valent, teque amanter salutant. Dominus *Cruciger* quoque est colloquii notarius, et propter occupationes et iuramenti religionem non potest, etsi velit, tibi scribere. Nec *Philippo* vacat. Itaque nos excusatos habebis. Bene vale, die Antonii 1541.

Tuus *Iustus Menius.*

1) Scriptum est: *et de plena conciliia nomine*, quae mendosa sunt.

2) Cod. tantum *natus*; sed vix dubium, quaedam excidisse et *renatus* scribendum esse.

3) Cod. *ablatus*, quod mendum habeo.

4) Cod. *cum*, quod mendum videtur esse.

5) *Doltz.*

Nd. 2181. (17. Ian.)

Forma Concordiae.

Editum in Io. Eckii apologia pro — principibus catholicis — contra calumnias Buceri super actis comitiorum Ratisponens. (1542. 4.) pag. CX. — Iterum a Roedero l. l. p. 154. — Apographon in cod. Goth. 399. p. 68. — De re ipsa cf. Melanthonis epist. ad Camerar. d. 19. Ian. 1541.

Forma concordiae in doctrina de peccato originali, proposita (a Catholicis) *in conventu Wormat.*

Fatemur unanimi consensu[1]), omnes ab Adam propagatos secundum legem communem nasci cum peccato originali, et ita in ira Dei. Est autem peccatum originale carentia iustitiae originalis, debitae inesse, cum[2]) concupiscentia. Consentimus etiam, in baptismo remitti reatum peccati originalis cum omnibus peccatis per meritum passionis Christi. Manere autem, non solum apostolicis scripturis sed ipsa etiam experientia docti sentimus[3]) concupiscentiam, virium[4]) naturae infirmi-

1) *consensu*] Eck. et cod. *sententia.*

2) *cum*] cod. *et.*

3) *sentimus* non habet Roed.

4) *virium*] Eck. *vicium.*

tatem, morbum[5]). De quo quidem morbo in renatis inter nos convenit, quod maneat materiale peccati originis, formali sublato per baptismum. Materiale autem vocamus peccatum, quod fiat ex peccato[6]), quod ad peccatum inclinet, et ipsam humanae naturae depravationem, quae quod ad rem ipsam attinet, est quiddam repugnans[7]) legi Dei, quemadmodum Paulus quoque peccatum adpellat. Ad eandem rationem in scholis compendio doceri[8]) solet, manere in baptizato[9]) originalis peccati materiale, formale vero, quod reatus est, auferri.

Auf folgende Weis[10]) haben wirs angenommen: articulum nostrum satis perspicue et plane recitavimus in postrema collocutoris nostri oratione, et omnia copiose declaravimus. Ideo speramus aliis satisfacturum esse, nec operis esse, alium articulum cudi. Tamen quia in hoc articulo nihil videmus, quod dissideat a nostra sententia, ipse nobis non displicet. Sed quia est brevior, referimus nos ad nostras declarationes auditas.

No. 2132. **14—18. Ian.**

Colloquium Worm.

Ex operibus Mel. ed. Witteb. T. IV. p. 645—678. — Colloquium Wormatiae habitum inter Melanthonem et Io. Eckium primum editum est a Melanthone simul cum Actis colloquii Ratisbonensis, quod fuit 1541. Vid. quae infra praefati sumus ad conventum Ratisbonensem. Quanquam autem hoc Melanthonis scriptum neque ad eius epistolas neque ad eius consilia vel iudicia pertinet, tamen hic illud inserendum esse putavi propterea, quod hic reliqua omnia, quae ad acta (ut vocant) huius conventus et colloquii pertinent, hic collecta sunt.

Colloquium theologicum Wormatiae habitum inter Ioannem Eckium et Philippum Melanthonem.

Incoavit Collocutionem D. Doctor Iohannes Eccius.

Data et facta iussione per illustrem dominum Caesareae Maiestatis Oratorem, adiuncto sibi Regiae Maiestatis nuncio, et Dominis praesidentibus. Ego licet minimus inter fratres meos et dominos, ex parte undecim Principum catholicorum delectus et deputatus pro hoc colloquio, ante omnia unum praefabor. Quod mora hactenus protracta iam in decimam septimanam, partim facta fuit ob longas certationes intervenientes. Auxit autem non parum, quod domini adversae partis obtulerunt nobis exemplar confessionis et Apologiae minus consentaneum recessui Haganoensi, vigore cuius confessio ipsa, sicut Caesareae Maiestati ac Principum ordinibus fuit exhibita, nude, vere debebat nobis quoque fuisse exhibita. Unde non parum temporis et negotii absumsimus in illis conferendis, ut iustissime habuissemus occasionem colloquium differendi.

Verum cum simus ita animati, ut nihil magis pensi habeamus, quam ut Christianam concordiam cum illis inire possemus, qui ex nobis exierunt, etiam maiora libentius passuri, pro unitate Ecclesiae reconciliianda, et procuranda animarum salute. Illo ergo praetermisso, salva tamen protestatione, nomine Electorum et Principum coram Dominis praesidentibus facta, ad negotium ipsum convertamur[1]).

Et hoc quidem pro mea parte polliceor me id candide, amice, solius veritatis et pacis gratia facturum.

Quod si aliquando verbulum excideret, quod posset asperius videri, profecto non est mentis meae, neque collocutorem meum aut alios quoscunque praesentes velle exasperare, paratus semper amicam atque mansuetiorem exhibere interpretationem, ut omnes intelligant, me magis veritatem et charitatem quaerere, quam verbis durioribus nostra tueri. Ita illis praelocutis statim accingar ad negotium.

Quantum ergo ad Confessionem attinet, non moror proloquium.

Articulus quoque primus post Arianam haeresin profligatam ab universa Ecclesia Catholica est receptus, ut non opus sit in praesentia super eo contendere. Et ideo pergamus ad Articulum secundum, nisi dominus Collocutor aliquid in primo desideret.

---

5) Eck. addit: *etc.*

6) Eck. *vocamus peccati quod sit a peccato.*

7) *et ipsam humanae naturae — — — repugnans*] Roed. tantum haec: *quod repugnat*, praetermissis reliquis.

8) *doceri*] Eck. *dici.*

9) *baptizato*] Roed. *baptismo.*

10) Haec neque Roederus neque Eekius habet, sed leguntur in cod. Gothano. Sunt declaratio Protestantium data Catholicis, accepto ab ipsis hoc scripto.

1) Peuc. *convertamus.*

Respondit collocutor **Philippus Melanthon.**

Potestis pergere Domine Doctor.

Doctor **Iohannes Eccius.**

In Articulo ergo secundo, ubi damnantur veteres et novi Pelagiani, negantes peccatum originale in pueris, sicut et Zwinglius definivit peccatum originale solum esse defectum quendam naturae, recte in articulo peccatum originale adseritur. Sed duo sunt, quae petimus clarius explicari, ut ad cupitam concordiam perveniamus.

Primum est in explicatione peccati originis, quae fit in confessione, non modo per deformationem illius peccati, sed per gravia peccata etiam actualia. Apologia vero adeo non mollius sensit, sed immodice auxit, ut tribueret habentibus peccatum originale, non solum horribilem coecitatem, inobedientiam, sed etiam odium Dei, contemtum Dei, infidelitatem, cum multis aliis.

Cum autem hactenus in Ecclesia et sanctis patribus semper discrimen sit habitum inter peccatum actuale et originale, ne parvuli tantis criminibus onerentur, videtur antiqua patrum explicatio sufficere. Et per hanc commode expositam possumus venire in concordiam. Nam ista etiam in Apologia non reiicitur: peccatum originale scilicet esse carentiam iustitiae originalis debitae inesse. Unde non diffido, quin Collocutor meus cum suis, si concordiam quaerit, facile posset in unam sententiam nobis acceptabilem convenire.

Alterum vero quod petimus, et difficilius, quod in Confessione sub nube proponitur, sed in Apologia develatur, puta, non solum peccatum originale esse vere peccatum damnans ante Baptismum, sed concupiscentiam post Baptismum relictam, esse vere, per se et simpliciter peccatum, sicut contendit dominus Collocutor meus multis verbis in Apologia, et scripsit in libro de Anima. Et *Luther*, qui hanc contrarietatem Ecclesiae invexit, adfirmavit, concupiscentiam illam non solum materialiter, sed etiam formaliter esse peccatum proprie. Quare non immerito *Luther* fuit flagellatus (ut verbo Apologiae utar) a Catholicis ab ea parte, qua adstruit tantum manere peccati post Baptismum formaliter, quantum materialiter.

At forte omnes hic domini mei circumsedentes et circumstantes mallent, ut dictum ipsum principale prosequerer, his et aliis omissis, quae a diversis fuerunt dicta vel scripta.

Venio ergo ad principalem, et est nodus negotii, nisi benigniorem velitis dare interpretationem, facile hic non possumus convenire, licet de illa nondum desperem. Ratio, quae nos Catholicos movet, potest esse ista. Nihil est de novo adfirmandum in Ecclesia, quod pugnet cum Propheticis, Evangelicis et Apostolicis dictis, atque a sanctis patribus est reiectum. Asserere autem post Baptismum in puero remanens esse peccatum, praedictis omnibus est adversum, itaque a nobis ita crude recipi non potest.

Nam amplissimum Baptismi beneficium in novo Testamento a Christo Salvatore nobis datum, Spiritus sanctus, ut esset rota in medio rotae per Propheticos viros prius descripsit. Ita enim inquit per Micheam [c. 7. in fine] inter alia: Deponet iniquitates nostras, et proiiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Quod si aliquo glossemate mens Prophetae aliorsum torquetur, non permittet hoc idem Spiritus, per Ezechielem dicens cap. 36. Et effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Quem locum sancti Patres de Baptismo intellexerunt. Ponderat Beatus Hieronymus ad Oceanum, quod inquit: Ab omnibus inquinamentis; nam qui dixit, ab omnibus, nullum praeteriit.

Porro Christi verba ad Nicodemum hoc testantur: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Arbitratus id quod res est, sufficere ad renovationem animae, si per lavacrum Baptismi regeneretur. Quod non fieret, si permaneret peccatum adhuc a protoplasto Adam descendens, concupiscentiae scilicet.

Ita etiam Paulus testatur, baptisatos alloquens, Sed abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis. Quia non competunt in habentem peccatum damnabile sive capitale, habentem peccatum per se, et proprie et simpliciter.

Hieronymum audivimus. De sententia Augustini tam certa est Ecclesia, quod iam non uno loco, sed pluribus etiam libris expresserit.

In Enchiridio. In libro contra duas Epistolas Pelagianorum. Ad Valerium de nuptiis et quibusdam aliis. Baptisatum carere omni peccato, sed non carere omni malo, et improbat eos, qui existimarunt Baptismum non aliter repurgare pec-

cata, quam tonsor abradat capillos barbae iterum renascentes.

Haec ita breviter volui conferre, et amice, cum domino collocutore. Qui si forte idoneam et Catholicis acceptabilem daturus est expositionem, supervacaneum esset, coram tantis dominis et excellentissimis viris plura verba facere. At si quid desiderabitur, et plura adferre parati sumus, cum ex canonicis scripturis, tum ex sanctis patribus, modo intelligam mentem dominationis suae.

Hactenus D. Doctor Eccius. Respondit Philippus Melanthon.

Facta potestate dicendi ab illustri Domino Caesareae Maiestatis Commissario et Oratore, et generosis nobilibus et praestantibus viris dominis praesidentibus, sicut constitutum est, respondebo breviter, et qua decet moderatione.

Et primum quoniam sacra res agitur, auspicemur a precatione.

Filius Dei Dominus noster Iesus Christus, qui pro nobis factus est victima, aditurus mortem, rogavit Patrem coelestem: Pater sanctifica eos in veritate, sermo tuus est veritas. Cum autem certum sit exaudiri preces filii Dei, et hic propositus sit nobis pontifex propter quem exaudimur. Nos quoque ipsius voce et propter ipsum petimus, ut nos sanctificet sua veritate, ac mentes nostras et linguas regat, ut vera, pia et salutaria Ecclesiae suae dicamus. Flectat etiam omnium animos ad piam et sanctam concordiam.

Ac nos quidem Deum testem facimus, nos non cupiditate aliqua iniusta aut morositate dissentire a caeteris. Sed cum statuamus hoc doctrinae genus quod profitemur, vere esse perpetuum Catholicae Ecclesiae Christi consensum, bona conscientia Ecclesiis nostris hanc doctrinam proponimus. Ut autem veniam ad orationem clarissimi D. Doctoris collocutoris: Primum quod moram excusavit, et causam contulit in exemplarium dissimilitudinem: Respondeo rerum eandem esse sententiam, etsi quaedam alicubi in posteriore editione, vel magis mitigata, vel explicatiora sunt.

Quod adiecit, exiisse nos ex ipsis, obiiciens videlicet crimen desertae Ecclesiae, ad id respondere necesse est, etsi id faciemus hoc loco breviter.

Cum consensum Catholicae Ecclesiae Christi vere amplectamur, ac tantum quosdam abusus alterius partis reprehendamus, quemadmodum cogit coeleste mandatum, Non assumes nomen Dei vane. Et Paulus, Si quis aliud Evangelium docuerit, Anathema sit: non discessimus ab Ecclesia catholica Christi, sed relinquimus taxatos abusus. Ac ab ipsis verius ex ipsorum coetibus expulsi sumus, violentis Edictis, excommunicationibus, et nova acerbitate, quae in Ecclesia non fuit usitata. Non propterea Ieremias discesserat a populo Dei, etiamsi damnabatur ab iis, qui tenebant ordinariam potestatem, ita nobis quoque ratio nostri officii constat. Et iudicium Deo et verae congregationi Ecclesiae permittimus. Deinde semper nos ad iudicium Ecclesiasticum non partiale obtulimus, et adhuc nos offerimus. Quare nihil fuit opus praesertim in hac amica collocutione initio nos condemnare. Haec non volumus hoc tempore copiosius persequi. Ac nos referimus ad ea, quae saepe antea in hanc sententiam a nobis privatim et publice dicta et scripta sunt.

Quod pollicetur, se amanter disputaturum esse, gratum nobis est. Hoc certe vere affirmare possumus, nos sine acerbitate animi, sine odio dissentire. Libenter etiam vel iniquis conditionibus ac difficilibus sarturi communem tranquillitatem, quantum sine contumelia verbi Dei facere possumus. Quod ad me privatim attinet, tribuo D. Doctori collocutori eam laudem, quae homini erudito debetur.

Nunc ad articulos.

De primo Articulo. Non est controversia, in quo constat nostras Ecclesias fideliter defendisse communem consensum adversus Servetum, et alios quosdam. Ac volumus et hoc loco testatum, nos in Ecclesiis nostris retinere Symbola, Apostolicum, Nicenum et Athanasianum. Ac doctrinam de unitate essentiae divinae et tribus personis sic intelligere et explicare, sicut in Symbolis illis in veteribus Synodis, Nicena, Constantinopolitana, Ephesina et Calcedonensi exposita est: et praecipuis Ecclesiasticis scriptoribus, Athanasio, Basilio, Nazianzeno, Epiphanio, Ambrosio, Augustino.

Libenter etiam receptas in Ecclesia formas sermonis retinemus. Nam et nos vitandae ambiguitatis causa proprie et perspicue loquendum esse sentimus. Et tantum de primo Articulo.

De secundo articulo.

Non existimabamus eo tempore cum exhiberetur Confessio, futuram altercationem de hoc articulo cum his adversariis: sed aliorum clamores retundendi erant, qui prorsus tollebant peccatum originis, ut semper fuerunt, qui de peccato originis incommode senserunt, propterea quod magnitudo infirmitatis humanae non satis iudicio rationis conspici potest. Eamque ob causam hic articulus, et de ipso peccato, et de magnitudine infirmitatis tantum in verbo Dei revelatur.

Recte autem dixit D. Doctor de definitionibus facilius conveniri posse. Nam et nos recipimus veterem definitionem utramque. In quarum altera peccatum originis dicitur esse carentia iustitiae originalis debitae inesse. In altera vocatur concupiscentia; nec dissidere has definitiones, nec discrepare eas a nostra sententia iudicamus. Nam carentia illa significat despoliationem ingentium donorum, quae in conditione primis parentibus data sunt, videlicet lucis, qua firmiter agnoscebant Deum, aut agnoscere poterant, et conversionis voluntatis ad Deum, et rectitudinis omnium virium. His amissis successit caligo in mente, aversio voluntatis, et ἀταξία omnium appetitionum voluntatis et appetitus sensitivi. Haec conveniunt ad eam definitionem, in qua peccatum originis concupiscentia vocatur. Discernimus enim appetitiones ipsas, divinitus conditas, a depravatione, quae accessit, seu ab Ataxia. Manent in voluntate adfectus divinitus additi humanae naturae, manent appetitiones in sensitivo appetitu: nec proprie concupiscentiam veteres vocari volebant appetitiones illas divinitus additas, sed earum depravationem; ut quanquam in Catone est amor et admiratio virtutis, tamen voluntas aversa est a Deo. Ex his nos quidem, et veteres definitiones, et nostram sententiam cum illis congruere sentimus. Quod vero usi sumus vocabulis, quae significant actus, discernimus et nos originale ab actualibus. Sed cum negative descripserimus, significavimus donorum illorum despoliationem.

Nec illud reprehendendum est, quod exaggeramus magnitudinem eius mali, modo intra metas legitimas consistamus. Arbitramur enim non esse levia mala caliginem illam in mente, et aversionem voluntatis a Deo, ex quibus tam horribiles dubitationes Epicureae, Academicae, et infiniti errores de Deo orti sunt. Et accesserunt ad aversionem voluntatis horribiles blasphemiae omnibus aetatibus. Nec Prophetae leve malum describunt, cum inquit Iere.: Pravum est cor hominis et perversum.

Nec fuit exiguum ornamentum illa originalis iustitia, quam (ut nos quidem existimamus) significat similitudo vel imago Dei, qua videlicet mens humana templum erat Dei, in qua luceret illustris notitia Dei, firma adhaesio, et perfecta dilectio. Quare et Paulus renovari iubet imaginem; et ut intelligi possit, quid vocet imaginem, addit, in sanctitate, veritate etc.

Haec si de definitionibus satisfacient, nulla est discrepantia. Sed si non satisfacient, offerimus nos ad copiosiorem explicationem. Ac requirimus in iudicando candorem. De altero loco fortasse plus erit controversiae. Quod enim D. Doctor citavit multa testimonia, quae confirmant in Baptismo tolli peccatum, sentimus nos quoque in Baptismo, et remitti peccatum originis, et caetera (ut in adultis) et dari spiritum sanctum, qui incoat novam lucem, et conversionem voluntatis. Nec dubitamus quin tota Ecclesia sic sentiat. Id autem est amplificare et ornare Baptismum, quod tanta est gratiae exuberantia, ut hoc malum, quod reliquum est, etiam tegatur, et condonetur his, qui manent in gratia. Sicut Paulus inquit: Exuberare gratiam supra peccatum. Nunc manet hoc in controversia: an morbus reliquus in sanctis sit poena tantum seu adiaphoron, an vero sit res digna aeterna morte sua natura, si non condonaretur. Porro hic morbus non tantum est concupiscentia in appetitu sensitivo, nec tantum fomes seu qualitas corporis, sed reliqua est in mente nondum prorsus dispulsa caligo, ut maxime experiuntur sancti, qui agnoscunt dubitationes de Deo, diffidentiam. Nec ita voluntas conversa est ad Deum, ut tota ardeat dilectione; sed sancti etiam ruunt in admirationem et amorem sui. Manet igitur et in mente et in voluntate et in appetitu sensitivo infirmitas, quam toties deplorant sancti. Ut Paulus [Rom. 7.] inquiens, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Ait item grassari hanc legem in membris hostili more, et legem mentis captivam rapi. Haec non est levis querela. Nec illa levis ducenda est in Psalmis [Ps. 50.], Ecce in iniquitatibus conceptus sum etc.

Item [Ps. 116.], Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax, id est, non recte sentiens de Deo.

Quare malum illud, quod reliquum est, non tantum poenam, nec rem adiaphoram esse dicimus, sed rem sua natura dignam morte aeterna, nisi condonaretur. Et adultis opus est fide, quae et repugnet huic malo, et petat condonationem, qua fide excussa, rursus id malum etiam meretur mortem aeternam.

Testimonia in Scripturis expressa sunt. Nam Paulus diserte vocat peccatum hunc ipsum morbum, loquens de se iam renato Rom. 7. Habitat in carne mea peccatum. Et quidem hoc malum alias describit verbis privationem significantibus, alias positive, ut cum inquit: Sensus carnis inimicitia est adversus Deum, ac ne potest quidem legi Dei subiici.

Item, Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae. Nec tantum loquitur de appetitionibus in sensu, sed de superioribus malis. Nec peccatum aliud hic significat, quam quod ipse exponit in textu, videlicet, malum repugnans legi Dei.

Huc accedunt alia testimonia passim in scripturis tradita. Quia Prophetae, ut ostenderent hominem non esse iustum lege, sed opus habere remissione peccatorum, saepe repetunt doctrinam de hoc malo, ut in Genesi [c. 6.]: Cor hominis pravum est omni tempore. Ieremiam et Psalmos supra citavi.

Nec dubitamus hanc, quam tradimus, esse *Augustini* sententiam, qui toties dicit, remitti hoc peccatum in Baptismo, quod ad reatum attinet. Addit etiam incoari renovationem. Sed tamen reliquum manere peccatum, nam hoc verbo saepe utitur: ut tractatu 41. in Iohan. Non regnet peccatum in nostro mortali corpore. Non ait, non sit, sed non regnet. Quam diu vivis, peccata necesse est esse in membris tuis. Saltem illi regnum auferatur, non fiat quod iubet. Hic certe de renatis loquitur.

Et libro 5. contra Iulianum, tria huic morbo tribuit etiam in renatis, quod sit peccatum, quod sit poena peccati, et causa peccati. Verba haec sunt: Concupiscentia carnis, adversus quam bonus concupiscit Spiritus, et peccatum est, quia inest illi inobedientia contra dominatum mentis, et poena peccati est, quia reddita est meritis inobedientis, et causa peccati est, defectione consentientis, vel contagione nascentis.

Alibi de Baptismo parvulorum: Lege peccati, quod licet iam remissum est, in vetustate tamen carnis manet.

In concione Domini in monte, Etsi deleta est iniquitas, nondum tamen finita est infirmitas. Adhuc dices, Dimitte nobis debita nostra. Sentit igitur sanctis opus esse huius ipsius vitii condonatione.

Ad Iulianum taxans etiam hominum duritiam, qui non expavescunt, cum sentiunt infirmitatem, videlicet, dubitationes de Deo, et multos errantes impetus, addit Epiphonema. Crede, si non pugnas, Agnosce, si pugnas. Hac voce significat, multos securos extenuare hunc morbum. Sed quia in hac materia satis constat sibi Augustinus, non est opus coacervatione testimoniorum.

Quod vero D. Doctor citat locum de nuptiis, quaestio est ibi: quomodo discerni debeat appetitio generationis a depravatione. Et diserte ibi inquit, Concupiscentiam in renatis non esse peccatum, quia remissum sit, videlicet, in eo laborans, ut creaturam et depravationem discernat.

Postremo, cum tota nostra sententia habeat illustria testimonia Propheticae et Apostolicae scripturae, et eruditiorum Patrum, et nec incurrat in Pelagianas opiniones, nec in Manichaeas, nihil habet absurditatis. Discernit enim naturam et depravationem, et tribuimus voluntati humanae suas partes, ut suo loco dicemus.

Concludit D. Philippus.

Haec dixi breviter; si D. Doctor volet de ea re latius disputari, offero me ad declarationem huius sententiae, quantum opus est. Et peto, ut reliqui Domini assidentes in hac parte etiam dicant, si quid velint. Non enim solus mihi sumo iudicium. Et est Ecclesiastica consuetudo, ut singuli dicant sententias.

Eccius respondit.

Oportet ut haec prius expediamus, postea dicant reliqui, quantum volent. Quae sunt acceptanda, acceptabimus. Sed quae egent expositione, etiam exponantur.

Eodem die a prandio hora tertia continuata est Collocutio a Doctore Eccio.

Illustris Domine, Reverendissime pater, caeterique generosi, et nobilissimi viri, patres et domini semper observandi.

Ad continuandum ea, quae hodie sumus exorsi, ne longo verborum circuitu vos distineam, quam primum recurro ad domini collocutoris sermonem.

Et quod primo attinet ad varietatem exemplarium, cum facile possem responsionem suam infringere, et oculari inspectione monstrare, ut non solum verbis, sed rebus ipsis oblata exemplaria a confessione Augustana dissideant. Nam nisi dissiderent, Augustae non fuisset laborandum in vocula Meriti, quam tum reiiciebant. Ut sim brevior, remitto me ad futuros articulos colloquii, ubi illa per me in apertum deducentur, ut in articulo decimo, etc.

Secundo, Dominus meus collocutor rapuit verbulum, quo dixeram eos a nobis exiisse, quasi accusassem iam ab initio eos desertores Ecclesiae, quod verba mea non significabant, cum multis modis exitus iste possit interpretari. Quod ut in praesentia non est necessarium, ita nec commodum, cum nihil ardentius cupiam, quam lucrari fratres, et eos habere in unitate fidei et Ecclesiae comparticipes. Alioqui non deesset quod responderem super edictis a gloriosissimo Imperatore nostro promulgatis, cum aliis magistratibus, de quibus forte, ut mihi videor, minorem querelam debent facere, quam de aliis regibus Christianitatis, qui ferventius executi sunt mandata contra illos.

Et quod abusibus nostris causam exeundi vult adscribere, meo parvo ingenio non satisfacit, cum in viginti et uno articulis prioribus, quos dicunt esse fidei, a nobis plerunque dissentiant.

Ieremiam non oportet adferre, qui Patrum suorum et revelationis divinae sequebatur iussa. Itaque Dominum collocutorem meum, pro candore ingenii sui, et omnes quotquot adestis precor, quemadmodum hodie ab initio testatus sum. Si unum vel alterum verbulum exciderit, non velitis in malam partem, sed benigne interpretari, ne semper, quod vitio dari solet, extra chorum saltemus, et circuitu verborum ad confessionem non pertinentium excellentissimi huius consessus animos fastidio permoveamus.

Quantum vero attinet ad primum articulum, qui est extra controversiam receptus, mire mihi placuit, quod Dominus Collocutor sacrum concilium Nicenum laudavit. Unde mihi amplior spes est facta ineundae concordiae. Quod olim Iuvenis videbatur sacro detrahere concilio. Et *Lutherus* in sancta Synodo Nicena adseruit fidem, et Evangelium defecisse.

Quantum vero ad articulum secundum attinet, placet etiam hoc, in quo concordamus, recte asseri, peccatum originale contra veteres Pelagianos et novos. Quod vero D. Magister explicando definitionem peccati originalis, voluit ipsum non modo esse carentiam iustitiae originalis, sed etiam aliorum donorum, ut illa dinumeravit partim, in hoc peto commodiorem expositionem. Nam iuxta sanctorum Patrum scripturas Canonicas nobis exponentium sententiam, si puer donatus esset illa iustitia originali, etiamsi aliis donis careret, culpa originalis ei minime inesset. Ut inter plures, maxime veteres, fuit controversum, an Adam protoplastus in gratia gratum faciente fuerit creatus? De cuius tamen iustitia originali non fuit dubitatum. In hoc tamen consentio D. Magistro, ob hanc iustitiae originalis carentiam puerum multis bonis et ante et post Baptismum carere. Quod si illa fuerit mens eius, recte concordamus.

Et quod inter respondendum fassus est originalis et actualis peccati differentiam, etiam cum plausu recipimus, licet iuvenis videbatur dissentire. Itaque allegata de corde perverso recipimus; sed tunc pervertitur, quando concupiscentia regnat in corpore nostro, et ei obedimus. Alioquin propensionem animi ad mala experimur, et agnoscimus, Deo dicente [Gen. 8.], Sensus et cogitatio hominis ab adolescentia prona sunt ad malum. Qua de re fatemur, illa bona, de quibus D. Magister futura fuisse hominibus, si in iustitia originali perstitissent, scilicet notitia, dilectione etc. et illa pronitate in malum caruissemus.

Illud autem quod pro remanente culpa post Baptismum fuit allatum, quod ex eo dignitas Baptismi sit amplificata, non intelligo, cum videatur hoc vergere in iniuriam Baptismi, imo in iniuriam Christi, qui est autor Baptismi, si non esset sufficiens ad delendam omnem culpam peccati. Cum contra Paulus ad Titum tam diserte nobis Baptismi excellentiam commendet, dicens: Secundum misericordiam suam salvos nos fecit, per lavacrum

regenerationis et renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde, per Iesum Christum Salvatorem nostrum, ut iustificati gratia ipsius haeredes simus secundum spem vitae aeternae.

Hic testatur Apostolus, nos salvos factos, Spiritum sanctum abunde in nos effusum. Nulla autem esset abundantia, si praevaleret remanens culpa. Christiani fateamur potius unius Christi obedientiam maiorem promeruisse nobis gratiam, quam Adae inobedientia ingesserit culpam. Parum enim videtur esse, quod D. Magister dicit, condonari hoc peccatum, si fide arripiatur indulgentia, cum parvulis ante usum rationis decedentibus non videatur consultum. Et si fide condonatur, iam iterum derogatur Sacramento Baptismi. Et non solum hoc, sed cessant dogmata novitia, quibus nobis perpetuum imponunt concupiscentiae peccatum. Ut si saltem Baptismum nolunt recipere, huius culpae medicinam, tamen potenti eorum fide agnoscant peccatum illud non esse perpetuum.

Felicius ergo videretur pro concordia actum, si cum communi Ecclesia concupiscentiam faterentur ante Baptismum esse culpam et poenam, post Baptismum vero duntaxat esse poenam, aut (ut Augustinus solet dicere) malum.

Et ut hoc obiter iam attingam (cum Augustini mentio facta est) D. Magister Augustinum citavit lib. 5. contra Iulianum, ubi tria tribuit concupiscentiae. Solent dicere Iureconsulti, incivile est non tota Lege perspecta respondere. Nam quae Augustinus ibidem attulit, de concupiscentia ante Baptismum dixit, quam infelix Iulianus Pelagium secutus neque peccatum neque malum esse voluit, sed laude dignam.

Identidem sentiendum de Augustino, super Iohanne citato tractatu 41. cum clarissimis verbis sanctus pater adserat, Quicquid ante Baptismum a nobis peccatum est, in ipso Baptismo deletum esse, et ea quae sequuntur.

Cum autem in ipsum Augustinum inciderimus, praestat et alia evacuare. Nam nullibi dixit Augustinus (de quo me refero ad tam sanctum Patrem) peccatum remanere in puero baptisato post Baptismum. Nam quod solet citari, peccatum deleri in Baptismo, non ut non sit, sed ut non imputetur, hoc Augustinus non habet; nam concupiscentiae meminit, quae remittitur, non ut non sit, sed ut non imputetur. Pulchrum enim est, quod Augustinus ait, illud non esse peccatum, non habere reatum. Verum *Lutherus* hunc locum primus depravavit, unde forte sequentes similiter lapsi sunt.

Alii loci ex Augustino citati adferunt solutionem in dorso (ut dici solet), quoniam fatemur concupiscentiam remanentem infirmitatem esse, morbum esse, et filios gignere se peiores, malos motus, quibus si mens consenserit, certe concipiens pariet peccatum, id quod sanctus Iacobus nos docuit.

Arbitror autem venerandum Magistrum amicum meum, si amice voluerit negotium hoc concordare, facile hoc efficiet, si id quod hodie dixit, de condonatione peccati, et in Apologia de non imputando peccato, ita interpretabitur, ut culpa, quae proprie et vere dicitur reatus, in Baptismo aboleatur, ipsa tamen cum pugnam exerceat continuam carnis adversus Spiritum, et colluctationem illam carnis, de qua saepe Apostolus, sitque a peccato facta, a peccato relicta, et ad peccatum inclinans, propter quae sanctus Paulus non semel ipsam appellavit peccatum, ad Roma. 7. Ubi fuit adsumtum, Paulum de se loqui, super quo non contendo. Licet Origenes, Ambrosius, Hilarius, Hieronymus, et si recte memini Paulinus, magnus praeco sancti Felicis, cuius hodie memoriam agit Ecclesia, diversum sentiant. At propter Augustinum iam senem verba ista de persona Pauli intelligentem, hoc quoque non displicet nobis.

Sed eiusdem Augustini explicationem suscipiamus, ut Apostolus concupiscentiam vocet peccatum, quia peccato facta est, addo, quia inclinat et movet ad peccandum. Elegans est simile quod Augustinus adfert, concupiscentiam sic dici peccatum, sicut scriptura hominis dicitur manus eius, vel elocutio lingua dicitur.

Quod ex Psalmo citatum fuit, omnem hominem esse mendacem, Psalmum recipimus. At expositionem novam in praesentia non videmus admittendam. Sic quod venerandus Magister alium concordantem adduxit locum Pauli, quia locum non expressit, non occurrit memoriae in hanc sententiam a Paulo fuisse hoc dictum. At de sapientia carnis hoc habet ad Romanos, quod sit inimica Deo, et legi Dei non sit subiecta.

At quod quaedam loca hodie per me citata ex multis libris uno collyrio voluit sanare, non acci-

pio. Nam deordinationem esse in natura agnoscimus. Hinc multa mala Augustinus concupiscentiae tribuit.

At ubique fatetur omnia peccata in Baptismo esse remissa. Et praeter locos superiores placet subiicere illud Augustini, de persona sua, libro 6. contra Iulianum cap. 5. Absit ut ego inanem dicerem gratiam lavacri illius, in quo renatus sum ex aqua et Spiritu, qua liberatus sum a reatu omnium peccatorum. Etiam Iulianum ibidem corripit de falsa sententia. Ait eum multum errare, si putat baptisatum carere concupiscentia. Omni enim peccato caret, non omni malo. Et planius: Omni reatu omnium malorum caret, sed non omnibus malis.

Cum ergo dignitas Baptismi hoc exigat, et meritum sanguinis Christi effusi a Patre hoc impetraverit, et scripturae Canonicae tam clare et irrefragabiliter testentur, omnium peccatorum remissionem in Baptismo donari. Atque Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, verbis minime ambiguis hoc comprobant, quod tota hactenus suscepit Ecclesia, facilis et plana apparet in hoc articulo concordia, velut supra memini, de applicanda condonatione, et non imputatione huiusmodi peccati, ut sic deinceps idem dicamus, et sentiamus, et fiat pax et concordia in Ecclesiis nostris. Quod praestet benedictus Mariae filius. fiat.

Sequenti die Sabbati 15. Ianuarii, mane hora octava, continuavit collocutionem D. Philippus.

Facta potestate dicendi ab illustri Domino Commissario Caesareae Maiestatis, et reverendis, generosis, nobilibus et praestantibus viris D. Praesidentibus, respondebo ad ea breviter, quae heri agitata sunt.

Primum ad ea, quae ad praegravandos nos de exemplaribus, et edictis praefatus est clarissimus D. Doctor, commodius alibi respondebimus. Et sit modus aliquis harum exprobrationum.

Secundo, quod optat similem consensum de caeteris articulis, ut de primo, vere et ex animo idem optamus, videlicet, ut verbo Dei coniuncti essemus, sicut in primo articulo consensus est.

Ac sperarem posse constitui talem consensum, si iudices haberemus idoneos. Sicut animadverti potest in secundo articulo, in quo apparet facilem esse conciliationem. Pius et candidus iudex videt revera non discrepare definitiones dextre intellectas. Postea in altero loco facilis est diiudicatio, de peccato in Sanctis, si quis doctrinam Pauli considerat, et suae mentis motus aspicit. Quis nostrum non ex animo dolet, se vexari dubitationibus de Deo, non satis timere, non ardere dilectione, multa humano consilio suscipere sine invocatione, incendi etiam aliis pravis adfectibus. Haec etiamsi non accedat perfectus consensus, agnoscit mens pia esse peccata, dolet et petit condonationem. Non igitur difficilis est huius loci diiudicatio.

Atque utinam summi principes exaudirent vota et gemitus piorum in omnibus nationibus, qui optant, ut Ecclesiis recte consulatur. Ac nunc quidem gratiam habemus clementissimo Imperatori, qui hanc collocutionem institui voluit, ut aliquando deliberationes de diiudicatione haberi possint. Ac Deum precamur, ut consilia pia et salutaria Ecclesiae adiuvet.

Haec breviter adieci, ut ad eam partem praefationis responderem, in qua D. Doctor facit mentionem asperitatis, quae contra nos exercetur. Quam si adprobat, doleo. Scriptum est enim: Beatus qui intelligit super egenum et pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.

Tertio, in definitionibus dicit me plura tribuere dona iustitiae originis, quam conveniat. Et addit exemplum: Si infanti donaretur iustitia originalis, cariturum eum culpa, etiamsi dona caetera non haberet. Respondeo. Non opinor D. Doctorem velle peccatum originis tantum esse reatum, et non etiam aversionem a Deo. Ita fatendum est, iustitiam esse non tantum acceptationem, sed etiam conversionem ad Deum, et quidem omnium virium (de originali loquimur). Ideo necessario complectitur haec dona, in mente lucem de Deo, in voluntate conversionem ad Deum, et in caeteris viribus debitum ordinem. Et haec haberet infans, donatus iustitia originali: nisi velit iustitiam tantum de acceptatione intelligi, quod non opinor.

Porro ut differunt nunc peccatum et poena, scilicet, mors et quidquid mors complectitur, id est, languor virium ingenii et corporis, et tyrannis diaboli saevientis, vel in corpora vel aliter. Ita differunt iustitia originalis, et dona addita, scilicet immortalitas et excellentia multiplex men-

quam mihi adfert in respondendo: sed duae res aliae laborem mihi augent, et veritati adferunt periculum, videlicet, quod neglecto ordine clarissimus D. Doctor varie res miscuit, et verba quaedam captat ambigue, ut causae nostrae noceat. Ut cum pro peccato seu vitio, quod in Sanctis nos dicimus remissum et condonatum esse, ipse utitur alias insidioso vocabulo criminis, alias capitalis peccati, alias culpae. Cum inter haec plurimum intersit. Interdum mea verba omnino depravat. Ut cum ait, Me mirari Baptismum in pueris, qui petat condonationem. Haec portenta verborum nequaquam nostra sunt.

Cum hoc modo offudit nebulas, deinde addidit atrocia convicia, tribuit nobis Herodianam saevitiam. Ego ab utraque re abhorreo, et a Sophistica, et a maledicentia. Et arbitror voluntatem esse clementissimi Imperatoris, et illustris Domini Commissarii et Dominorum Praesidentium, ut placide veritas quaeratur. Et mihi conscius sum, me hactenus ingenue, et sine ullis fucis, declarasse nostras sententias. Haec ratio si mihi mutanda est, optarim clarissimo D. Doctori alium collocutorem dari. Maxime enim a negotiis relligionis abesse Sophisticam oportuit, et certare conviciis nequaquam libet.

Baptismus infantium defensus et ornatus est multorum scriptis apud nos. Et sumus plerique patresfamilias. Certe de liberorum nostrorum salute cogitamus. Quoties ipse audivi inculcari hanc vocem: Non est voluntas patris, ut pereat unus de parvulis istis. Sentimus eos in Baptismo fieri filios Dei, accipere Spiritum sanctum, et manere in gratia, tamdiu quoad non effundant eam peccatis actualibus ea aetate, quae iam dicitur rationis compos. Morbus autem qui adest, non est capitale, sed remissum et condonatum peccatum. Desinat igitur nobis tribuere Herodianam saevitiam, aut vicissim audiet, quae non volet.

Spero me excusatum esse prudentibus, quod hac utor praefatione. Nam hoc maledictum dissimulare non licuit. Tribuo eruditionem D. Doctori, tribuo etiam candorem. Ideo libenter cum eo cogitationes meas conferrem, sicut soleo cum multis, si sine animi acerbitate et sine Sophistica disputaret. Sed hae rixae nihil me delectant, nec sunt utiles ad tranquillitatem. Nunc venio ad ipsius responsionem.

Ac primum de vocabulis dicam. Crimen vocatur actuale peccatum, et quidem factum, quo lex Dei contra conscientiam violatur, cum hoc non est gratia. Nec dicimus vitiosos motus in Sanctis, quibus repugnant, crimina esse. Ac perplexitatem illam, de qua dixit, maxime explicat doctrina nostra de Iustificatione. Ostendimus quomodo placeat obedientia, cum tamen sit imperfecta. Rursus etiam dicimus, amitti iustitiam et gratiam, cum violatur Lex Dei contra conscientiam, sicut Paulus inquit: Qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt.

Discernimus etiam appetitiones et depravationem. Ideo iniuriam nobis facit, cum ait, nos infantes onerare capitalibus peccatis, cum fame cibum petunt, aut frigus refugiunt.

2) Saepe repetit nomen capitalis peccati, quod intelligimus peccatum regnans (ut Paulus loquitur) seu originale seu actuale. Toties autem testati sumus, tribui renatis non regnans peccatum, sed condonatum.

De culpa movemur ambiguitate vocabuli. Nam veteres plerunque appellatione culpae utuntur pro reatu, id est, imputatione, qua aliquis reus est. Recentiores simpliciter pro peccato, et distinguunt contra poenam. Quare ut obtineat hunc morbum tantum esse poenam, non vitium pugnans cum lege Dei, postulat, ut dicamus tolli omnem culpam.

*) De *Weinlaubio*, qui etiam Weinlauben, Weinlaw, Weinleh et Weinlin scribitur, consiliario Electoris Brandenburgici, vid. *Seidel's Bildersammlung — herausgeg. von Küster.* p. 48. *Kordes Schriften Agricola's möglichst vollständig verzeichnet.* Alton. 1817. p. 255. not. Mortuus est a. 1558. — Epistolae huic, aliena manu exaratae, Melanchthon nomen tantum subscripsit. [*Wegsch.*]

Derhalben, weil Gott der Allmächtige euch vor allen andern, den armen gefangenen Gewissen den Trost des h. Evangelii wiederzubringen, erweckt und mit Verstand begabt hat, begehren wir ganz gnädiglich, auch um christlicher Liebe willen, ihr wollet solche Schrift, so bald euch möglich, fleißig und getreulich besichtigen, dieselbige auch bei euch in ganzer Geheim, wie sie uns zugetrauet, halten, und was in derselbigen Artikeln zu bessern, und wie man sich um weitere Erklärung und Repurgation gestellter Artikel in ein Gespräch mit recht gottfürchtigen Leuten des andern Theils einlassen möchte, auch im Fall, daß man dieser Zeit genugsam Vergleichung der Lehr und Sacramenten, auch Kirchenzucht und Bestellung der Kirchen mit tauglichen Dienern mit den andern Churfürsten, Fürsten und Ständen des h. Reichs treffen könnt, was der Nebenartikel halben bei ihnen auf weitere Unterhandlung eine Zeit lang zu gedulten seyn möchte, euers Gemüths gern uns resolviren, und in dem allen euch dermaßen erzeigen, als wir sondere Zuversicht zu euch tragen, auch der Sachen hohe unvermeidliche Nothdurft ohne längern Aufzug erfordert, damit, wo solche Artikel von euch und andern einmüthig verglichen, man dester friedlicher und sicherer darauf handeln und dringen könnt, auch die Sach weniger Anfechtung und mehrern Bestand hätte.

Und weil der Reichstag vor der Thür, auch die Kais. Maj., als wir hören, im Anzug ist, und vielleicht zum Austrag der Sachen eilet, wollten wir gern, und begehren gnädiglich, daß ihr förderlich dazu thätet, und euer Rath und Bedenken uns eröffnet und zuschicket, auch dieß unser Ansuchen nicht anders denn wohlmeinlich, und daß wir die Ehre Gottes und seines heil. Worts gern gefürdert sehen, und gemeiner Christenheit dienen wollten, versehen und annehmen. Daran thut ihr sonder Zweifel Gott ein gefälliges und allen Christen ein nützliches Werk. Solchs würd Gott euch reichlich vergeben, zudem daß ihr auch bei allen Gutherzigen Lob, Preis und Danksagung erlangen. Nochmaln als vor begehren wir, ihr wollet diese Sache in Geheim halten, denn sie uns von gutherzigen Leuten zugetrauet ist.

Noch eins, lieber Herr Doctor. Ist an uns gelangt, daß ihr deßhalben, so in Brabant in Röm. Kais. Maj. Namen ausgangen, hoch beschweret seyn (sollt). Wiewohl es an dem, daß etliche Schwache darob erschrecken, und die Halsstarrigen Gottlosen dadurch gestärkt werden, und wäre besser, bevorab jetziger Zeit, da die Sachen in guter Hoffnung zum Vertrag sich anlassen, es wäre verblieben: ist doch uns vorkommen, daß solch Edict vielleicht ohne Kais. Maj. Wissen, oder je auf ungestümes Anhalten ausbracht sey, welches wir wohl glauben, werden auch berichtet, daß man nicht strack darüber halte. Darum wollet euch deß so hart nicht kümmern oder anfechten lassen, und mehr auf gemeine Besserung sehen helfen.

Wir werden auch berichtet, daß ihr Willens dasselbige Mandat zu glossiren oder dawider zu schreiben; davor wollen wir fleißig bitten, daß solches noch zur Zeit verbleibe und in Ruhe gestellt werde, auf daß man keine Verbitterung errege. Sollt es aber nicht anders werden, kann noch wohl kommen, was darauf gehört. Datum Cöln an der Spraw, Freitags nach Purificationis Mariae anno 41.

(Lutheri responsum, nondum editum, datum est Mondtags nach Valentini 1541. in quo dicit: „Diese Leut [auctores libri Ratisb.], wer sie auch sind, meinen es sehr gut; aber es sind unmögliche Fürschläge, die der Papst, Cardinal, Bischof, Thumbherren nimmer nicht können annehmen. Denn wer will sie zwingen, weil der Papst will ungezwungen und über alles seyn, es heiße neu oder alt Canones? — — Es ist vergebens, daß man solche Mittel oder Vergleichung vornimmt. — — Zudem sind viel Stück darinnen, die wir bei den Unsern nicht erheben werden noch können. Das Beste ist, wo man fromme und gelehrte Leute nähme, und ließ urtheilen, was und wo Gottes Wort wäre. — — Wenn uns das geschehen, so wäre Gottes Reich und seine Gerechtigkeit am ersten gesucht; das ander schübe man auf bis Gottes Wort eingewurzelt." ꝛc.)

No. 2141. **4. Febr.**

Steph. Wildio.

† E msto Manl. ep. 1. — Apographon habetur in cod. Monac. 90. no. VII. p. 392b. et cod. Monac. 66. p. 20b.

Clarissimo et optimo viro Domino Stephano Wild, Doctori Medicinae amico suo charissimo.

S. D. Clarissime et eximie Domine Doctor, cum ex conventu Wormaciensi domum rediissem, intellexi et te rursus in coniugio honeste et pie vivere, et filiam tuam puellam ingenio pudicissimo praeditam ac domestica disciplina ad optimos mores institutam, promissam esse adolescenti *Christiano*[1]) *Baier*, cui a patre tutor una cum aliis quibusdam datus sum. Itaque cum piis consiliis

1) Cod. Monac. 90. *Christophoro*.

bene precari debeamus, opto ex animo, ut Deus pater Domini nostri Iesu Christi, conditor omnium rerum et tuo coniugio faveat et adiuvet ac gubernet filiam et [2]) generum. Est quaedam pietas, intelligere quale munus Dei sit, quam sanctum officium in hominibus haec admiranda societas, qua Deus humanum genus inter se devinxit [3]) et conservat ut inde nascantur immortales [4]) homines haeredes aeternae vitae. Ideo decet nos omnes bene precari huic vitae generi. Exposuit autem mihi *Christianus* [5]) *Baier* sibi expetenti coniugium filiae tuae, spem desponsandae eius factam esse, meque rogavit, ut [6]) caeteros tutores, ne ipsius voluntati adversarer. Addebat causas honestas sui consilii, quod maritus tranquilla conscientia vivere cupiat cum honesta coniuge, cuius probet naturam et mores. Petivit etiam, ut tanquam tutor tibi significarem me non refragari ipsi. Memini adolescentem mihi a parentibus diligenter commendari, et animadverti bono ingenio et honestis moribus [7]) praeditum esse. Quare ei optime volo, cumque adfirmet se expetere tuam filiam et adsentior, ut eam ducat, et te rogo, ut, si est mutua benevolentia inter ipsum [8]) et filiam tuam, utriusque voluntati morem geras. Singulare dei donum est convenire naturas inter se concordes et amicas, ut pro tua eruditione et prudentia [9]), praesertim cum quotidie in naturae consideratione verseris, maxime iudicare potes. Video, quae sit aetas adolescentis, quam sint humana omnia incerta [10]). Sed tamen honesto amori non volo repugnare, et adolescentem ipsum diligenter commonefaciam, ut cogitet, se sanctum vitae genus ingredi, in quo et Deo et coniugi praestare constantiam in amore et caeteris honestis officiis debeat. Hic coniugalis amor imago esse debet amoris, quo filius Dei Ecclesiam complectitur, pro qua quantos agones ille sustinuit? Admonui igitur eum dicti caelestis [11]): Quos Deus coniunxit, homo non separet. Hac voce scit se ad fidem et benevolentiam perpetuam obligatum esse, eamque et coniugi et tibi pollicetur, quem nunc parentis loco colere et observare constituit. Hoc cum sancte promiserit, precor Deum conditorem omnium rerum, ut vestra consilia et eventum gubernet. Bene vale vir clarissime. Die 4. Febr. Anno 1541. [12]).

Philippus Melanthon.

---

2) Mst. Manl. et cod. Monac. 66. *ac.*

3) Cod. Monac. 90. *revinxit.*

4) Cod. Monac. 90. *mortales.*

5) Cod. Monac. 90. *Christophorus.*

6) Cod. Monac. 90. *et.*

7) *eum* addit cod. Monac. 90.

8) Cod. Monac. 90. *te.*

9) Cod. Monac. 90. *sapientia.*

10) *quam sint* etc. non habent codd. Monac.

11) Cod. Monac. 90. *dicto coelesti.*

12) Codd. Monac. diem et annum non habent.

No. 2142. 5. Febr.

Io. Weinlaubio.

Ex autogr. Mel. in cod. Seid. Dresd. edita in Wegscheideri Progr. I. ep. 10. p. 26 sq.

Clarissimo et optimo viro D. Ioanni Weinlauben *), *Consiliario Illustriss. Principis Marchionis Electoris etc. amico suo.*

S. D. Historiam conventus narrabunt vestri legati. Etsi autem insidiosissime ab adversariis omnia acta sunt, non solum adversus nos, sed etiam adversus legatos Palatini, vestros et Iuliacenses, tamen dei beneficio ea sunt usi moderatione et vestri et ceteri, ut etiam Caesaris commissario *Granvelo* probaretur eorum virtus. Discessit ad extremum *Granvelus* bene placatus, et spem ostendens pacis. Privatim et publice adfirmavit se hortatorem fore Imperatori, ut moderatis consiliis pacem constituat. Scio nunc omnia simulationum plena esse, sed tamen eventus brevi declarabit *Granveli* animum. Videtur esse vir gravis, et qui non delectetur oppressione veritatis. Illustriss. Principi commendabis legatos vestros, possum enim eis testis esse moderationis eximiae. Bene vale. Die 5. Februarii.

Philippus MelanthoN.

---

*) De *Weinlaubio*, qui etiam Weinlauben, Weinlaw, Weinleb et Weinlin scribitur, consiliario Electoris Brandenburgici, vid. *Seidel's Bildersammlung — herausgeg. von Küster.* p. 48. *Kordes Schriften Agricola's möglichst vollständig verzeichnet.* Alton. 1817. p. 255. not. Mortuus est a. 1558. — Epistolae huic, aliena manu exaratae, Melanchthon nomen tantum subscripsit. [*Wegsch.*]

No. 2143. 13. Febr.

Studiosis.

Script. publ. T. I. p. 43b. Apographon in cod. Basil. 89. p. 74b.

*Rector Academiae Ph. M.**)

Cum *Antiochus* Hierosolymis bacchanalia celebraret, ac cives nati in populo Dei, ac antea ad honestos, graves ac pios mores assuefacti imitarentur obscoenos illos bacchanalium ludos, quale id spectaculum quam triste et luctuosum piis, ut *Matthiae* et similibus, fuisse putatis? Ver initium erat anni, quo iam terra rursus fit foecunda, ut hominibus novas fruges gignat. In hoc anni auspicio oportuit Deo gratias agere, qui has pulcherrimas anni vices instituit, qui quotannis reddit terrae foecunditatem. Oportuit et petere frugum proventus et alia commoda vitae necessaria. Hoc ipsum anni auspicium contaminavit diabolus apud Ethnicos tam tetro bacchanalium ritu, in quo tantum fuit turpitudinis, ut etiam Senatus Romanus olim initiatos Bacchi ceremoniis, capitalibus poenis affecerit. Huius barbarici moris seu vestigium seu imitatio sunt hae larvatorum discursationes hoc anni tempore, quae multipliciter nocent moribus et augent petulantiam. Ac nisi magistratus frenum iniiciat iuventuti, hoc ipsum aget diabolus, ut aucta licentia renovet veterum bacchanalium furores, ut videmus facilia esse vitiorum incrementa, praesertim in hac postrema, quasi delirantis, mundi aetate. Ideo severissime prohibemus larvatorum discursationes diurnas et nocturnas; prohibemus et ludum illum taxillorum mutum, et similes ineptias. Dicuntur etiam multi sumptus hoc tempore augere[1]) conviviis aliquot dierum apparandis et vocanda turba hospitum, ut ludicrum regni speciem[2]) repraesentent. Scimus magnam esse querelam de sumptibus scholasticorum, et haec convivia non tantum expilant parentes, sed etiam sunt alimenta vitiorum. Ideo praecipimus, ne hospites vocentur ad ullum tale sodalitium, neve apparentur convivia praeter morem usitatum mediocri et honesto patrifamilias. Meministis legem sumptuariam academiae latam ab illustrissimo principe. Huius auctoritas non defutura est in defendenda lege, quae et per se honestissima est et vobis utilissima. Plus satis est scandalorum, quae et Deum irritant, et deformant evangelium. Quare lugenda erat[3]) potius ecclesia, placanda ira Dei, deploranda nostra crimina, intendenda diligentia regendorum morum et cura discendi. Haec nisi fient, aut civilibus bellis, aut Turcicis et aliis publicis et privatis calamitatibus omnium contumaciam Deus puniet. Quare nos obtestamur propter Deum, et voce divinitus tradita, ut Deum timeatis ac praestetis modestiam Deo gratam et ornantem Evangelium.[4]) Scitis enim scriptum esse: *si nos emendaremus ipsi, non puniremur a domino.* Dominica Septuagesima.[5])

*) Fuit quidem illo tempore Rector Acad. Georgius Maior, sed nomen Phil. Mel. in his et aliis scriptis saepe additum id indicat, Melanthonem illud scripsisse nomine Rectoris Academiae. Edictum hoc vero a Melanthone scriptum esse intelligitur ex epist. ad Ionam d. 19. Febr.

1) Scripta: *augeri.*

2) Scripta: *specimen.*

3) Cod. *erit.*

4) *gratam* — — *Evang.* non habet cod.

5) Cod. habet: 13. *die Februarii* 1541. (Dom. Septuag. illius anni fuit d. 13. Febr.)

No. 2144. 13. Febr.

Academicis.

Script. public. T. I. p. 43. Apogr. in cod. Basil. 89. p. 74.

*Rector Academiae (Scholasticis).**)

Ecclesia hac postrema aetate oppressa undique multis aerumnis difficulter et magno cum dolore parturit, et, ut Iohannes scripsit, eiulat parturiens, et inter ingentes cruciatus foetum edens. Cumque natura ipsa corporum quasi sensu parturientis ecclesiae afficiatur, res ostendit, maiora esse puerperarum hoc tempore pericula, quam fuerunt antea. Decessit autem heri superata labore partus honestissima matrona, nata in familia nobili, optimis ornata moribus, pudicitia ac pietate eximia praedita, *Barbara*[1]), coniunx clariss. et doctiss. *Melchioris Kling*, Doctoris Iurisconsulti, qui cum ingenio et virtute excellat,

*) „*Rector Academiae Georgius Maior*", sic in Scriptis. Sed codex: „*Rector Academiae Ph. M.*" — Videtur igitur Melanthon hoc edictum composuisse.

1) Scripta: *N.*

ac de schola et de republica bene mereatur, maxime nos decet eius luctu affici. Tenet is quidem hanc consolationem, quod coniunx in statione, in qua divinitus collocata fuit, magnitudine laboris superata, et commendans se filio Dei, qui pro nobis victima factus est, ex hac vita in meliorem evocata est; sicut scriptum: *beati qui in domino moriuntur:* sed tamen non potest non sentiri vulneris tanti dolor, et lugere pium est, modo non lugeamus, ut gentes, sed cogitemus, nec nasci nos [2]) nec occidere [3]) homines casu, sed Dei voluntate, et Deo parendum esse, et non esse amissos pios, quos lugemus. Rursus illorum familiaritate fruemur dulciore in illa aeterna sede, in consuetudine Dei, Christi, patrum, prophetarum, apostolorum, et totius ecclesiae. Eius consuetudinis umbram fuisse hanc domesticam societatem in hac mortali vita sentiamus. Fiet autem mortuae funus hora 4., ad quod ut conveniant scholastici mandamus. Die XIII. Februarii M.D.XLI. [4])

No. 2145. **16. Febr.**

Io. Hesso.

Epist. lib. III. p. 220 sq. (ed. Lond. lib. III. ep. 128.). — Iterum Epist. lib. VI. p. 351 sq. — Autographon in cod. Rehdig. Vratislav. Vol. V. nobis contulit S. V. Schulzius.

Iohanni Hesso, Vratislaviae.

S. D. Exhibebit vobis Magister *Iohannes*, civis vester, brevem quidem, sed tamen veram historiam nostri congressus in urbe Vangionum cum *Eccio.* Ubi edetur disputatio, leges res ipsas. Utinam potuissemus pergere, ac de caeteris materiis disserere. Nam haec prima controversia de peccato in renatis adhuc tenuior est. Sed hic congressus fuit eis προγύμνασμα tale, ut non videantur rursus admissuri disputationem publicam.

De Conventu Ratisponensi adhuc incerta res est. Nam et de loco ambigitur: aliqui Norimbergam, alii Wormatiam anteferunt Ratisponae. Et Imperatorem *Carolum* adversa valetudo [1]) hactenus detinuit Spirae et Edelbergae. Deus gubernet et servet Ecclesiam filii sui Domini nostri Iesu Christi, qui pro nobis victima factus est. Minantur Ecclesiae hinc Tyranni addicti impiis Pontificibus, illinc Turcica barbaries. Et exercent nos aliae aerumnae. Plane imago est temporis Macchabaeorum. Ideo oremus Deum, ut nobis adsit. De rebus Turcicis ac [2]) Pannonicis quaeso aliquid significate. Bene vale. Die meo natali, 16. Februarii, 1541. Saluta amanter meis verbis D. *Ambrosium Moibanum.* Mitto tibi sententias hic proxime disputatas, in quibus est Wormaciensis causa.

† Philippus Melanthon."

No. 2146. **16. Febr.**

Alberto Duci Pruss.

Ex autographo edita a Fabro l. l. ep. 8. p. 85 sqq.

An Herzog Albrecht von Preußen.

Gottes Gnad durch unsern Herrn Jesum Christum zuvor. Durchleuchtister Hochgeborner Fürst gnädigster Herr, Summa der Wormsische Handlung werden E. F. G. in einer Zettel finden, die ich Magistro Christophoro zugestellt. Es ist zumal eine kurze Handlung, daraus wol zu spüren, daß sie nit gern diese Sach zur Disputatio oder rechter Verhör kommen lassen, wie auch der Pabst noch heftig arbeitet, daß er diese Handlungen und Disputation verhindert.

Vom Reichstag ist noch ungewiß, ob er zu Regensburg, oder zu Noriberg werde, auch ist noch keiner Fürsten Botschafft zu Regensburg, denn m. g. H. des Churfürsten zu Sachsen Gesandten. 7. Februarii ist der Kaiser noch zu Heidelberg gewesen, vielleicht daß er durch Schwachheit, oder durch die Händel am Cammergericht aufgehalten zu Speier, Er hat auch suspendirt alle Proceß und Acht so wider die Ständ christlicher Lahr anhängig angefangen oder ausgangen. Gott gebe Gnad, daß auf dem Reichstag etwas nützlichs, die Kirchen belangend und gemeinen Frieden, ausgericht werde, Ich vernehme m. g. H. werde den Tag besuchen, Gott gebe mit Gnaden, Der wolle auch E. F. G. allezeit bewahren, Datum Witeberg 16. Februarii 1541.

E. F. G.
unterthäniger Diener
Philippus Melanthon.

---

2) *nos* non legitur in textu Script.
3) Cod. *consistere.*
4) Cod. diem non habet, annum vero sic: 1541. Puto diem et annum ab editore Scriptor. public. adscriptum esse.

1) Autogr. habet: *valetudine.*

2) Pez. *et.*

Hauptinhalt
der Handlung zu Worms, von Phil. Melanthon beschrieben.

Beilage eines Briefes des Justus Jonas.

Nachdem der Kaiserliche Commissarius, der Herr Granwell, zu Worms angekommen, hat Doctor Eck die eilf Stimmen seins Theils zusammen erfordert, vielleicht darum, daß er besorget, etlich würden nicht seiner Meinunge seyn, haben etlich Tage von dreien Artikeln unter sich gehandelt, von Erbsünde, Ob man durch Glauben gerecht und Gott gefällig werde, Ob die Werk Seligkeit verdienen. Endlich hat D. Eck drei Artikel auf seine Meinungen gestellet, Diese seint von dreier Fürsten Gesandten auf ihrem Theil nicht angenommen, Nemlich von beiden Churfürsten Pfalz und Brandenburg und von Jülich. Als aber drei Stimmen bei ihnen ihre Meinungen verworfen, haben sie viel Handlungen mit denselben versucht, sie wiederum zu sich zu bringen, welches aber nicht geschehen. Daneben hat man viel Ränke gesucht das Gespräch ganz zu verhindern. Doch ists endlich angefangen und also stattlich, daß wir hofften, es wär ihnen Ernst, und seint zween verordnet worden zu reden, Doctor Eck und Philippus. Diese haben von der Erbsünde, und ob Sünde in Heiligen blieb, drei Tage disputirt, und hat entlich D. Eck zugelassen, daß die böse Neigunge, so in Heiligen bleibt, ein Untugend, Vitium, sey, das wider Gottes Gebot ist, wie dann wir halten. Aber das Wort Sünde hat er allein wollen verstehen, incluso reatu, das ist von unvergebnen Sünden. Nun streiten wir nicht vom Wort, sagen auch, daß solche Sünde den Heiligen vergeben werde, sonder das streiten wir, daß es etwas wider Gottes Gebot sey, und daß der Mensch Gottes Gebot in diesem Leben nicht genug thun könne.

Als nun solchs Reden zu beiden Theilen geschehen, hat Granwell morgens frühe die Stände erfordert, und ein kaiserlich Schrift an ihn lesen lassen, darin der Kaiser geschrieben, Granwell soll sich eilends zu ihm verfügen und soll mit den beides Theils Gesandten reden, daß sie sich gegen Regensburg verfügen wollen, da die angefangen Handelunge bequemer mögen vollzogen werden. Nach Vorlesunge dieser Schrift hat Granvell angezeigt, wie er als balde abreisen werde, und soll also die Handelunge zu Worms verschoben werden, hat sich erboten bei kaiserlicher Maj. deutscher Nation Frieden und Ruhe zu fürdern. Darauf ihm die Stände gedankt, und haben angezeigt, sie wollen ihren Herren von der ganzen Handlunge und von Kaiserlicher Maj. Schrift Bericht thun. Also ist man von Worms wiederum gezogen. Gott gebe weiter Gnade und Friede 2c.

No. 2147. 17. Febr.

Io. Rhaw.

† Ex autographo Melanth. in tabular. Magdeburg. descripta a Cl. Erhardo, Doct. Iur. ibid.

Dem Ehrbaren Herrn Johann Rhaw, meinem guten Freund.

S. D. Ehrbarer, guter Freund, lieber Herr Johann. Es ist Magistro Johanni Satler von Witeberg dieses Jahr zugesagt das Stipendium ex legato uxoris Doctoris *Berger*. Nu hat er jetzund ein Dienst und wird abreisen, bedarf derhalben Geld, Bitt, so es eur Gelegenheit ist, ihr wollet ihm die Hälfte des Stipendii geben, und das selbig verzeichnen [i. e. schriftlich anweisen], wie ich denn acht, daß ihr diese Stipendia auch jetzund austheilet. Wo es aber Mangel hätt, wollet mich solchs wissen lassen. Euch zu dienen bin ich willig. Datum 17. Februarii 1541.

Philippus Melanthon.

No. 2148. 19. Febr.

I. Ionae.

Epist. lib. V. p. 29 sq.

Iusto Ionae.

S. D. Miror, quis istic dissiparit tam atroces rumores de tumultibus urbis nostrae, cum Dei beneficio mediocris sit tranquillitas. Ludi tesserarum muti, (sic enim in edicto vocavimus) crescebant. Hos prohibuimus.*) Rixarum nihil fuit adhuc quidem Dei beneficio. In *Ambrosii* fenestras iterum coniecti sunt lapides. Praeter haec nihil audivi. Quare eos, qui tales sermones in illo coetu hospitum spargunt, inepte facere iudico, praesertim cum res longe minor sit. Nos iam novi nihil habemus. Deus det vestro conventui placidam καταστροφήν. Bene vale. Ex *Vito* audies omnia de statu Urbis et Scholae. 19. Februarii.

Philippus.

*) Vid. edictum d. d. 15. Febr. 1541.

No. 2149. (m. Febr.)

C. Hofmanno.

† Ex apographo in cod. Monac. 88. no. VI. p. 32 b.

Christophoro Hoffmanno, Pastori Ecclesiae Ienensis.

S. D. Non dubito, quin in rescribendo expertus sis, illud vetus verissimum esse, δευτέραι φροντίδες σοφωτέραι. Mihi quidem hic tuus labor, in quo te ipsum vicisti, egregie probatur, et curabo, ut edatur. *) Et sicubi mihi quaedam adhuc mollienda videbantur, non prius mutabo quidquam, quam ubi rationem consilii et iudicii mei exposuero. Nolo enim in alieno opere πολυπραγμονεῖν invito auctore. Sed ut ea inter nos amicitia est, et causa est communis, ut sperem, tibi non ingratum esse, audire quid mihi videatur, quem iam et rerum varietas et tempora exercuerunt. Vale.

Ph. Melan.

*) Sine dubio loquitur de commentario Hofmanni in epist. ad Colossenses, quare epistola anno 1541. mense Febr. scripta est, ubi etiam praefationem praemittendam conscripsit, quae sequitur.

No. 2150. m. Febr.

Ad Ph. Gluenspiess praefatio.

E cod. Goth. 123. p. 52. Est apographon a manu scribae factum, sed Philippi Mel. manu mutatum in quibusdam locis, scriptum quidem nomine *Hofmanni*, Pastoris Ienensis, sed exaratum a Melanthone. Antiqua manu etiam adscriptum est:

„*Praefatio in epist. Pauli ad Philippenses Philippus Melanthon* 1541."

Prodiit „commentarius in ep. Pauli ad Philipp., autore Chstphoro *Hofmann*, Ienensis ecclesiae Pastore", Francof. ex officina Petri Brubachii, anno 1541. ubi haec epistola nuncupatoria in fronte libri legitur.

Integerrimo viro D. Philippo Gluspies, civi Mansfeldensi amico suo Christophorus Hofmannus, Pastor Ienensis,

S. D. Ut Paulus variis animi motibus hanc ad Philippenses epistolam scripsit, (nunc enim laetus gratulatur piis Evangelii lucem, nunc moestus et lacrymans deplorat scandala et doctrinae corruptelas, irascitur impostoribus, qui evangelio tenebras inducebant), ita mihi enarranti hanc epistolam nunc laetitia nunc dolor excussit lacrymas. Quod enim rursus illuxit nobis hac postrema aetate pura evangelii doctrina, hoc tanto munere ita laetor, ut magnitudinem gaudii non possim verbis adsequi, ac toto pectore Deo gratias ago, ecclesiam ex erroribus et superstitionibus ad veritatem revocanti. Rursus cum intueor animo atque oculis, non tyrannos, qui se profitentur esse hostes Christi, sed ipsas ecclesias nostras, ac considero ingratitudinem nostram, divini beneficii contemtum, segnitiem in gubernatoribus et doctoribus, graves offensiones in moribus et doctrina, ita exanimor, vix ut erigere me *) possim. Iubet nos hoc loco Paulus anniti, ut negotia nostra sint εὔφημα, ut ornent professionem, et invitent homines ad evangelii studium.

At nunc in tanta licentia mores et vulgi et potentum quam variis scandalis deformant evangelium! quorum turpitudo dolorem adfert spiritui sancto in piis, ut Paulus inquit, ac deterret multos, ne coeleste munus amplectantur. Utinam cogitaremus severissimum illud iudicium, in quo filius Dei, universo genere humano in vitam revocato, non solum tyrannos sed etiam infidos et contumaces servos iratus in aeterna supplicia abiiciet! In eo iudicio quid respondebis, cum filius Dei, septus corona angelorum, patrum, prophetarum, et summorum Ecclesiae principum, tibi obiiciet, turpissimis exemplis tuis evangelium deformatum esse, multos absterritos a cognitione coelestis doctrinae periisse, qui et ipsi te ad poenam infelici eiulatu tunc deposcent? Si hanc catastrophen tantae licentiae iam prospiceres, si iudicis fulmina, quae in evangelio minatus est, non Epicuraeo more contemneres, maiori cura frenum cupiditatibus iniiceres. **)

Meminerimus igitur concionis Paulinae hoc loco, ac perficiamus, ut exempla nostra sint εὔφημα et ornent evangelium, ac, ut Christus inquit, luceat lux nostra ut celebretur pater coelestis.

Extat autem in hac epistola multo tristior querela de doctrinae corruptelis. Paulus monet lacrymans, ne a regula ab ipso tradita abduci se

*) *rursus* addit text. impr.

**) In animo habuisse videtur bigamiam Landgravii Hassiae, ex qua Melanthon tantum concepit dolorem, ut paene mortuus esset.

opinionibus superstitiosis sinant. Haec pars etiam mihi cogitanti horum temporum pericula dolorem auxit. Accedunt enim ad veteres Evangelii hostes hoc tempore novi, qui, ut ita dicam, in nostris castris nobis insidias struunt. Non potuit emergentem Evangelii lucem diabolus opprimere tyrannorum saevitia et adversariorum literis et clamoribus. Novum nunc artificium experitur. Impellit principes, ut spem ostendant populo conciliandorum dogmatum. Et hi habent *ἐργολάβους* homines leves, qui tandem sapientiae et moderationis ambiunt, ac pollicentur, se quaedam in utraque parte mitigaturos esse.

Hic non possumus non exclamare cum Paulo: *βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας, βλέπετε τὴν κατατομήν.* Nam fucosae illae conciliationes seu moderationes tantum sunt corruptelae sententiarum piarum, et, ut Pauli verbo utamur, sunt *κατατομαί* et dissipationes verae ecclesiae. Excogitantur praestigiae verborum ad excusandam et fucandam *εἰδωλομανίαν* multiplicem. Quare cum nunquam in maiore periculo nostrae ecclesiae fuerint, admonendi ac hortandi sunt pii gubernatores, ut illa insidiosa et impia consilia, ac sophisticam illam exitialem ecclesiis procul fugiant. Errant, qui tranquillitatem durabilem putant fucosis conciliationibus restitui posse, et digni odio sunt, qui cum oppressione veritatis consulere suo otio cupiunt. Nam dicta ambigua, flexiloqua veritatem obruunt ac delent.

Quid accidit in Synodo *Syrmiensi*, ubi similis conciliatio inter pios et Arianos tentata est? Erat receptum Nicenum symbolum, quod testatur, filium Dei esse *ὁμοούσιον* patri aeterno. De ea particula erat contentio inter pios et Arianos. Ut igitur symbolum utrisque congrueret, (ceu cothurnus utrique pedi congruit,) et videretur sedatum certamen, convenit, ut exempta voce *ὁμοούσιον*, legeretur postea *ὅμοιον*. Ita confirmabatur furor Arianorum, obscurabatur veritas, et inter pios, si qui erant imbecilles, dubitare incipiebant, utra sententia vera esset. Semper autem dubitatio, nisi tollatur, parit odium religionis et Epicureum contemtum. Interfuerat Syrmiensi synodo episcopus Hispanus *Osius*, qui, quanquam alienus erat ab Arianis, et eruditione et auctoritate inter pios excellebat, tamen illi conciliationi, seu confusioni potius, adsensit quodam inconsulto studio communis concordiae. Itaque obiurgatus est a caeteris gravioribus, et ipsius menti haec mollities vulnus inflixit insanabile. Porro ad tranquillitatem adeo nihil profuit illa sophistica conciliatio, ut postea multo maius inde certamen exarserit. Saepe ecclesiam prophetae, Christus et Apostoli de talibus insidiis monent. Christus iubet vitari fermentum Pharisaeorum. Quid potuit magis proprie dici de tali confusione dogmatum, quam quod significat Christus veris sententiis commisceri fermentum pharisaicum? Daniel autem nominatim de postremae aetatis periculis vaticinans, ostendit, hostem ecclesiae non tantum vi grassaturum esse, sed etiam inescaturum et invitaturum plausibili et blanda oratione. Ita nunc partim exercent manifestam crudelitatem hostes evangelii, partim promittunt conciliationes et moderationes. Laudant studium communis concordiae. Evehunt, praedicant, ornant muneribus pedaneos senatores, qui nolunt videri morosi aut impedire concordiam. His artibus capiuntur animi multorum.

Viderint igitur pii, qui vere timent Deum, ut non solum contra saevitiam, sed etiam contra fraudes et blanditias hostium evangelii pectora muniant. Scio, magnum decus esse studium concordiae et tranquillitatis; scio, virtutem esse, quaedam errata gubernantium, ut parentum et amicorum, dissimulare. Sed his laudibus anteferenda est cura conservandae veritatis et verae religionis. Plus valeant in animis nostris haec summa, aeterna et immutabilia praecepta: *non habebis Deos alienos; non abutaris nomine Dei,* quam caeterae res omnes. Cum domi liberos aspicio, cum in templo iuventutem intueor ac de posteritate cogito, saepe cohorresco toto corpore, prospiciens impendentia ecclesiae pericula. Metuo enim, aliquanto post secuturas rursus horrendas tenebras.

Sunt autem Evangelii doctores in his excubiis collocati, ut propter Dei gloriam ac salutem ecclesiae etiam posteris doctrinae puritatem servent.

Haec mihi ad te scribenti venit in mentem viri optimi et gravissimi, soceri tui, *Iohannis Reinek*, qui ut erat et verae doctrinae studiosissimus et in omni vita simulationes ac dissimulationes acerrime oderat, quanto animi motu fuisset execraturus fucosas conciliationes, et has, ut Paulino verbo utamur, *κυβείας*. Equidem non

cessabo, pios hac tanta de re admonere, ut hos impios ludos et dogmatum confusiones fugiant. Et haec ad te publice scribo, quem scio me curarum de ecclesia socium habere, ut extet testimonium mei iudicii de iis rebus, quae nunc aguntur; deinde, ut non solum te, sed etiam alios commonefaciam, ut sint in hac re vigilantes et cauti.

Sed de his ipsis periculis concionabitur copiosius ipsa Pauli epistola, quam cum leges, circumferas oculos ad principum et gubernatorum conventus, et ecclesiae salutem Deo commendes. Filius Dei, qui pro nobis victima factus est, aditurus mortem, orat aeternum patrem: *pater, sanctifica eos in veritate; sermo tuus est veritas.* Ad huius nostri pontificis preces adiungamus et nostra vota, ac toto pectore oremus, ut ecclesia Dei ab omni Sophistica liberetur.

Cum autem me titulus epistolae de tuo nomine et veteri amicitia nostra admoneret, dedicavi tibi hanc enarrationem, quam spero tibi, viro amanti sincerae doctrinae, gratam fore. Quid sentiam plane ac perspicue sine praestigiis ullis ostendo. Et quanquam novum quoddam genus seu Pyrrhoniorum seu Scepticorum nunc exoritur, quod videri vult alienum a Luthero, ac conciliationes molitur cum adversariis, ego tamen ingenue profiteor, me probare et amplecti doctrinam, quam nostrae ecclesiae publica confessione edita amplexae sunt, et iudico, id genus doctrinae vere esse consensum catholicae ecclesiae filii Dei, traditum in propheticis et apostolicis scriptis, cui etiam ecclesiastici scriptores eruditiores dextre intellecti, suffragantur. Quare ab hac ipsa sententia nostrarum ecclesiarum nunquam discessurus sum, nec ero auctor aut adprobator ullarum conciliationum cum adversariis, donec suos errores et suam εἰδωλομανίαν retinent. Spero, te, et multos alios bonos viros in eadem mecum sententia esse, quos adhortor, ut Sycophanticis consiliis adversentur.

Tu quoque domesticam ecclesiam tuam iubebis assiduis votis commendare Deo salutem publicam. Amicitiam autem inter nos nostram ita tueamur, ut frui ea in illa perpetua sede, in sodalitio filii Dei, Patrum, prophetarum et apostolorum possimus, ubi opto, ut et soceri consuetudo tibi restituatur, et tecum perpetuo ecclesia tua domestica vivat. Bene vale. *)

*) Text. impress. addit: *mense Februario anno MDXLI.*

No. 2151. 1 Mart.

Ph. Gluenspiess.

† Ex apogr. in cod. Goth. 191. p. 87. collato apogr. in cod. Dresd., item apogr. in cod. Monac. 90. no. VII. p. 96.

Philippo Gluespiess, civi Mansfeldensi.

Magno cum dolore intellexi, carissime Philippe, avulsam a te esse [1]) honestissimam et omni matronali laude decoratam coniugem tuam. Facile iudico [2]), te in summo moerore esse, praesertim cum novum vulnus tam cito accipias post soceri mortem. Etsi autem lugere pium est, et nos habes doloris ac moestitiae tuae socios, mi Philippe, te tamen propter filium Dei mortuum pro nobis et resuscitatum obtestor, ut, quantum poteris, dolori repugnes. Non nascimur, non occidimus casu, sed fiunt haec gubernante Deo, cui obtemperare debemus. Est, ut scis, solius [3]) Christi doctrina, quae ostendit, quare Deus exerceri velit etiam iustos afflictionibus. [4]) Nec nos ita arroganter de nobis sentiamus, ut, cum filius Dei omnium tristissima passus sit, nostram tranquillitatem et suavitatem interturbari nolimus. O magna virtus et eruditio digna Christiano, praebere se in aerumnis morigerum Deo, sicut docet Petrus inquiens: humiliamini sub potenti manu Dei. Potenter profecto Davidem, Ieremiam et summos viros exercuit, sed eosdem potenter rursus erexit, consolatus est, et ex media morte in vitam [5]) revocavit.

Hanc sententiam in utramque partem te cogitare velim, nec dubito, quin suppeditatura tibi sit consolationem. Huc accedunt illa, quod certo scis [6]), non esse amissam coniugem. Paulo post rursus eam complecteris, et dulciore ipsius consuetudine frueris, quam in hac mortali vita. Scis certo, eam in coetum beatorum apud Deum, filium Dei et angelos suos, patres, prophetas, apostolos, denique apud patrem, ex quo nata est, versari. Cum hoc colloquitur. Habet pro te iam consolatorem Paulum Apostolum, Esaiam, et similes viros. Saepe nostram coecitatem deploro,

1) *esse a te*, cod. Dresd.
2) *Facile igitur credo*, cod. Dresd.
3) Cod. Dresd. *sola*.
4) Cod. Goth. *quod Deus exerc. iust. afflict. velit.*
5) *in vitam* non habet cod. Dresd.
6) Cod. Goth. et Monac. *quod sit certum.*

quod[7]), tanta beatitudine proposita et talibus sodalitiis, inviti hinc decedimus[8]). Ego ne malim[9]) hic inter tyrannos et sophistas vivere, quam apud illos vere heroicos viros, Abraham, Davidem, et vere philosophos, non sophistas, apud Esaiam, Paulum, Ieremiam, Davidem[10]) et similes. Haec si cogitabis levationem aliquam doloris[11]) adferent. Hoc tempore plura scribere non potui, sed scribam brevi copiosius. Tu vale[12]). Deus aeternus[13]) pater domini et liberatoris[14]) nostri Iesu Christi, qui consolatur afflictos et sanat contritos, te quoque consoletur. Vale[15]). Calend. Martiis[16]), anno 1541.

No. 2152. 1. Mart.

Cruciger ad Menium.

† Ex autographo Crucigeri in cod. Goth. no. 384. in fol.

Viro optimo, praedito insigni doctrina et pietate, D. Iusto Menio, Pastori ecclesiae Isenacensis, amico suo summo.

S. D. Gratissimum mihi tuum est officium, quod ad me non neglexisti scribere. Idem ego facturus eram prior, si fuisset tabellarii copia. Domi nostrae Dei beneficio adhuc salva sunt omnia, etsi valetudo in paucis firma est. Mea uxor mihi nuper filiam peperit, deo sit gratia. Tui incommodi, quod scribis ex cotylo te laborasse, causam magis in vina Thuringica quam in illa optima Vangionica confero, ac ipse ne hic quidem sine incommodo valetudinis alia quam Rhenana bibere possum, etsi minime afferuntur qualia nata sunt. Quod petis, tibi mitti D. Doctoris *Lutheri* supputationem, mihi nondum otii tantum fuit, ut totum describerem, sed describam cum primum potero. Utinam mihi liceat aliquandiu saltem domi meas res agere, in quo tamen sperarem, me etiam aliis profuturum esse. Sed vereor ne invitus abripiar ad illas molestissimas et nugacissimas διατριβάς conventuum, in quo nihil nisi iacturam optimarum horarum facimus. Erant mihi pertexendae *postillae*, quod etiam convicio flagitant bibliopolae; sed iam prope biennium iam coeptum opus interrumpitur. Accedunt non parum multa incommoda domestica et rei familiaris, quae male curatur perpetuis peregrinationibus. Itaque, si quid potero, annitar, ut impetrem mansionem. Verum de ipso conventu adhuc nihil aliud certi habemus, quam *Caesarem* venisse Noribergam, et iam existimatur progressus Ratisponam. Noriberga aiunt nescio quid turbae datum ab Hispanis et unum atque alterum propter petulantiam in rixa occisos esse. Nihil adhuc nobis significavit princeps de profectione. *Marchio Elector* constituit hoc mense proficisci cum suis. *Mezentium**) aiunt cum *Bavaro* magnifico apparatu constituisse obviam ire Caesari ingressuro Ratisbonam. D. doctor *Lutherus* suo nomine iam scribit in *Mezentium* dicturus illi, quae minime volet, ut et ille meretur, et edito virulentissimo scripto etiam D. Doctorem lacessivit. Titulus libelli est: *wider Hanswerst*, cuius ex ipso causam intelligas.

Visus est hic paucarum pagellarum libellus editus ficto nomine, sed auctore minime dubio *Mezentio* aut eius scriba. *Iustinus Warsager* carnificem se adpellat *Landgravii* ministrum, scribit ad suum dominum, et ornat eum laudibus περὶ τῆς διγαμίας μὴ ἀναβαπτισμοῦ et aliis, quae horrendum est audire, et minatur adhuc atrociora. O tempora, o seculum! Eo ventum est, ut inimici principis sua scelera mundo palam occinant, quae praestabat obruta esse sempiternis tenebris. *Biblia* recognita, ut spero, sub Francofordenses nundinas edentur; est enim absoluta castigatio. De *Friderici* [Myconii] periculo valde dolemus, et Deum precamur, ut virum optimum servet diutius.**) Bene vale cum honestissima coniuge et

---

7) Cod. Goth. *qui.*
8) Cod. Goth. et Monac. *discedimus.*
9) Cod. Dresd. *malo.*
10) Cod. Dresd. *Danielem.*
11) pro *doloris*, cod. Dresd. *maiorem.*
12) Cod. Dresd. *Bene vale.*
13) *aeternus* abest a cod. Dresd.
14) *et liberat.* abest a cod. Goth. et cod. Monac.
15) *Vale* abest a cod. Dresd.
16) Cod. Dresd. *Maiis.*

*) Henricum Brunsvic.

**) Scribit Myconius ad Melanthonem in epistola ad Melanthonem d. d. 16. Mart. 1541. quam inveni in cod. Goth. 1:5. ep. 45.: „Aliquot diebus fui cum optimo et fidelissimo medico nostro D. *Georgio Sturciade*, Erffurdiae. Is me totis istis quatuordecim diebus humanissime habuit, et certe nihil non est ex arte sua diligentissime molitus, quo me morbo meo liberaret. Sed vita nostra sicut coepit per dominum

liberis ac boni consule, quaeso, meam in scribendo negligentiam. Wittebergae 1. Martii 1541.

Caspar Cr. T.

No. 2153. 3. Mart.

Georgio Anhaltino.

Epist. lib. II. p. 198 sq. (ed. Lond. lib. II. ep. 188.)

D. Georgio Principi in Anhalt.

S. D. Illustrissime Princeps. Mitto C. V. exemplum Wormaciensis disputationis, in quo videbit C. V. ludere tantum *Eccium*, et indoctis conatum offundere praestigias, cum apud se agnosceret, nos veram sententiam defendere. O audaciam impiam, exercere in Ecclesia Sophisticam! Si licuisset pergere ad caeteros articulos, iam Protea istum constitueram vinculis arctioribus astringere. Utinam nostri principes in conventu inchoatam formam facile non mutari patiantur. Scio quosdam alias technas quaerere. Sed oremus, ut dissipet Deus astuta consilia Achitophel. Deus servet C. V. incolumem. Die 3. Martii.

No. 2154. 3. Mart.

(*Vito Winshemio.*)

Strobelii Neue Beitr. Vol. I. p. 59 sq.

(*Ad Vitum Winshemium.*)

Magnifice Domine Vicerector. *)

Attulit D. *Michael Stifel* **) pecuniam, quam hic apud amicos deponere cupit. Dixi me saepe abesse, ut res ostendit, ac tutius esse, ut reponatur in aerario Academiae, datis et receptis syngraphis. Rogo, ut data syngrapha reponatis pecuniam, quam vobis exhibebit. Bene valete. 3. Martii, 1541.

φ. M.

---

qui vivificat omnia, ita etiam per hunc solum servatur et restituitur. Habet Sturciades adhuc spem optimam; neque ego adhuc despero, cum et tot ecclesiae ac sancti pro me orent" etc.

*) Vicerector, ille, qui magistratum summum proxime gesserat. Is fuerat Vitus Winshemius, ut ex scriptis publicis intelligitur.

**) Tum Pastor in pago Holzhausen.

No. 2155. (h. t.?)

Chil. Goldstein.

† Ex apogr. in cod. Goth. 191. p. 55. (Legitur etiam in cod. Vindobon. 53. Vid. Denis. p. 1962.)

D. Chiliano Goldstein.

Gratiam tibi habeo, quod amantiss. scriptis literis tuis interdum me aliquantisper a conspectu earum miseriarum, quibus excrucior, abducis; teque oro, ut scribas saepius, ac praecipue iam, cum de conventu multa audias, de quo minus sollicitus essem, si principes haberemus tales, qualem describit Dion Marcum Antonium, quem tuae leges vocant philosophum. Verba Dionis de M. Antonio haec sunt: *ὅμοιος διὰ πάντων ἐγένετο καὶ ἐν οὐδενὶ ἠλλοιώθη, ἀγαθὸς ἦν, καὶ οὐδὲν προςποιητὸν εἶχεν, πολλὰ δὲ ὑπὸ παιδείας ὠφελήθη*, id est, sui similis erat per omnia, et in nulla re mutatus est, bonus autem erat, et multum proderat ei eruditio. Confer ad hanc imaginem nostros heroas, quid simile invenies? Bonitate vero et eruditione videntur prorsus carere. Sed Deum oremus, ut nos regat et servet. B. V.

No. 2156. 6. Mart.

Vito Theodoro.

Epist. lib. VI. p. 461 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 524.

Viro optimo — D. Vito Theodoro, docenti Evangelium in Ecclesia Noriberg.

S. D. Legi ea, quae *περὶ τῆς τοῦ αὐτοκράτορος πρᾳότητος* scripsisti, ac Deum precor, ut eius animum ad verae Ecclesiae salutem flectat. Laudo civitatis vestrae consilium, quae *τὸν αὐτοκράτορα* sibi conciliare honestis officiis studet, et profecto optarim, idem facere alios, qui et possent et ambiuntur. Sed haec alias.

Est hic iuvenis Budissensis *Iohannes Rorscheit* *), modestus et benè literatus, is quaerit aliquam domesticam paedagogiam apud vos. Valde mihi gratum feceris, si curabis ut habeat aliquem patronum: polliceor in officio futurum esse: teque rogo, ut hanc curam mea causa serio suscipias.

*) Lib. VI. *Rotsheit.*

Mitto tibi duas oratiunculas, in quibus animadvertes signa quaedam earum curarum quibus nunc exerceor. Bene vale. De meo itinere ad conventum scribam, cum habebo aliquid certi. Die 6. Martii.*)

† Philippus Melanthon."

*) Alia manus adscripsit et libri VI. editor repetiit: *anno* 1541.

No. 2157. **7. Mart.**

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 101 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 75.

Clarissimo et optimo viro, D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg.

S. D. De Ecclesia et ceteris negotiis coram fortasse brevi colloquemur. Nunc causam tibi adolescentis *Hieronymi Pezolt* commendo. Is petit stipendium theologicum, quod ut impetret, valde te oro, ut iis, penes quos est ius conferendi, commendes. Nam et sano ac modesto ingenio praeditus est, et in studiis bonarum disciplinarum bene promovit. Probo eius actionem etiam, et sonum vocis. Quare cum spes sit, Ecclesiis docendis idoneum fore, rogo ne ei desis. Attulit mihi a te literas, cum primum huc veniret. Cum igitur te praecipuum habeat patronum, neminem habet alium, ad quem confugiat. Ac profecto iudico, te etiam Reipublicae bene consulere in hoc ornando et adiuvando. Utinam posteritati relinquamus custodes doctrinae coelestis graves, et moderatos. Talem fore hunc Hieronymum, spero. Bene vale. 7. die Martii 1541.

† Philippus Melanthon."

No. 2158. **9. Mart.**

Vito Theodoro.

Epist. lib. VI. p. 462 sqq. — Nunc ex autographo Mel. in cod. Monac. I. p. 525.

Clariss. etc. Vito Theodoro, docenti Evangelium pie et fideliter in Ecclesia Noribergensi.

S. D. Laudo civitatis vestrae consilium, quae Deo tribuit, quod sibi iussit tribui, et Caesari, quod est Caesaris. Nostris omnia essent expeditiora, si civilibus officiis mediocribus gratificari τῷ αὐτοκράτορι studerent. Haec ratio et honestior et utilior esset, quam infida et sumptuosa foedera, quae profecto sunt scopae dissolutae. Sed non tantum hac in re consilia τῶν κενταύρων reprehendo, magis displicent haec quae moliuntur in conventibus. Primum quid est ineptius et periculosius, quam quod instituunt has conciliationes, quae nullae fieri possunt, nisi fucosae? Cur non ingenue profitentur, se haec quae sunt in Confessione sentire, et redditaros rationem vel in Synodo, vel poscenti Imperatori, vel in quocunque legitimo iudicio? Hoc consilium erat rectum et dignum viris. Quibus iam curis excruciari me existimas, prospicientem animo technas, sycophantias, sophismata, quibus vel Principes ipsi, vel eorum Theologi nobis insidias struent? Et noster *Paris**) favet his consiliis, non solum metu, sed quadam ingenii pravitate Alcibiadea. Degustavi sensus quorundam nostrorum in urbe Vangionum, quare si videro opus esse, vel solus palam et aperte nostrorum perfidiam accusabo, et profitebor meo loco quid sentiam. Sed haec fortasse coram. Spero enim te ad nos venturum esse *Ratisbonam*; nos, quod faustum felixque sit, iter post triduum ingrediemur.

Mitto tibi conciunculas duas, in quarum altera, quae perstringam, facile divinabis. Plane erramus nos Scholastici, qui, cum sit nativa discordia inter tyrannos et Philosophos, foedera nobis cum illis esse posse arbitramur, aut illos posse istam μετριότητα τῆς ἀρετῆς, quam laudant Peripatetici, sequi aut tueri. Quoties tibi dixi, impendere mihi philosophicum exitum? Meus pater veneno periit, quod datum putabatur per[1]) Paridis patrem. Me filius perdit, non tam illa sua domestica causa**), quam hac nova Sophistica, quam nunc exercet. Meministi Demosthenem a Caricle, Ciceronem ab Augusto proditum. Haec sunt usitata; nec privato periculo moveor: de Ecclesia sum sollicitus, quam Deo votis assiduis commendemus. Est apud *Vergerium* Episcopum Iustinopolitanum, Gallicum Legatum, quispiam *Iohannes Fraxineus* Gallus, ad quem

*) *Paris*, i. e. Landgravius Hassiae, quem ita appellavit propter scandalum quod dederat per bigamiam.

1) *Cattorum prinsipem*, scripserat, sed ea litavit.

**) i. e. bigamia.

mitto Epistolam ei inscriptam. Bene vale, die 9. Martii.[1])

† Philippus Melanthon."

No. 2159. 12. Mart.

Fr. Myconio et I. Menio.

Edita a Snegass. ep. 13.

Viris optimis D. Friderico Myconio et Iusto Menio, amicis carissimis.

S. D. Hanc epistolam die Gregorii scripsi, cum postridie abituri essemus ad *conventum Ratisponensem.* Et exercebar curis gravissimis. Non metuo pericula privata: spero etiam pacem pub. Non defugio congressus publicos cum adversariis. Sed illud est mihi molestum, quod has actiones alii instituunt, alii coguntur sustinere. Et quorundam consilia sunt *Alcibiadea.* Sed orate Deum, ut servet et gubernet Ecclesiam suam, propter filium suum, Dominum nostrum Iesum Christum, qui pro nobis factus est victima. Hic iuvenis *Iohannes Dietz* Wimariensis quaerit conditionem, et audivit in *Saltza* desiderari Gubernatorem Scholae. Si potest huic *Iohanni* consuli, rogo ut Scholam illam ei commendari curetis. Ingenium, eruditionem et modestiam eius probo. Bene valete. Die Gregorii 1541.

Philippus Melanthon.

No. 2160. 13. Mart.

Mich. Meienburg.

Epist. lib. V. p. 668 sq.

Michaeli Meienburgio, consuli Northusano.

S. D. Paterna solicitudo vestra de studiis *Christophori Rhuel* digna laude est: et haud dubie grata Patri etiam absenti, ac spero profuturam iuveni. Heri ipse eum allocutus sum: pollicitus est diligentiam et assiduitatem: iussi etiam, ut vobis scribat. Nam ex oratione eius de ingenio et studiis iudicium facere potestis. Habet studii gubernatorem et Praeceptorem Magistrum *Christophorum Ionam*, versantem in doctrina iuris, et instructum eruditione in aliis artibus, et fideliter docentem. Spero, eius consuetudinem profuturam huic iuveni: certe magis idoneum Praeceptorem vix invenire posset.

Haec subito scripsi, cum iam in procinctu essemus iter ingressuri ad Conventum, quod utinam Deus gubernet. Non arma, non publicos congressus timeo: sed curam mihi et solicitudinem auget quorundam perversitas, de quibus aliquando coram. Bene valete. Dominica Reminiscere 1541.

Philippus.

[1]) Alia manus adscripsit et libri VI. editor repetiit: *anno* 1541.

No. 2161. 13. Mart.

Elector ad Lutherum.

† Ex prima scriptura in Tabul. Vinar. Reg. E. fol. 48. Vol. V. p. 20.

An Doct. Martin Luther.

Johanns Friedrich, Churfürst rc.

Unsern Gruß zuvor. Ehrwürdiger und Hochgelahrter, Lieber, Andächtiger. Wir haben euer Schreiben, die Beschickung des vorstehenden Reichstags belangende, neben euerm Bedenken*), warum die auch hochgelahrten liebe getreue Magister Philippus Melanchton und Doctor Creutzinger mit solcher Reise, oder ihrer eine Zeit lang zu verschonen seyn sollen, empfangen, und ferneres Inhalts gelesen, und vermerken solche eure Anzeige von euch zu gnädigem Gefallen, können auch die Ursachen, so ihr in berührter eurer Schrift angezogen, bei uns selbst der Wichtigkeit achten, daß es nützlich, und zuvörderst unsrer Universität halben nöthig und gut wäre, daß gemeldeter Mag. Philippus und Doct. Creutzinger zu Wittenberg blieben und mit solcher Reise verschont würden.

Nachdem Ihr aber wisset, daß an diesem Reichstage merklich, und bevor an der Religionsachen halben, viel gelegen, sollten wir nun denselben eigner Person nicht besuchen, auch mit Theologen nicht stattlich beschicken: so möchte uns aufgelegt werden, als trügen

*) Haec Lutheri epist. non legitur in eius opp. neque apud de Wettium.

wir mit unsrer christlichen wahren Religion, dieweil Kais. Maj. thát allda selbst seyn, an's Licht zu kommen Scheu. Darum so bedenken wir die Nothdurft (zu) seyn, die genannten zwo Personen zu verschicken; das ihr Euch auch sonder Zweifel also werdet gefallen lassen, und wollen uns zu ihnen gnädiglich versehen, sie werden sich unsers vorigen Schreibens solcher Reise halben halten, und sich darnach achten, daß sie auf den nächsten Mittwoch [16. März] gegen Abend zu Altenburg gewißlich an- und einkommen, welches ihr ihnen fürder also anzeigen und vermelden wollet.

An *Philippus* et *Crucigerus* Ratisponas venerint, nondum certo scimus; certo autem dicitur, Electorem vestrum non venturum, quod equidem improbare nullo modo possum.

Haec pauca boni consule, et, ut valeatis, quid agatis, quid speretis, tu et *Lutherus* et *Pomeranus*, ad me rescribe. Comitiorum exitus putatur futurus, ut pax prorogetur colloquium obmittatur. Bene vale. Datum Nurembergi 28. Martii 1541.

A. Osiander.

No. 2171. 29. Mart.

M. Luthero.

Mel. Select. epist. p. 266 sqq. — Epist. lib. I. p. 215 sqq. (edit. Lond. lib. I. ep. 72.). — Apographon in cod. Bav. II. p. 627.

Reverendo[1]) *et optimo viro D. Martino Luthero Doctori Theologiae, et purioris doctrinae Evangelii instauratori*[2]), *patri suo cariss.*[3])

S. D. Praeter meum morem literas ad te aliena manu scriptas mitto. Nam cum in aditu *Bavariae* currus everteretur, dextra allisa tigillo adeo duriter quassata est, ut ea nondum uti possim: nec mediocres cruciatus secuti sunt nervorum concussionem; non omittam tamen officium mittendarum literarum. De conventu nihil adhuc nisi quorundam incertas divinationes scribere possum. Nam publicae deliberationes nondum inchoatae sunt, ac morae causam esse arbitror, non tam quod Principes nonnulli adhuc expectantur, quam quod illi ipsi, cuius vox praeire caeteris debet, et, ut *Homerus* inquit, ἐξάρχειν βουλῆς, deest consilium. Res poscit ut exercitus opponatur *Turcis* in *Pannonia* grassantibus, qui non ex iure manu consertum, sed mage ferro provocant, ut *Ennius* inquit. Et recens occupato quodam oppido foedam stragem ediderunt; sed ut occurratur, opus est Germanorum concordia, quam Bavarus et Mezentius[4]) ita constituendam † esse" censent, prius ut nostri deleantur. Ab his dissentit Imperator, qui vetat patriae manus adferre, et componere civium controversias civili modo cu-

1) Cod. Bav. *Clarissimo.*
2) *et pur. . . . inst.*] Cod. Bav. *Instauratori purae doctrinae Evang.*
3) Haec inscriptio est in lib. I.
4) *Bavarus et Mez*] Sic cod. pro *aliqui* quod edidit Peucerus.

peret, si qua ostenderetur eius rei perficiendae via. Forma *Wormaciensis* dicitur displicere. Fatentur enim adhibitos esse ab adversariis homines, nec ad veritatis inquisitionem idoneos, nec expetentes †communem" tranquillitatem. Disputant[5]) rursus de *Francofordiensi* formula, ut delecti et Imperatoris et partium iudicio amanter colloquantur, et deliberata ad Imperatorem et Principes deferantur[6]). Narrantur et alii modi. Sed de tota re paulo post certiora habebimus. Nos, si, ut spero, firmus erit nostrorum consensus, minus laborabimus. Eruditorum sententias[7]) et voluntates congruere non dubito. *Macedonici* concionatores de suo domino etiam bene promittunt. *Nidanus* nobis heri narravit, in hoc itinere *Macedonem* dixisse, se nec a confessione discessurum esse, nec passurum ut abstrahatur a foederatis. Nos quidem tueri consensum studebimus. Et tamen ἐπιχαρμεῖον illud non obliviscemur, *μέμνησο ἀπιστεῖν*, ne nimium obsequamur. Oremus autem deum, ut has actiones periculorum et insidiarum plenas gubernet, et mentes nostras regat ad illustrandam Evangelii gloriam. Imperator aperte nihil ostendit hostile, ut alioqui eius admiranda est in omni apparatu modestia, et in respondendo lenitas. Heri apud eum fuit *Macedo* in colloquio non arcano, sed in quadam hominum frequentia. Mirabantur aulici Imperatoris τὴν παῤῥησίαν αὐτοῦ. Erat enim *Macedo* acerrima oratione invectus in Mezentium[8]), nec aliud ibi actum est. Habetis ea, quae nunc quidem maxime videbantur ἀξιόλογα de prooemiis conventus, quae utinam Deus fausta et foelicia esse velit. In itinere D. *Caspar*[9]) in oppidis *Bavaricis* aliquoties concionatus est frequentibus auditoriis, et hospitum erga nos singularis comitas fuit propter[10]) Evangelii studium. Tantum enim attigimus oppida *Palatinis* nostris, et *Ruperti* filiis obedientia. *Philippus Palatinus Anhaltinum* cum toto Comitatu traduxit in arcem suam, et amanter tractavit. Bene et foeliciter vale. Deus servet te et honestissimam coniugem †tuam" et dulcissimos liberos †tuos". Die Martii 29. Ex veteri Rhetorum Colonia. †1541." Phil. Mel.[11])

5) Cod. *Disputari autem.* 6) *deferant* cod.
7) Peuc. in Select. epp. ed. alt. et lib. I. *sententia* ex mendo.
8) *Mezentium*] Sic e codice edidi pro: *adversarium suum*, quod est ap. Peuc.
9) Cod. *Casparus.* 10) Cod. *praeter.*
11) Nomen subscr. om. Peuc. in lib. I.

No. 2172. 29. Mart.

I. Ionae.

Edita in Schelhornii literarischen Ergötzlichkeiten, Vol. II. p. 405.

Ad Iustum Ionam.

Quae de initiis conventus significare poteramus, leges in literis scriptis ad D. Doctorem. Tibi vero mittimus exemplum latae sententiae Romae contra *Mezentium*. Adest hic actor Hildeshemensis Episcopus. Is exposuit Principibus et Civitatibus, deprehensos esse et teneri captos aliquot, qui fatentur se conductos esse a *Mezentio*, ut tum ipsius, Episcopi, vitae insidientur, tum grassentur in pagis, qui adhuc tenentur a Collegio. His narratis multorum animos movit, ut gravissima*) suspicentur de *Mezentio* quod ad confessiones attinet illorum, qui a nostris capti tenentur, ac narrant, se ab eodem Phalaride conductos esse**). In Italia Romanus Pontifex nunc bellum gerit de ducatu Urbini, et sunt in armis contra Pontificem Columnenses. Haec negotia magis sunt curae illi *ψευδιερατικῷ τάγματι*, quam doctrinae puritas. Nosti versum: τυράννιδος πέρι ἀδικεῖν χρή. Id gnaviter isti faciunt. *Wintoniensis* Anglus Noribergae ad se *Osiandrum* accersivit, et cum eo περὶ δικαιοσύνης disputavit. Quae fuerit catastrophe, non satis scio***). Credo, *Ropertum de Moshaim*, Decanum Pataviensem esse, qui edidit ingens volumen de Monarchia Pontificis Romani, ac defendit, Romanum Pontificem esse ἀναμάρτητον. Interfuit Wormatiae nostrae dis-

*) Schelh. edidit: *gravis*, quod mendum est vel pro *gravius* vel pro *gravia* vel pro *gravissima*. Solet haud raro Melanthon in superlativis uti scribendi compendio, et fortasse scripsit: *graviss.*, i. e. *gravissime* vel *gravissima*.

**) Sleidanus in comment. p. 378. haec: „Diximus antea de „variis incendiis per Saxoniam excitatis: e maleficis autem „deprehensi complures atque capti, diversis locis, habita „quaestione, plerique testificabantur ad extremum usque „spiritum, a praefectis et familiaribus *Henrici* Brunsvicen„sis, accepta pecunia, se fuisse conductos atque summissos, „ut id facerent. Hoc igitur nomine, sed et aliis de rebus, „Lantgravius et legati Saxonici, Ratisbonae, Brunsvicen„sem apud Caesarem accusant, et quid incendiarii singuli „profiterentur, scripto comprehensum exhibent. His con„iunxerat se *Gulielmus* Brunsvicensis, qui et ipse fratrem „germanum *Henricum*, a quo multis annis fuerat detentus „in carcere, graviter accusabat." — De incendiariis submissis ab Henrico Brunsvic. videantur etiam litterae Lutheri d. d. 10. Oct. 1540. et d. 7. Decb. 1540. In posteriore scribit: „Hic non cessatur a suppliciis incendiariorum, et Heinz a Lupo Marsupio (Wolfenbüttel) fit odibilior in dies."

***) Vid. Osiandri epist. d. 28. Mart. h. a.

putationi de morbo originis. Nunc *Eccium* adortus est, et contra eum multas paginas elidit, in quibus vanam quandam sententiam comminiscitur. Reprehendit et nostram et scholasticam. Mira est petulantia huius aetatis, *καὶ ἀναίδεια*, praesertim in iis, qui de religione disputant, est *κακίστη*, ut in tragoedia scribitur. Nostrarum Ecclesiarum quam sit simplex de eo loco sententia, et explicata, scis, et tamen tanta est ingeniorum levitas, ut suos ludos recte traditis anteferant. Die 29. Martii. Ex veteri Rhaetiorum Colonia ad Istrum, 1541.

Dicitur Caesar etiam praeter alias causas propter valetudinem properare, ut redeat in Hispaniam. Quare quod ad ipsius voluntatem attinet, spero fore celeriores processus actionum.

No. 2173. **29. Mart.**

P. Ebero.

† Ex apogr. in cod. Lips. ep. 9., cod. Mehn. III. p. 181. et Mel. Manl. p. 169.

Viro optimo M. Paulo Ebero, in Academia Viteb. amico suo.

Mitto tibi versiculos in curru compositos, qui tamen malam gratiam Musis nostris retulit; nam in aditu Bavariae eversus ita mihi quassavit dextram sub *καρπῷ*, ut vocant, ut ea nondum uti possim. Eo fit, ut literas mittam aliena manu *) scriptas.

Conventus nondum nobis argumentum suppeditat, quia publicae deliberationes hactenus nondum sunt inchoatae. *Wormatiae* literatas Germanorum copias aliquanto maiores habuimus, quam hic. Absunt enim adhuc *Norimbergenses* concionatores et plerique alii. Venerunt huc ex *Italia Contarenus* Cardinalis et ex *Anglia Wintoniensis*, qui an adduxerint 1) aliquos insigni eruditione praeditos nondum rescivi. Nam utraque natio nobis minus 2) familiaris est.

Galli nos plures accedunt, qui magis favent et literis et purae religionis doctrinae. Audio multos et in aula Caesaris moderatissime loqui de hoc ipso genere doctrinae, quod ecclesiae nostrae profitentur. Mira est imperatoris in omni apparatu modestia, et in respondendo lenitas. Videtur serio cupere, ut civili modo dirimantur controversiae publicae, eamque ad rem adhuc quidem D. *Granvellum* hortatorem habere; sed τὸ *ψευδιεράτικον τάγμα πάντα κάλων τείνει* 3) ad pia et moderata consilia impedienda. Deum oremus, ut servet et gubernet ecclesiam filii sui.

Domino *Pastori* dices, me iam dictando pertexere scriptum *de ordinatione*. Familiam meam tibi commendo. Si me ratio dierum non fallit, hodie venit Wittebergam *Marchio Elector*, cuius familiaribus dabitis, ut spero, literas ad nos et de domesticis rebus et de schola. Salutem opto coniugi, liberis et reliquae familiae, D. *Chiliano*, D. *Milichio*, *Vito* 4). Bene vale. Die 29. Martii, Ex Veteri Rhaetorum Colonia ad Istrum. (1541.)

Ph. Mel.

No. 2174. **29. Mart.**

Cruciger ad Bugenhagium et Ionam.

† Ex autographo Crucigeri in Volum. epist. Meining. ep. 10.

Clariss. viris d. Doctori Iusto Ionae et d. Iohanni Bugenhagen Pomerano, gubernatoribus ecclesiae Wittebergensis patronis et amicis carissimis.

S. D. Scribit ad vos d. *Philippus* historiam de prooemiis huius conventus, ex quibus quid expectetur de ipsis actionibus, aut quid divinetur potius, intelligetis abunde. Nec habeo plura aut certiora quae scribi possint. Vehementer expeti dicitur non tantum a nostris, *Macedone* praecipue, adventus illustriss. principis nostri Electoris, sed etiam ab ipso Imperatore. Sperant enim multum et auctoritatis et adiumenti allaturam eius praesentiam ad publica negotia. Nondum scimus, sintne principes adversariae partis huc adducturi suos theologos. Hinc quidem neminem audimus adesse praeter *Cochlaeum*, qui a suis etiam deri-

---

*) Casp. Crucigeri.

1) Cod. Mehn. *adduxerint*; cod. Lips. *adduxerit*.

2) Cod. Mehn. *nimis*, mendose.

3) *pseudo-sacerdotale agmen omnes nervos intendit*

4) *Salutem etc.* non habet cod. Lips.

detur, nec ulli usui est; nisi quod edit insulsos libellos, sed tamen virulentos; Eccium aiunt cupidum hic accurrendi, ut suas efflaret glorias apud stultos, retineri a Bavaris. Ex nostris adsunt hi tantum, *Corvinus*, *Kymaeus*, *Dionysius*, doct. *Draco*, *Ioh. Pistorius* adducti a Landgravio, ex civitatibus *Bucerus* et *Calvinus*.

De continuando colloquio, ita ut Wormatiae ceptum est, non sperari potest. Hoc apparet quaeri, ut paucis quibusdam delectis ex voluntate partium detur negotium conferendi inter se de doctrina et quaerendae concordiae, et interea utrinque pax sit, aut potius induciae. Verum huic consilio maxime obstat, quod ab altera parte non inveniunt homines ad has res agendas idoneos, et propemodum Imperator ipse destitutus consilio haerere videtur et a nostris accepturus, si quae ostendatur via. Nunc expectatur adventus *Moguntini*, qui mirum ni vere erit Davus ad disturbanda consilia, si quae inirentur utilia reipublicae, et Syrus ad fallendos omnes. Sed Deus etiam hunc aliquando in astutia sua comprehendet, quem rogemus, ut ecclesiam suam adiuvet et servet.

Tibi, mi d. Pastor, commendo meam familiam, et peto, ut pro nobis etiam oretis, tametsi scio hoc vel non rogatos studiose facere. Rogo etiam, ut meis verbis cariss. et observandiss. patrem d. Doctorem *Martinum* reverenter salutetis. Bene valete, et cum omni vestra familia ac tota nostra Ecclesia. Ratisponae die 29. Martii 1541.

(*Casp. Cruciger.*)

No. 2175. **31. Mart.**

Io. Brentio.

Epist. lib. VI. p. 891 sq. — Hic ex autographo Crucigeri manu scriptum, cui Melanthon ipse debili (ut scriptura docet) manu suum nomen subscripsit, in cod. Monac. I. p. 864.

Viro optimo, D. Iohanni Brentio, Pastori Ecclesiae in Salinis Suevicis, amico cariss.

S. D. Vidit nuncius meus dextram manum meam non posse, et paene mancam esse. Nam cum in aditu Bavariae currus everteretur, quo vehebamur, durissime mihi quassata est. Omnino mihi Rhenus amicior est, quam hi horridi saltus Boiorum. Quare boni consules, quod Epistolam ad te mitto aliena manu scriptam. Scripsit enim *Caspar*, qui est [illegible]. Nunc sit sane ἀμφότερος, ut Alexander dicebat.

Hic nondum inchoatae sunt publicae deliberationes, ac puto morae causam esse, non tam quod Principes adhuc quidam expectari dicuntur, quam quod ille ipse, cuius vox praeire caeteris debet, dubitat, qua ratione has *διαλλαγὰς ἀμηχάνους* instituat. Repudiatur, ut audio, forma Wormatiensis, et dicuntur eligendi quatuor, qui paucos quosdam literatos sibi adiungant, ut cudant articulos flexiloquos. Nominantur hi, Marchiones duo, Elector et *Georgius*, qui nondum adsunt, *Granvelus*, quarti nomen ignoro. Quidquid est, artificiose res instituitur, et metuo colludere quosdam ex nostris, cum nonnullis, qui inflectere negotium conantur. Quid dicam, ex Oratiuncula intelliges, quam adieci; plura, si hic esses, nunc quidem non audires. Nostri te accersent quam primum audiemus quomodo Imperator velit instituí *τὰς διαλλαγάς*. Noriberga *) nondum misit Concionatores. Bene vale, pridie Calend. Aprilis. Ex veteri Rhetorum Colonia ad Danubium. 1541.

Philippus Melanthon.

Ἀσπάζεταί σε ὁ Χαύπαρος Σταυροφόρος ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν ἐν κυρίῳ.

No. 2176. **4. Apr.**

Mart. Luthero.

Epist. lib. III. p. 144 sq. (ed. Lond. lib. III. ep. 71.) — Apographa in cod. Goth. 191. p. 80., cod. Lips. ep. 8. et mst. Manl. p. 171.

D. Martino Luthero.

S. D. [1]) Hodie, videlicet die Ambrosii, initium dicebatur futurum esse publicarum deliberationum; sed moram intervenisse audio, propterea quod nondum constitui potuit dissidentibus duobus principibus, *Macedone* et *Mazentio*, qua ratione in consessu coniungantur, ne alteruter per contumeliam exclusus videretur. Tantae res ac dignae heroicis viris hic aguntur.

Meministi cum princeps noster lecta Odyssea videbat Homericas (ut ipse loquebatur) *) ineptias; sed profecto ita est. Multo maiores sunt hae con-

---

*) Lib. VI. *Norimberga.*

1) *D.* om. Pez. *) ut ipse loq. omittunt codd.

ventorum ineptias, dignas videlicet propter quas nunc dextellam[3]) fere amisi, et saepe alias insignes plagas accepi.

Scriptum tuum contra *Mezentium* hic avidissime legitur, qui etsi multa[4]) molitur *καὶ βυσσοδομεύει* contra nostros, tamen videntur divinitus abhorrere ab eo omnium mediocrium hominum voluntates. Paedagogus eum arte regit; cuius consilia ut dissipet Deus, oremus. Superat reliquos principes *Macedo* comitatu et reliquis aulicis pompis. *Caesar* nondum in publicum prodiit, quoad hic fuimus. Bene et foeliciter vale. † Salutem opto honestissimae coniugi tuae, dulcissimis liberis et toti familiae tuae. Die Ambrosii ex veteri Rhetiorum Colonia. Salutat te *Caspar, ὁ γράψας τὴν ἐπιστολήν.*[5]).

Exanimor[6]) cogitans *τῶν ἀρχόντων πανουργίας καὶ συκοφαντίας.* Quare velim statuas, longe me apud te malle versari, quam apud illa *τέρατα ἔχοντα τὰ ὀνόματα ἀρχόντων.* *Fabrum Viennensem*, qui tam multos insulsos libros scripsit, tam multos pios crudelibus suppliciis adfecit, velut faber *Perillus*, extinctum esse certum est, et iam illi quaesitor Minos urnam movet. Iterum vale.

No. 2177. **4. Apr.**

P. Ebero.

† Ex apogr. in cod. Lips. ep. 11.

Paulo Ebero.

Totos iam 14. dies uti dextra non potui. Nunc, cum adhuc tremat manus ac rigent digiti, has pinxi literas tamen quoquo modo. Medici narrant, tardam fore curationem. Sed Deus faciat, ut sim *ὄργανον χρήσιμον τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ*, et ad eos usus mihi restituat *χρῆσιν τῶν ὀργάνων*[1]). Mitto tibi *poëma de initiandis sacerdotibus*, quod in hoc otio composui[2]). Versiculi sunt, ut vides, tenues, sed hae materiae certum genus verborum postulant. Si quis tamen uberiore vena praeditus hoc argumentum retexeret, et aliquid splendoris adderet, videretur non iniucunda *ἀλληγορία*.

De conventu praeter ea, quae nuper significavi, nihil habeo. Hodie putabatur initium futurum publicarum deliberationum; sed nescio quae morae causa inciderit. Non enim quaero causas ubi pleraque casu evenire video. O felices, quibus in scholis mediocribus in optimis studiis consenescere licet, ac procul abesse a Centaurorum negotiis. Nec scholastica vita privatum otium existimari decet. Magis prosunt vitae hominum et ecclesiae illae nostrae disputatiunculae *τῆς ἑβδόμης ἡμέρας*, quam hae futiles rixae conventuum. Bene vale. Die Aprilis 4.

Phil. Mel.

No. 2178. **6. Apr.**

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 118 sqq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 527.

Viro optimo, D. Vito Theodoro, Evangelium docenti in Ecclesia Noriberg.

S. D. Recte suspicaris, mi *Vite*, me propter dextrae quassationem scribere hactenus non potuisse. Ne nunc quidem dextra in officio est. Vides enim, quam male pingam. Dictare non libet, nisi cum admodum necesse est. Tanto enim cruciatu afficior propter contusos nervos, vox etiam ut sit languidior.

Deum oro, ut faciat me *ὄργανον τῇ Ἐκκλησίᾳ χρήσιμον* ac restituat mihi *τὸ ὄργανον ὀργάνων.*

Hodie, quod faustum felixque sit, initium erit publicarum deliberationum, in quo fortassis significabitur, quo ordine Theologicos congressus instituere velint. Nam forma Wormatiensis repudiatur, quia adversariis inutile est; pertexi Explicationem eruditam, ut Wormaciae inchoata est. Vident, si pertexta proferatur in lucem, quae

---

3) Sic codd. — Pez. *dexteram.*

4) Pez. et mst. Manl. *multum.*

5) Addit haec cod. Goth.

6) *Exanimor* et quae sequuntur non leguntur in codd., sed mst. Manl. addit etiam: *Fabrum Vienn.* etc.

1) Cod., in quo graeca saepe misere depravata sunt a describente, habet primum duas voces compendio scriptas, haud dubie *χρῆσιν*, et deinde *ὄργανον ὀργάνων*.

2) Vid. Mel. Epigramm. ed. Ioh. Maioris (1575.) Sign. F. 2. a. ed. Grothusii fol. 29 b. et Scripta publice profess. Witeb. T. III. [illegible] 3 b. nomine auctoris non addito.

sint futura saniorum iudicia. Decernent igitur eos, ut pauci quidam succosos articulos componant. Alii arbitrantur, tantum a Turcis impendere periculi, ut nunc necesse sit differri disputationes de dogmatibus. Narrat *Stanislaus Laschus*, certo adventare Turcicum Tyrannum cum ingentibus copiis. Deus servet nos et gubernet Principum consilia. Mitto tibi poëmata, ac velim in pagella adfigenda parietibus excudi illud, cui titulus est: *Vituperatio negligentiae*. Graecum literatorem*) audivi, ac iussi describi tibi ea, quae de nostris quaestionibus respondit. Non novit doctrinam Ecclesiasticam; ait se enarrasse Poëtas. Nec in Philosophia videtur versatus. Sed tamen invenias Exulem non illiteratum. Bene vale. 5. Aprilis. Desino, ne nimium defatigem manum.

Philippus Melanthon.

No. 2179. 5. Apr.

Caesar ad Ordines Imp.

Editum in Actis Comitior. German. a Bucero, unde illud hauserunt Hortled. P. I. p. 306. et Walchius in opp. Luth. XVII. p. 701. — Praetermisi eam edicti partem, ubi Caesar narrat, quae inde ab anno 1530. egerit in Germania et extra Germaniam, quaeque illum impediverint, quo minus ad concordiam faciendam in causa religionis et Ecclesiae in Germaniam venisset.

Kaiserlicher Majestät erstet Vortrag auf dem Reichstage zu Regensburg, so viel die Religion belanget, in ihrer Majestät Gegenwärtigkeit allen Churfürsten, Fürsten und Ständen vorgelesen den fünften Aprilis 1541.

Die Röm. Kais. Maj., unser allergnädigster Herr, setzt in keinen Zweifel, die erscheinenden ihrer Majestät und des heil. römischen [1]) Reichs Churfürsten, Fürsten und Stände dieses ausgeschriebenen Reichstags, und der Abwesenden Gesandten, Räthe und Botschaften, tragen gut Wissen, welcher Maßen ihre Kais. Maj. aus gnädigstem Kaiserl. Gemüth, Willen und Neigung; die sie zu gemeinen Ständen des heiligen Reichs und deutscher Nation, als dem Vaterland, tragen, vom Anfang ihrer Kaiserlichen Regierung je und allewege zum höchsten begierig gewesen, alles vorzunehmen, zu fördern und in das Werk zu bringen, das dem heiligen Reich zu Ehr, Nutz und Wohlfahrt gelangen, und vornehmlich damit allen Zwiespalt, Uneinig und Zertrennung zwischen allen Ständen aufgehoben, Friede, Ruhe und Einigkeit gepflanzet und erhalten, und dem heiligen Reich deutscher Nation in andern ihren Obliegen geholfen werden möchte. Dieweil aber neben andern beschwerlichen Obliegen des heiligen Reichs der Zwiespalt in unserer christlichen Religion bisher nicht die geringste Ursach gewesen, und noch ist, dadurch die Stände gemeldten römischen Reichs gegen einander in Mißtrauen, Zertheilung und Zertrennung gewachsen und kommen seynd, darzwischen gemeiner Erbfeind, der Türke, von Tag zu Tag je länger je mehr gegen und wider gemeine Christenheit, und sonderlich die deutsche Nation, solcher Maßen eingedrungen hat, daß nicht allein die nächst anstoßende Königreiche sondern auch jetzt bemeldte deutsche Nation, wo anders demselben Feind nicht zeitlich stattlicher Widerstand beschehe, in Sorgen, Gefahr und hochnachtheiliges Verderben gesetzt, daß auch zu dem im heiligen Reich zu Erhaltung Friedens, Rechtens und guter Policey oftmals merklicher Abgang und Mangel erscheinet: so hat ihre Kaiserl. Maj. solches in Kraft ihres befohlenen Kaiserl. Amts zu Gemüth und Herzen geführet, und mit Rath und Zuthun gemeiner Stände, auch für sich selbst diesem hochbeschwerlichen Obliegen nach ihrem höchsten und besten Vermögen zu Hülf zu kommen, bisher nichts unterlassen. Und nachdem auf mehr gehaltenen Reichstägen der streitigen Religion halben Handlung vorgenommen und bedacht worden, daß derselbe Streit und Zwiespalt unserer christlichen Religion durch keinen fruchtbarern und geschicklichern Weg hingelegt, und zu einhelligem, gleichmäßigen Verstand gebracht werden möge, denn durch ein gemein christlich Concilium: so hat ihre Majestät solchen Weg an die Hand genommen, und keinen möglichen Fleiß, Mühe noch Arbeit gespart, damit solch Concilium ausgeschrieben und gehalten würde, und sonderlich wie solches auf jüngstem Reichstag allhie zu Regensburg im nächst verschienem [2]) 32sten Jahr der mindern Zahl bedacht und verbscheidet worden ist.

— — — — — — — — — —

(Iam narrat Imperator ea omnia, quae inde ab anno 1532 impedimento fuerint, praesertim bella, quo minus concilium convocare et rem turbatam ecclesiasticam in Germania restituere potuisset, quae hic praetermittenda esse putavimus. — Quibus expositis Caesar in hunc modum pergit:)

Nun hätten sich ihre Kais. Maj. aus ihren Niedererblanden zu diesem Reichstag gefördert, und unterwegs, so viel ihrer Maj. möglich gewesen, geeilet, unangesehen ihrer Majestät Leibes Schwachheit und sonst allerlei Ge-

*) Franciscum Mageram.

1) römischen excidit ap. Walch.

2) Walch. verschienenem.

brechen und Beschwerungen, so ihrer Maj. zugestanden. Zu dem hätte ihre Maj. auch nicht unterlassen, bei Päpstlicher Heiligkeit anzusuchen, und solches erhalten, daß Seine Heiligkeit vermöge des Hagenauischen Abschieds ihren Legaten insonderheit hieher verordnet, christlichen Fried und Einigkeit fördern zu helfen. Und hat derhalben den hochwürdigen Cardinal *Contarenum*, als einen Liebhaber des Friedens und sonders berühmten verständigen Prälaten, hieher geschickt, welcher auch vor dieser Zeit allhie ankommen ist.

So denn ihre Kais. Maj. diesen jetzigen Reichstag aus oberzählten und andern hochwichtigen und nothwendigen Ursachen, im selben Ausschreiben verleibt, vorgenommen, sich eigner Person hieher verfügt, und nun eine gute Zeit der abwesenden Churfürsten, Fürsten und Stände Ankunft erwartet, die auch nunmals zum Theil in eigener Person, und etliche durch ihre Gesandten gehorsamlich erschienen; deß sich Ihre Maj. freundlich und gnädiglich bedankt, und nun der Principalpunct, darum diese Reichsversammlung berufen wäre, als obstehet, der Zwiespalt unserer christlichen Religion und Glaubens, so bisher über alle gepflogene Handlung für unerlediget, von Tag zu Tag je länger je beschwerlicher worden, daraus allerlei Mißtrauen und Widerwärtigkeit zwischen den Ständen des heiligen Reichs erfolgt, und wo man dem mit zeitlichem heilsamen Rath nicht vorkommen würde, allerlei beschwerliche Weiterung, Krieg und Empörung, als hoch zu besorgen, erwachsen möchten: so ist ihre Maj. zu solchem trefflichen und nothwendigen Werk zu helfen ganz gnädiglich geneigt und begierig, der gnädigen und gänzlichen Zuversicht, die erscheinende Churfürsten, Fürsten und Stände, und der Abwesenden Gesandte, Räthe und Botschaften, werden ihres Theils und ein jeglicher insonderheit auch nichts erwinden lassen, sondern die Sachen ihres besten Verstandes und Vermögens fördern, und deren nachgedenken.

Und es begehret demnach ihre Kais. Maj. an die erscheinenden Churfürsten, Fürsten und Stände, auch der Abwesenden Gesandten, Räthe und Botschaften, freundlich gnädiglich ersuchend, sie wollen erwägen, bedenken und berathschlagen, welcher Maßen berührter Zwiespalt in unserer heiligen christlichen Religion und Glauben hingelegt, und zu einhelligem christlichen Verstand gebracht und vereinigt werden möge, auch was und wie hierin zu handeln und vorzunehmen sey. Und damit die Stände abnehmen mögen, daß Ihre Kais. Maj. diese Religionssache als das trefflichste und höchste Obliegen darum auch gern gefördert sehen wollten, bei ihr selbst mehrmals zu Bedenken und zu Herzen genommen, haben ihre Maj. auf diesen Weg gedacht, sofern die Stände kein fruchtbarer fürträglicher Mittel wissen: daß ihre Majestät mit wohlbedachtem zeitlichen Rath, doch dem Augsburgischen Abschied ohne Nachtheil, etliche guter Gewissen *), ehr- und friedliebende Personen, die auch des heiligen Reichs deutscher Nation Ehr, Nutz und Wohlfahrt zu fördern geneigt, in geringer Anzahl aus gemeinen Ständen und deutscher Nation erwählen und verordnen, die streitigen Artikel der Religion nothdürftiglich zu examiniren und zu erwägen, die auch allen möglichen Fleiß vorwenden, dieselben irrigen Puncte zu vergleichen, und alsdann, wie dieselben zu Vergleichung und Einigkeit gebracht werden mögen, ihrer Kais. Maj. auch Churfürsten, Fürsten und Ständen dessen Anzeigung und Bericht thun sollen, sich darauf desto besser haben zu entschließen, auch mit Päpstlicher Heiligkeit Legaten, vermöge des obbemeldten Hagenauischen Abschieds, zu communiciren. Und seynd ihre Kais. Maj. auf solchen Weg auch darum desto mehr bewegt, daß derselbige hievor etliche Mal zu Augsburg und jüngst zu Worms vorbehaltlich, wie obstehet, als zu dieser Sachen der bequemste, fruchtbarste und förderlichste gedacht worden ist.

No. 2180. (5. Apr.)

Nic. Medlero.

† Ex apographo in cod. Monac. 88. no. IV. p. 129.

Doctori (Nicolao) Medlero.

S. D. Quod faustum foelixque sit, die 5. Aprilis inchoatae sunt publicae deliberationes. Imperator in curia Senatui imperii Germanici duas res omnium humanarum maximas deliberandas proposuit. Et quidem prior erat religionis mentio. Exposuit, se, tentatis multis rationibus sarciendae concordiae et re diu deliberata, non videre viam aliam magis idoneam aut similiorem Ecclesiastici iudicii, quam si deligantur aliqui eruditi, pii, et, ut ipsius verbis utamur, integra et bona conscientia praediti, qui de controversiis inter se conferant, ac postea suum iudicium principibus omnibus exponant. Ac horum sententiam vult esse non quidem decretum, sed quasi προβούλευμα, ut vocabant Athenienses. Causa tota proposita

*) i. e. etliche gewissenhafte.

est sine significatione saevitiae. Est enim Imperatoris ut in omni invocatione atque apparatu admiranda modestia, ita in respondendo lenitas. Altera pars in Caesaris propositione erat de propulsanda barbarie Turcica. Certum est enim, ipsum tyrannum Turcicum cum magnis copiis Adrianopoli esse, ac nobis narravit *Stanislaus Laskius*, constitutum esse, ut mense Maio veniat (in) Ungariam. Nihil dubium est, magno in periculo non solum Ungariam sed etiam Germaniam esse. Ideo pios omnes decet precari, ut Deus miseras Ecclesiolas servet, ac defendat adversus Turcicum et Pontificum furorem.

Quod scribis de insolentia Canonicorum apud vos, profecto metuendum est, fatalem esse dementiam ipsorum, qui nec suo, nec patriae, nec tot Ecclesiarum periculo moventur. Et cum externus hostis immineat cervicibus omnium, inflammare cupiunt domesticum et civile bellum. Habes acta huius conventus usque ad hunc diem. Orabis autem Deum, ut nos respiciat et Ecclesiis det pacem. Bene vale.

No. 2181. 8. Apr.

Vito Theodoro.

Epist. lib. VI. p. 464 sqq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 529.

Viro optimo, D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Noriberg.

S. D. Gratum mihi feceris, si praesertim in hac vicinia, usitatam in mittendis literis assiduitatem praestabis, etiamsi ego paria tecum hoc tempore διὰ τὴν θλᾶσιν τῆς χειρὸς facere non possum. Nosti enim Hesiodi versiculum, in quo dicitur καὶ λώϊον αἴκε δύνηαι, [*et melius si queas*]. Non possum sine cruciatu gubernare calamum. Quid sum nisi vivum cadaver, amissa hac arte scribendi, quae literis et reipub. serviebat, et amicis iucunda erat? Nec vero ego ipse ulla alia ex re, quam ex componendi labore maiorem voluptatem capio. Sed oremus Deum, ut faciat nos ὄργανα χρήσιμα τῇ ἐκκλησίᾳ.

Quae fuerit *Caroli* Imperatoris oratio ad Conventum, de conciliatione Ecclesiarum, et de propulsandis Turcis legisse te opinor. Imperator ostendit, se delecturum certos Principes ac fortasse doctores, qui περὶ τῶν διαλλαγῶν deliberent. Res est, ut vides, plena periculi. Itaque nostri biduum iam rixantur inter sese. Duriores volunt pertexi Wormaciensem disputationem. Alii malunt permitti Imperatori, ut nova ratio ineatur, qui fortassis bene secum agi putant, si quoquo modo ex periculis se evolvant. Nec reguntur haec Scholasticis consiliis, nec me propter suspiciones nostrae aulae admisceo. Sed Deum oro, ut ipse gubernet bonorum mentes.

Misi tibi quaedam Poëmata, et ea, quae nobis Graecus ille tuus respondit, satis inerudita; de his velim mihi rescribas. Cum Wormaciae essemus, dedi *Grynaeo* petenti Biblia mea, postea emi Argentinensem editionem, quae adeo mendosa est, ut rursus *Petreii* editionem requiram, Witebergae deerant exempla. Quare mihi a *Petreio* emes unum exemplum, pretium mittam. Utinam apud vos essem, ubi chirurgum habere peritiorem possem. Nam hic duriter excrucior, et quantum proficiam curando, nondum iudicare possum. Doctor *Magebuch* aliquid opis adferre potest. Nam iunctura non est luxata, nec ruptus radius aut vena, sed magna quassatio facta est; quaeso audias quid videatur Doctori *Magebuchio*. Bene vale. Die 8. Aprilis *).

† Philippus Melanthon.

No. 2182. 9. Apr.

Protestantes ad Caesarem.

Latine editum in Spalat. annal. p. 544. et quidem ex apographo in cod. Goth. 451. p. 89 b. — Argumentum huius responsi brevissime indicavit Sleidan. comment. lib. XIII. p. 380. — Habetur idem responsum germanice in Buceri Actis germanicis, in Spalat. annal., apud Hortlederum et apud Walch. l. l. Apographon scripti germanici legitur in Actis in Tabul. Vinar. Reg. E. fol. 48. Vol. 1. p. 155., quod cum textu Buceri convenit, nisi quod in fine quaedam addita sunt, quae Bucerus non habet. Quod ad rem ipsam attinet, hoc latinum et illud germanicum scriptum eadem dicunt, sed in germanico omnia verbosius exposita sunt. Puto, hoc latinum scriptum a Melanthone in usum Caesaris factum esse, germanicum vero, ut ad acta comitiorum reponeretur. Solebant enim ordines imperii latine et germanice simul scripta sua tradere, quia Caesar fere ignarus erat linguae Germanorum. Quum scriptum latinum easdem res, sed multo clarius et brevius dicat, hoc tantum hic exhibendum esse existimavimus.

---

*) Alia manus adscripsit et libri VI. editor repetiit: 1541.

Responsum evangelicae societatis datum Rom. Imperatori Feria VI. post Iudica. (9. April. 1541 Ratisbonae.)

(Antwort so Kais. Maj. die protestirenden Stände auf ihrer Maj. erste Proposition den 9. April gegeben haben. — Inscriptio scripti germanici.)

Invictissime Imperator Auguste, Domine clementissime. Commemoratio de optima voluntate Caesareae Maiestatis Vest. non solum erga patriam sed etiam erga universam rempublicam christianam, et de iis rebus, quas longo iam tempore magnis laboribus, sumptibus, periculis, copiis terra marique pro communi defensione christiani orbis gerit, eo nobis iucundior fuit initio huius conventus, quod faustum felixque sit! vicissim ut initio significationem aliquam nostrae gratitudinis ostendere possemus. Agnoscimus enim multis iam annis singulari consilio et pietate erga patriam solius Caes. Maiestatis V. pacem in Germania retentam esse, cum nonnulli iniustis cupiditatibus turbari eam cuperent.

Porro, quam salutaris fuerit universae Germaniae haec in retinenda pace constantia voluntatis Caes. Mai. V., non difficile est iudicare. Nullum est enim maius et luctuosius malum bello civili. Quare ex animo gratias agimus Caes. Maiestati V., quod civilia arma prohibuit. Est et haec egregia virtus et digna tanto principe, quem Deus ad fastigium orbis terrarum evexit, quod controversias ecclesiasticas ita dirimi voluit ecclesiasticis iudiciis, ut simul universae ecclesiae in Synodo consuleretur, nec dissiparentur violentis modis ecclesiae in Germania. Vidimus etiam non solum armis sed moderatione victoriae et gubernationis pacatam esse Italiam. Cognovimus ea, quae assidue geruntur classe et copiis Caes. Mai. V. ad reprimendam barbariem Turcicam; quae res et ipsa non solum ad alias nationes, sed etiam ad Germaniae salutem pertinent. Haec cum consideramus, primum Dei benignitatem agnoscimus, qui orbi terrarum hoc difficillimo tempore tam salutarem principem dedit, qui et domesticos tumultus prohiberet, et externos hostes, quos et nativa crudelitas et victoria superiorum temporum incitant ad delendum nomen christianum, reprimeret, deinde et ipsi Caes. Mai. V. tantos labores suscipienti, tanta pericula, tantas dimicationes pro communi salute, quae quidem magnitudine et difficultate pares sunt rebus gestis clarissimorum imperatorum veterum, utilitate superiores, gratias agimus.

Gratulamur etiam Germaniae adventum Caes. Mai. V., quae hoc animo venit in patriam, ut vastitatem et civiles caedes prohiberet, ac Deum precamur, ut pro laude nominis sui et bono publico gubernet et adiuvet Caes. Mai. V. in hoc cursu rerum maximarum gerendarum et constituendae pacis veris et salutaribus modis.

Quod vero ad Synodum attinet, vere hoc affirmare possumus, nihil aut fuisse aut adhuc esse nobis optatius, quam ut de communi salute et concordia ecclesiae in libera et christiana Synodo, in Germania celebranda, vere ecclesiastico ordine deliberari et agi possit. Constat enim, veteres abusus non mediocres haerere in ecclesia, quorum emendationem etiam ante haec tempora multi boni et praestantes viri efflagitaverunt[1]), de quibus corrigendis cum in ecclesiis nostris mentio facta est, vere profiteri possumus, eam a nobis fidem et diligentiam adhibitam esse, ut nihil alienum a consensu ecclesiae catholicae Christi acceperimus[2]), probemus aut defendamus, sed sentiamus hoc doctrinae genus, quod amplectimur in confessione nostra, vere esse consensum catholicae ecclesiae Christi, ac non modo veram agnitionem non defugimus, sed maxime proferri, explicari et propagari doctrinam ecclesiarum nostrarum cupimus, ut gloria filii Dei ornetur, et multarum gentium saluti consulatur. Sed multas magnas, graves[3]) et iustas causas habuimus, synodos his annis indictas recusandi. Et tamen hic initio testatum rursus volumus, nos nullam veram cognitionem defugere. Veneramur enim et nos, ut debemus, ecclesiam ablutam sanguine filii Dei, templum Dei, in quo Evangelium sonat, spiritus sanctus mentes piorum gubernat ad veritatis agnitionem et ad celebrandum Deum veris cultibus. Quare nunquam vere ecclesiastica iudicia detrectaturi sumus. Ac voluntas nostra conspici potuit toties iam in iis actionibus, quae Caes. Mai. V. clementer instituit ad dirimendas controversias. Nusquam recusavimus ostendere, quid sentiamus, et exponere sententiae nostrae testimonia; nec dubitamus, potuisse has dubitationes tolli, si quidam optimae

1) Spal. *flagitaverunt.*
2) Spal. *receperimus.*
3) Spal. *graves, magnas.*

voluntati Caes. Mai. V., inquiri et patefieri veritatem et veris modis constitui concordiam[4]). Haec eo commemoramus, ut intelligat Caes. Mai. V., hactenus nec voluntatem nec officium nostrum sanciendae communi concordiae defuisse.

Cum autem Caes. Mai. V. petiverit, ut status imperii deliberent, quomodo controversiae religionis tolli, divina et christiana concordia constitui possit, et qua via talis conciliatio instituenda sit, et quidem formam proposuerunt, ita nisi status aliam commodiorem et utiliorem indicarent[5]), rogamus, ut Caes. Mai. V. deliberationem horum statuum clementer accipiat.

Existimant, ad concordiam vere et ex fundamento constituendam utile fore, si pertexatur et continuetur declaratio sententiarum utriusque partis; sicut *Wormatiae* inchoata est; idque ob eam causam, quod in tanto negotio prodest, in deliberatione de concordia tenere momenta controversiarum, et quid in utraque parte certo dicatur et quibus fundamentis nitantur, maxime, cum multa absurda falso inculcata sint plurimis in hac natione et externis de nostris ecclesiis, de quibus omnibus et veritas in tali collatione inquiri, et aditus ad concordiam fieri facilior posset, sicut etiam antea Caes. Mai. V. clementer hanc viam et formam conferendi, quae Wormatiae inchoata est, praetulit aliis modis, et huc transferri iussit. Quare ut eam explicationem rerum tantarum continuari Caes. Mai. V. sinat, reverenter orant. Post eam declarationem, si iuxta propositionem Caes. M. V. deligerentur aliquot bonae conscientiae homines ac religionis ac pacis amantes minore numero, qui inspecta illa declaratione deligerent veras sententias et tollerent pugnantia, et Caes. Mai. V. prius clementer earum personarum nomina nobis indicaret: non defuturi sunt hi status officio suo in ulla re, quae ad ecclesiae salutem, et ad communem tranquillitatem in imperio profutura videntur.

Postremo de auxiliis adversus grassantem Turcicam barbariem et de ordinationibus politiae imperii semper obtulerunt status confoederati omnia sua officia, modo ut possint durabilem pacem impetrare et iniusti processus iudicii *Camerae* contra quosdam coniunctorum statuum omittantur. Sed priusquam de his rebus constituatur natura ipsa negotiorum postulat, ut pax in Germania fiat quod ad causam religionis attinet, qua constituta maxime cupimus omnes vires et facultates afferre ad communem Germaniae defensionem, et corpora quoque nostra opponere ad propulsandam Turcicam immanitatem. Nec in ullis aliis deliberationibus et actionibus officia nostra Caes. Mai. V. et communi utilitati deerunt.

Haec ut Caes. Mai. V. clementer accipiat, cum debita reverentia oramus.

(In scripto germanico Codex in fine haec habet:)

Ew. Kais. Maj.

unterthänigste und gehorsamste Fürsten, und der andern abwesenden Churfürsten, Fürsten und Stände der Augsb. Confession Räthe und Botschaften allhie zu Regensburg.

4) Transmissa hic sunt quaedam ab eo, qui descripsit hoc scriptum, fortasse haec: *convenienter passi essent.* In textu germanico: *so etliche die Sachen nicht mehr gehindert denn gefördert, nachdem Ew. Kais. Maj. Vorhaben und Gemüth dahin vermerkt, dass die Wahrheit sollte gesucht und ans Licht gebracht werden, und also eine rechtschaffene beständige christliche Concordia erfolgen möchte.* — In Spalat. annal. pro *quidam* editum est *quidem*, et editor putavit, ante *inquiri* excidisse: *placuisset.*

5) Non satis haec inter se cohaerere, quisque facile videt. Eodem modo ad verbum leguntur in Spal. annal. Puto apographon factum esse ex prima Melanthonis scriptura, in qua, ut mos ei erat, multa emendavit et delevit. Textus germanicus sic: *Und dieweil Ew. K. M. begehrt, die Stände wollen erwägen — — welcher Maassen berührter Zwiespalt in der Religion hingelegt, und zu einhelligem christl. Verstand gebracht und vereinigt werden möchte, auch was und wie hierinnen zu handeln und vorzunehmen sey, mit angehängtem und vorgeschlagenen Ew. K. Maj. Mittel, so fern die Stände kein fruchtbarers und fürträglicheres wissen* u.: *so haben* etc.

No. 2186. **10. Apr.**

I. Menio.

† Ex apographo in cod. Monac. 88. no. IV. p. 328.

Ad Iustum Menium.

Conventus initia Dei beneficio adhuc mediocria sunt. Nam consensus nostrorum adhuc est integer; et adiunxerunt se palam nostris in prima responsione data Imperatori, principes Palatini in Dweybruck, civitates non contemnendae, Norlinga et Dunkelspiel, et quidam comites. Ostendit imperator, se delecturum esse quosdam, qui de concordia deliberent. Nostri non repugnant,

quo minus Caesar aliquos idoneos eligat. Sed hos nominari sibi petunt; adiiciunt, pertexendam esse Wormatiensem disputationem, ut rebus explicatis verius deliberari possit, nec totum obiter καὶ ὡς ἐν παρέργῳ fucosi articuli condantur. Pontificii an permissuri sint Imperatori, ut deligat aequos homines, adhuc dubium est. Fortassis permittent, ut rursus biduo aut triduo disputemus, ut nos cogant θηριομαχεῖν. Vos orate Deum, ut gubernet conventum et nostrorum mentes et consilia.

Vagantur in Pannonia Turcicae copiae, et quidam affirmant, tyrannum ipsum brevi exercitum advecturum esse. In Italia Pontifex quaedam oppida Columnensibus ademit. Ea de re Imperator per literas non molliter expostulat cum Pontifice. In aula Caesaris sunt aliqui nobiles viri, qui de doctrina Evangelii bene sentiunt. Heri audivi equitem erudite disserentem et pie de tota doctrina Christi. Bene vale. die Palmarum 1541.

No. 2184. **11. Apr.**

Caesar ad Protestantes.

Editum in Buceri actis german., apud Hortled. p. 328. et Walchium in opp. Luth. T. XVII. p. 715.

Kaiserlicher Majestät Antwort den protestirenden Ständen den 11. April übergeben.

Die Römisch Kais. Majestät, unser allergnädigster Herr, hat der Fürsten und der andern abwesenden Churfürsten, Fürsten und Ständen der Augsburgischen Confession und derselbigen Religionsverwandten Räthen, Gesandten und Botschaften jüngst schriftlich übergebene Antwort, und anfänglich *) darin aus sondern Gnaden gern gehört, daß sie ihrer Maj. jüngst geschehene Proposition und Erzählung mit unterthänigsten Freuden vernommen, auch ihrer Maj. von Gott, dem allmächtigen, Lob, Preis, Glück und alle Wohlfahrt wünschten, mit unterthäniger Danksagung und Erzeigen; wie dieselbige ihre Antwort vermag.

Zum Andern hätten sie, die Stände, wohl vermerkt, wie ihre Majestät in dem Hauptartikel, die Religion belangend, Handlung vorzunehmen gesinnet, und achten noch gänzlich dafür, daß solcher vorgeschlagener Weg der schleunigste und fruchtbarste zu Ablegung dieses Artikels seyn soll. Hierum wäre nochmals ihrer Kais. Maj. gnädigstes Begehren, daß sie in dem (unangesehen, was sie des Colloquii halben vermerkt) ihrer Maj. vertrauen und willfahren wollen. Denn ihre Maj. sind des gnädigen Gemüths und Erbietens, solchen vorgeschlagenen Weg dermaßen vorzunehmen, dazu auch solche Personen zu verordnen, darob sie, die Stände, ihrer Majestät Versehens, gar keine Beschwerde haben, sondern spüren und abnehmen werden, daß ihre Kais. Maj. hierinnen nichts anders, denn was gemeiner Christenheit, sonderlich deutscher Nation zu Trost, Ruhe, Fried und Einigkeit dienen mag, zu suchen und zu fördern begierig. In welchem ihrer Maj. sie, die Stände, sondern gnädigsten und angenehmen Gefallen thun, auch solches in sondern Gnaden gegen denselbigen in keinen Vergeß stellen wollen.

*) d. i. zum ersten.

No. 2185. **12. Apr.**

Responsum Protestantium.

Editum in Buceri actis german. p. 25., indeque ap. Walch. in opp. Luth. T. XVII. p. 716. — Scriptum, ut ex epistola Mel. ad Lutherum d. 11. Apr. intelligitur, videtur esse d. 11. Aprilis, fortasse vero d. 12. Apr. Caesari traditum est.

Der Protestirenden Antwort auf Kais. Majest. Begehren.

Allerdurchlauchtigster rc. E. Röm. Kais. Maj. gnädigste Antwort, so sie gestrigen Tages den Ständen der Augsburgischen Confession und derselben Religionsverwandten, auf ihre geschehene mündliche und schriftliche Anzeige und Bedenken, gegeben, haben dieselbigen Stände unterthänigst vernommen.

Und erstlich, daß E. Kais. Maj. solche der Stände unterthänige Vermeldung so gnädigst vermerkt, deß thun sie sich gegen E. Kais. Maj. zum unterthänigsten bedanken.

Zum Andern, wiewohl gemeldte Stände den Weg des Gesprächs, Inhalts ihres nächsten übergebenen unterthänigsten Bedenkens, zur Vergleichung der Religion für den bequemsten angesehen haben und noch dafür achten; dieweil aber E. Kais. Maj. ihren vorgeschlagenen Weg nachmals für bequemer ansehen und gnädigst begehren, daß die Stände E. Kais. Maj. darin unterthänigst vertrauen und willfahren wollten, mit dem gnädigsten Erbieten, solchen vorgeschlagenen Weg dermaßen vorzu-

nehmen, dazu auch solche Personen zu verordnen, darob diese Stände, E. K. Maj. Versehens, gar keine Beschwerde haben, sondern spüren und abnehmen würden, daß E. K. Maj. hierin nichts anders, denn was zu Gottes Lob und gemeiner Christenheit, sonderlich deutscher Nation zu Trost, Ruhe, Fried und Einigkeit dienen möchte, zu suchen und zu fördern begierig wäre. Damit denn E. K. Maj. berührter Stände unterthänigsten Willen und Meinung gnädigst vermerken, und daß sie ihrenthalben an allem dem, so zu Erweiterung Gottes Lob, christlicher Reformation der Kirchen, und also zu rechter wahrer christlicher Einigkeit, auch Frieden und Ruhe dienlich, nichts gern wollten erwinden lassen: so sind sie unterthänigst erbietig, E. K. M. in dem unterthäniglichst zu willfahren, und solchen Weg auch zu versuchen; der unterthänigsten Zuversicht, E. K. M. werden die Verordnung der Personen ihrem gnädigsten Erbieten nach vornehmen. Doch daß diese Handlung unverbindlich und gleichmäßig zu Erforschung der Wahrheit und christlicher Concordie vorgenommen werde, und wo solche E. Kais. Maj. vorgeschlagene Handlung in einem oder mehr Puncten zu keiner endlichen Wirkung geriethe, daß alsdenn diese Stände dadurch in den unverglichenen Puncten sich des angefangenen bewilligten Gesprächs zu Worms, auch sonst aller anderer ihrer geschehenen Vorbehaltungen und Nothdurft nicht wollten begeben haben.

Das haben E. K. M. die obgemeldeten Stände dermaßen in aller Unterthänigkeit nicht verhalten wollen, sich derselben hiemit zum unterthänigsten befehlende.

No. 2186. 12. Apr.

Catholici ad Caesarem.

Editum in Actis Germanicis Buceri p. 12b. et repetitum a Walchio in opp. Lutheri T. XVII. p. 717.

Antwort, so Kaiserlicher Majestät die andern [die katholischen] Stände auf ihrer Majestät erste Proposition den 12. April gegeben haben.

Der Römischen Kaiserl. Majestät, unsers allergnädigsten Herrn, gnädige Proposition im Anfang des Reichstags [d. 5. April] von wegen ihrer Majest. und derselbigen persönlichen Gegenwärtigkeit gnädiglich vorgebracht, haben Churfürsten, Fürsten und gemeine Stände des heiligen Reichs, und der Abwesenden Botschaften und Räthe (außerhalb der Protestirenden) ihres Theils in aller Unterthänigkeit angehört. — — — — — — —

(Repetunt nunc argumentum propositionis a Caesare factae, quae hic praetermittenda esse iudicavimus, et respondent denique in hunc modum:)

Ferner haben gemeine Stände, und der Abwesenden Botschaften und Räthe, wie obgemeldt, die Hauptpuncte, in der Kaiserlichen Proposition bestimmt, mögliches und getreues Fleißes berathschlagt und erwogen; und vermerken, daß ihre Kais. M. den Zwiespalt unserer heiligen Religion erstlich vor die Hand genommen, als nicht den geringsten Last und Beschwerung deutscher Nation, sonder Zweifel aus gnädigem Bedenken, wo der höchsten unträglichen Beschwerung durch Verleihung göttlicher Gnaden abgeholfen, daß folgends desto leichter in andern des Reichs obliegenden Sachen, mit gemeinem Rath und Zuthun ihrer Kais. M. und des heiligen Reichs Ständen, einmüthiglich möchte gehandelt, und was die unvermeidliche Nothdurft erfordert stattlich und nützlich berathschlaget und beschlossen werden. Und erkennen sich die gemeinen Stände und der Abwesenden Botschaften, wie gemeldt, in aller Unterthänigkeit schuldig, der Kais. M. nicht allein in dieser streitigen Religion, sondern in allen des heiligen Reichs obliegenden Beschwerungen jederzeit ihr getreu Wohlmeinen und Bedenken zu eröffnen, wie sie auf vor gehaltenen Reichstägen unterthäniglich gethan, und hinfür zu thun in schuldigem Gehorsam erbietig sind.

Was aber die streitige Religionssachen belangt, befinden gemeine Stände und der Abwesenden Botschaften und Räthe, daß ihre K. M. diesem beschwerlichen Handel mit getreuem Fleiß nachgedacht, und ein Mittel vorgeschlagen, wie durch gütliche Unterhandlung etlicher Personen, so dazu sollten erwählet werden, der Zwiespalt unserer heiligen Religion möchte zu christlicher Einigkeit und Vergleichung zu bringen seyn. Und dieweil sie in keinen Zweifel setzen, ihre K. M. habe solch Mittel mit tapferm, stattlichen und zeitlichen Rath erwogen und bedacht, und solches in gnädiger Erwägung vorergangener Handlung, woran es jederzeit gemangelt, und was die Vergleichung der streitigen Religion bisher gehindert hat, aus getreuem gnädigem Kais. Gemüth als für das fruchtbarste und bequemste gnädiglich vorgenommen: so wollen ihnen demnach Churfürsten, Fürsten und gemeine Stände, und der Abwesenden Botschaften und Räthe, wie gemeldt, in Unterthänigkeit gefallen lassen, daß ihre K. M. mit zeitigem wohlbedachtem Rath, Wissen und Willen der Churfürsten, Fürsten und gemeiner Stände, etliche guter Gewissen, ehr- und friedliebende

Personen, die des heiligen Reichs deutscher Nation Ehr, Nutz und Wohlfahrt zu fördern geneigt, in geringer Anzahl aus gemeinen Ständen und deutscher Nation erwählen und verordnen, die streitige Artikel der Religion nothdürftiglich zu examiniren, und zu erwägen, auch allen möglichen Fleiß fürzuwenden, dieselben zu christlicher Einigkeit und Vergleichung zu bringen, doch des jüngsten Augsburgischen Abschieds unbegeben. Und sonderlich daß dieselben erwählte Personen aller ihrer Handlung, darin sie nichts entlich willigen sollen, Kaiserlicher Maj. und gemeinen Ständen eigentliche Anzeige und Bericht thun, sich darauf mit gemeinem zeitlichen Rath nach Nothdurft haben zu vergleichen und zu entschließen, wie solches ihrer Maj. Proposition ferner ausweiset, und vermag.

Hoffen die Stände und der Abwesenden Botschaften und Räthe zu dem Allmächtigen, durch solchen ihrer Maj. gnädigen vorgeschlagenen Weg werde solche streitige Religion zu christlicher Einigkeit und Vergleichung zu bringen seyn, ihrer Maj. und dem heiligen Reich zu Ruh, Fried und aller Wohlfahrt.

No. 2187. 13. Apr.

Iidem ad Eundem.

† Ex apographo in cod. Galli I. p. 6 b.

„Der Papisten andre Antwort. Denn weil Kais. Maj. ihre erste Antwort nicht wollt für genugsam annehmen, sondern ferner begehrt, sie wollten Ihrer Maj. die Erwählung der Personen anheimstellen, haben sie diese Schrift darauf überantwortet."

Wie gnädiglich die Kais. Maj., u. a. g. H.*), begehrt hat, Ihrer Maj. die Erwählung der Personen, so zu Hinlegen der strittigen (Artikel) sollten verordent werden, unterthäniglich heimzustellen, und Ihrer Maj. hierinnen zu vertrauen, das haben Churfürsten, Fürsten und Stände des h. Reichs, und der Abwesenden Botschaften, außerhalb der Protestirenden, von ihren Verordenten, so Ihrer Maj. gestrigs Tags ihre Antwort**) unterthäniglich übergeben, gehorsamlich vernommen, mit angehefften Kaiserlichen Erbieten, wie ihnen solchs nach längs referirt, und angezeigt ist.

Und bedanken sich anfänglich Churfürsten, Fürsten und gemeine Stände, auch der Abwesenden Botschaften und Räthe solches gnädigen, Kaiserlichen und geneigten Gemüths, so sie zu dem h. Reich deutscher Nation spüren, mit unterthänigem Fleiß, wo sie solches über solche Gehorsam gegen Ihrer K. M. wissen zu verdienen, dazu wären sie allezeit zum höchsten begierig und willig.

Und bitten darneben in aller Unterthänigkeit, Ihrer Kais. Maj. wollen die übergebene Antwort keineswegs dahin verstehen, als sollten gemeine Stände an Ihrer K. M. in dieser zwiespaltigen Religionsachen einigen Zweifel tragen; daß solchs ihr Gemüth gar nicht ist gewest, hätten auch in Ansehung Ihrer K. M. bisher gesuchten treuen Fleiß und des Kaiserl. gnädigen Erbietens nicht Ursach.

Dieweil aber I. K. M. in dieser streitigen Religionsachen gemeiner Stände getreuen Raths begehrt, so hätten sie sonderlich Erwägen, daß bisher im h. Reich gebräuchlich Herkommen, wo dergleichen und geringere Ursachen zugefallen, daß darzu gemeine Stände jederzeit verordnet hätten, daß auch gemeine Stände der Personen, so zu Hinlegung dieser streitigen Religion dienlich, vor Andern kundig, und derselben Gelegenheit wissen möchten, der Ursach und keiner andern Gestalt unterthäniglichen Bedenken an Ihre Maj. unterthäniglich gelangt wäre.

Aber deß alles unangesehen wollten Churfürsten, Fürsten und gemeine Stände und der Abwesenden Botschaften, wie gemeldt, Ihrer K. M. unterthäniglich heimstellen, die Personen zu Vergleichung der streitigen Religion und nach Ihrer Maj. Gefallen zu erwählen, mit unterthänigster Bitte, ihnen solche Personen zu benennen und anzuzeigen, vielleicht dieselben der Sache nicht fürderlich oder dienlich möchten erfunden werden, solchs I. M. Berichtsweise und zu unterthänigster Erinnerung zu eröffnen, allein zu Förderung der Sachen, und zu Erledigung dieses beschwerlichen Lasts deutscher Nation.

Doch daß diese geordnete Personen in diesen hochwichtigen Sachen nichts Endlichs handeln noch bewilligen, sondern Ihrer Maj. gnädigen Proposition gemäß aller ihrer Handlung der Kais. Maj. durch Churfürsten, Fürsten und Stände nothdürftiglich Relation thun, sich darauf mit vernünftigen Rath haben zu vergleichen und zu entschließen.

*) i. e. unser allergnädigster Herr.

**) Est scriptum d. 12. Aprilis a Catholicis Imperatori traditum.

No. 2188. (13. Apr.)

Mart. Luthero.

† Ex apographo in mst. Manl. p. 172.

Martino Luthero.

Quod faustum felixque sit. Inchoatae sunt publicae disputationes. Imperator *Carolus* exposuit, se delecturum esse quosdam principes et alios deliberaturos[*]) de concordia communi. Nostri consentientes responderunt, se iudicare viam ad dirimendas controversias utilem fore, si res prius declarentur, et pertexatur disputatio Wormatiensis, ac petiverunt eam pertexi. Postea si velit deligere idoneos homines, qui inspecta illa declaratione veras sententias eligant, nostros non defuturos suo officio. Sed nominari petiverunt illos ipsos deligendos. Altera pars principum post nos respondit. De disputatione silent. Caesari permittunt, ut eligat, sed ita ut prius nominet deligendos. Bavarus *Guilhelmus* pugnat, ne Caesar instituat has de dogmatibus deliberationes. Profitetur etiam se aquam lustralem retenturum esse. Hactenus haec tantum acta sunt. Rursus expectamus Caesaris responsum. Cum nos respondimus Caesari, adiunxerunt se nostris *Palatini* in Zweprück; et civitates *Norlingen* et *Dinckelspiegel*, et quidam Comites. Accepi epistolam, in qua de *Planco* scribis. Deus servet D. *Augustinum* et vos omnes. Bene vale. Postridie Palmarum, anno 1541. Ratisponae.

Ph. M.

No. 2189. 14. Apr.

Nic. Medlero.

E codice Bavari Vol. II. p. 314. edita in den Unsch. Nachr. ann. 1739. p. 265. a Zschcichselio, iterum a Danz. ep. 4.; nunc ex eodem cod. accurate descripta.

Egregia pietate et doctrina praedito Domino Nicolao Medlero Doctori Theologiae, docenti Evangelium in Ecclesia Naumburgensi, amico suo cariss.

S. D. Etsi dextra mea nondum satis in officio est, tamen quia Doctori *Crucigero* nunc aliud erat[1]) negotium, scripsi ipse. Putabis autem brevitatis[2]) harum literarum caussam esse non modo imbecillitatem meae manus, sed argumenti inopiam. Caesar ostendit, se delecturum esse aliquos principes et doctores, ut de doctrina colloquantur amanter, ac deliberent, quatenus convenire possit. Nos non repugnamus; proferri enim nostra et inspici cupimus. Sed Bavari et Episcopi addicti[3]) Pontifici Romano malunt[4]) Caesarem omnino has de religione deliberationes omittere. *Mezentius*, ut semper, ita nunc quoque hortator est, ut patria et tot Ecclesiae armis civilibus dissipentur. Sed Imperator patriae parcendum esse sentit, et iudicat controversias Ecclesiasticas Ecclesiastico more dirimendas esse. Heri advenit *Marchio Elector*[5]), quem spero et auctoritatem et suffragationem collaturum esse ad constituendam[6]) pacem; qua profecto opus est, etiam propter Turcicas expeditiones. Aiunt, *Turcos*[7]) iam fuisse progressuros in Austriam, si *Hungaria* posset exercitum alere, in qua propter aestum superioris anni fruges perierunt, et hac hyeme coli arva propter bellum non potuerunt. Duobus igitur ingentibus malis Hungaria horribiliter premitur, bello et fame. Haec in Germaniam furiae istae Pontificiae etiam accersere[8]) conantur, quarum consilia Deus pater domini nostri Iesu Christi dissipet. Si erit aliqua de doctrina collatio, spero consensum inter nostros firmum fore. Tu piis precibus et tuis et Ecclesiae commenda Deo et nos et Christi Ecclesias. Bene vale. Die Aprilis 14. Ratisbonae. 1541.

Phil. Melanthon.

Salutem tibi optat *Caspar Cruciger*[9]) sua manu. Iussit etiam Dominus Cancellarius *Franciscus* suis verbis amanter tibi salutem dici.

---

*) Mst. *deliberatores*, quod mendum mihi videtur.

1) U. N. mendose: *erit*.

2) Cod. et U. N. *brevitatem*, sed Danzius recte emendavit *brevitatis*.

3) Cod. *adducti* quod et Zscheichselius in U. N. edidit, sed recte Danzius emendavit: *addicti*.

4) Zsch. in U. N. mendose: *nolunt*.

5) Is fere ultimus venit in comitia. Praeter illum aderant Philippus Landgravius Hassiae; Fridericus et Otto Henricus, Palatini; Gulielmus et Ludovicus, Bavari; Henricus Brunsvicensis; Carolus Sabaudiae princeps; Georgius Brandenburgicus, Philippus Pomeraniae dux; ex Episcopis: Moguntinus, Salisburgicus, Bremensis, Bambergicus, Spirensis, Augustanus, Eistetensis, Constantiensis, Hildessemius, Brixiensis, Passaviensis. Vid. Sleidan. p. 374 sq.

6) Zsch. in U. N. et Danz. perperam: *restituendam*.

7) U. N. et Danz. *Turcas*, sed cod. *Turcos*.

8) U. N. *accessere*.

9) Danz. *Crucigerus*.

No. 2190. 14. Apr.

Mart. Luthero.

Epist. lib. III. p. 143 sq. (edit. Lond. lib. III. ep. 70.) — Apographon in mscto Manliano p. 174.

D. Martino Luthero

S. D. Longa fuit deliberatio adversariorum nostrorum, an *Carolo* Imperatori permissuri essent, ut suo iudicio deligat principes et doctores, qui de controversiis amanter colloquantur. Tandem invenerunt acutum *σόφισμα*. Permittunt ita, ut liberum sit ipsis, eos reiicere quos non probant. Audio stomachatum esse Imperatorem audito hoc sophismate. Quaeritur occasio ad eludendum totam collationem: id ab ipsis fieri mihi non displicet. Habes brevem historiam, sed integram eorum, quae hactenus in conventu acta sunt.

Nos scholastici aliquoties collocuti sumus familiariter, ac spero omnium voluntates et iudicia congruere.

Opinor quasdam meas voces perlatas esse *πρὸς τὸν Μακεδόνα*: quare multis verbis testatus est, se non seiuncturum esse suam sententiam a nostris, nec a confessione. *Marchio Elector* adest et familiariter exceptus et auditus est ab Imperatore. Sic *) initia sunt horum congressuum *ὥσπερ συμποσίων ἡσυχώτερα καὶ γλυκίονα.*

Magnos cruciatus mihi dextra adfert. Nunc tandem luxationem factam esse iudicant. Sed publica magis angunt animum meum. Bene et foeliciter vale. 14. April. Salutem opto honestissimae Coniugi tuae, liberis dulcissimis, et toti familiae.

No. 2191. 15. Apr.

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 120 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 531.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Norib.

S, D. Etsi Pontificii et Bavari pugnarunt, ut Caesar deliberationes *περὶ τῶν δογμάτων* omittat, tamen ipse manet in sententia, et delecturum se esse ostendit Principes et Doctores, de doctrina collaturos. Adversarii nostri sic adsentiuntur, ut sibi liberum esse velint, reiicere, quos non probant. Habes historiam totam eorum, quae hactenus in Conventu acta sunt.

Te velim advenire. Et quanquam optarim, te publice legatum venire, tamen si id non fiet, ad nos pro nostra privata amicitia expatiabere. Satis loci tibi in hospitio nostro erit. Quare ad nos divertes. Accersitus est et *Brentius*. Si enim qualiscunque collatio instituetur, adesse proderit plures, quibus cum communicent consilia hi, qui adhibebuntur.

Ego quidem *ἰδιοβουλεύειν* nolo; sed referre ad nostros omnia decrevi. Rex Persicus apud Herodotum sibi quoque indecorum iudicat *ἰδιοβουλεύειν*. Quanto magis in Ecclesia, quae debet esse *ἀριστοκρατία* *) *κατὰ τὴν γεωμετρικὴν ἀναλογίαν ταχθεῖσα,* bonorum sententiae audiendae et conferendae sunt.

De mea manu scito, tandem nunc iudicari, et quassationem et luxationem esse factam. Trium hebdomadum curatio nihil profecit. Nunc mihi *Granvelus* Burgundum misit, qui Aulam Caesaris sequitur, propter huius unius artis professionem, videlicet curandorum luxatorum. Deus faciat me *σκεῦος καὶ ὄργανον χρήσιμον τῇ Ἐκκλησίᾳ.* Bene vale. Die 15. Aprilis.

Philippus Melanthon.

No. 2192. 15. Apr.

Eidem.

Epist. lib. IV. p. 121 sqq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 532.

D. Vito Theodoro, Noriberg.

S. D. Historica hodie ad te scripsi, ac literas commendavi vestris legatis. Postea venit ad me adolescens *Hieronymus* et attulit Medici, veteris amici nostri, literas et tuas. Delector utriusque amore et officio. Sed interim eventus ostendit, qui est Stultorum Magister, et quassationem et luxationem factam esse, ut ego ipse initio iudicavi et meae opinionis veras coniecturas indicavi. Sed nosti *τῶν χειρουργῶν ἄτεχνον τριβήν.*

---

*) Mst. Manl. *Sed.*

*) Saub. *ἀριστοκράτεια.*

Scripsi copiosius de ea re ad D. Doctorem Medicum. Eam epistolam exhibebis ipsi; mitto non obsignatam, ut legere possis.

Rogo, ut meis verbis reverenter agatis gratias amplissimo Senatui, quod Chirurgum mittere voluit. Multae sunt causae, cur optarim, me statim ad vos profectum esse. Sed nunc sero haec disputo. Fortassis eo tardior est curatio, quia eo die coniunctio *) erat Saturni et Martis, quo mihi manus luxata est: et ἔκλειψιν proximam, quae paene in horoscopum meum incurrit, putant mihi minatam esse. Sed has nugas omitto, Deum precor, ut publica pericula et privatas difficultates mitiget.

Ad D. *Hieronymum* scripsi. Lege epistolam, et hortare, ut ita rem agat, ne τοὺς συμμύστας offendamus.

Bene vale. die 15. Aprilis. Editionem Venetam τῶν ἁγίων βιβλίων remittam per Scholasticum *Hieronymum.* Nec volo te aliud exemplum quaerere, postquam in Bibliopoliis non inveniri potest. Si Deus me domum reduxerit, libri nobis non deerunt.

Philippus Melanthon.

No. 2193. 15. Apr.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 103 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 77.

Clarissimo et optimo viro, D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori urbis Noribergae, suo patrono.

S. D. Nisi arbitrarer a legatis vestris acta conventus copiose vobis perscribi, mitterem ipse historiolam eorum, quae hactenus intellexi acta esse, vel instituta potius; adhuc enim litigatur de exordio. Etsi autem video, non futurum, ut pertexatur Wormaciensis disputatio, tamen Caesar his verbis usus est, se velle inquiri veritatem de dogmatibus. Ideo opus erit, adesse plures ex Doctoribus nostrarum Ecclesiarum. *Brentium* iam accersivimus, vellem et vestros adesse. Nam quotquot adsumus, Dei beneficio, decrevimus μὴ ἰδιοβουλεύειν, sed communicatis sententiis respondere, quod praesertim in Ecclesia fieri maxime decet. Rogo igitur, ut sis hortator, ut vel alios vel *Vitum* huc Senatus mittat. Impendent disputationes, non, ut erat *Ecciana* Wormaciensis, θεατρικαὶ, sed profecto insidiosiores. Opus est igitur convenire plures, ut alii alios monere et adiuvare possint. Hac tota de re pro tua prudentia diligenter cogitabis. Bene vale. die 15. Aprilis *).

† Philippus Melanthon."

No. 2194. 15. Apr.

Eberus ad Melanth.

† Ex autographo Eberi in cod. Goth. 123. ep. 40.

Paulus Eberus ad Philippum Melanthonem, in Conventu Ratisbonensi versantem.

S. D. Tabellarium hic totum triduum retinuimus invitum, quod ut agas, ne illi fraudi sit, vehementer te rogamus. Factum est enim communi consilio D. *Ionae*, *Pomerani* et reliquorum, ut tam diu hic haereret nuncius, donec de valetudine D. Doctoris *Lutheri* certi aliquid scribere possemus. Eo enim die, quo literae vestrae allatae sunt, catarrus vehemens adeo vehementer destillaverat, ut ambabus auribus obstructis omnino obsurdesceret Doctor. Eramus in magna sollicitudine omnes, quam augebant tonitrua horrenda illo die hic audita, et rumor nunciantium, in arcis templo subsedisse pavimentum ad dotrantis altitudinem et trium ferme passuum longitudinem eo loco, ubi iacent sepulti aliquot canonici. Sed tandem cum videremus erumpere ex auribus tantam saniei vim, ut esset nobis maximae admirationi, et auditum restitui, coepimus animo esse quietiore. Hodie bene habuit doctor, et templum ingressurus erat; sed a domesticis est prohibitus. Haec causa fuit morae tabellarii. **)

Interim curavi imprimi versiculos tuos, ad quod mihi inprimis D. *Pomeranus* hortator fuit,

---

*) *oppositionem* fuisse, scribit Camerario in epist. d. d. 19. April. Sed secundum Script. publ. I. p. 51 b. fuit congressus Saturni et Mart. in Scorp. et autographon habet: *coniunctio.*

*) Alia manus adscripsit et libri VI. editor repetiit: 1541.

**) Vid. de hoc morbo Lutheri eiusdem epistola ad Melanthonem d. d. 12. April. h. a.

ut *Iosephi* *) egestati consuleretur. Poterit tamen postea libro *de ordinatione* utiliter addi, quem *Iosephus* dici non potest quanta sollicitudine expectet. Quoties audit, huc a vobis perlatas esse literas, ad me accurrit sciscitatum, num quid libri acceperim. Mittes igitur ubi absolveris quamprimum; nam omnino iam cessat eius officina.

De proposito *Hallensium* credo àb aliis ad te esse perscriptum. Heri paucis scientibus D. *Ionas* cum M. *Andrea* diacono principis iussu profectus est Halas, ibi concionaturus hosce dies festos non sine nullo periculo. Nam *Marchio* locum episcopi tenens clare professus est, si accersant cives concionatorem aliunde, se id non laturum aequo animo. Nos tamen preces nostras crudelissimo draconi et ministris eius opponemus, et rogabimus victorem Christum, ut suum verbum propaget, etiam frementibus, insidiantibus, furentibus episcopis.

Familia tua tota recte valet, quod ex tabellario audies, quem hos dies, quibus hic retentus est, meo sumptu ad mensam nostram invitavi, ne de sumptibus in publico diversorio faciendis conqueri posset.

Nunc aliorum causas agere officii me ratio cogit, inter quos primos tibi commendo iterum atque iterum diligenter Dominum *Machabaeum Scotum*, et alterum Anglum compatrem meum, quorum de re ut cogites per occasionem studiose rogo. Anglus hic dixit mihi, se a quodam Anglo exulante Antwerpiae, bono viro, accepisse literas, quibus significàbatur, Iuliacensem Dominam revocari in aulam et agi iam de dimittenda altera superinducta. Quod si ita est, non redibit in Angliam *Vintoniensis*, et mirum, si terra alia tam magnum monstrum ferre praeter Romam poterit, quae fatale asylum est omnium flagitiosissimorum hominum.

Nobilis quidam adolescens *a Gich* te per literas admonet de suo negotio, quod egisse se tecum iam abituro dicit, et rogat, ut per otium respondeas, quid effeceris. *Pruthenus* petiturus stipendium minus quo studiosi aluntur a senatu Noribergensi, sperat se tuo testimonio adiutum multo faciliorem rem habiturum. Quare rogat, ut et legatis civitatis, qui isthic sunt, se commendes, et ad senatum suo nomine scribas diligenter.

*) Iosephi Clug, typographi.

Hispanus noster valde sollicitus est, ne qui episcopi aut magni domini eum apud te accusent. Itaque petit, ut ne quid illis credas, et rescribas, an etiam tuto isthic esse ab imperatore possit, si isthuc eat. Hanc curam Hispani etsi ridebis, tamen ita sollicite a me flagitavit, ut tibi significarem, ut arbitraturus sit, se affectum a me atroci iniuria, si scribere supersederem. Itaque ignosces mihi.

Schola adhuc est admodum tranquilla. Deus vos omnes isthic conservet ac tueatur. Salutat te D. *Chilianus*, *L. Melchior* et Decanus, qui iterum promovebat duos *Caesarei* fratres, ambos olim depositores *), qui egregiam attulerunt commendationem a Comite *Oettingensi*, et duos Witebergenses. M. *Ioachimus* scripsit ex Prussia, se expectantem absolutionem operis sui praeceptoris ad proximas nundinas redire non posse. Sed adfuturum ad autumnales. Compererunt iam in illis terris, *Cometas* non gigni in elementari sed in aetherea regione supra lunariam sphaeram.

Saluta meis verbis D. *Casparum*, filium et *Ioachimum*. Die παρασκευῆς, 1541.

No. 2195. 16. Apr.

Ge. Spalatino.

† Ex apogr. in cod. Dresd. C. 140. p. 46b. ep. 63., descripta a Cl. Gersdorfio.

Georgio Spalatino.

S. D. In aditu Bavariae dextra mihi everso curru adeo duriter allisa est tigillo, ut iunctura in καρπῷ, ut vocant, luxata sit. Postea chirurgorum inscitia cruciatus creverunt. Illi enim etiamsi exposuissem eis iudicii mei coniecturas, tamen luxationem non esse factam contendebant, sed quassationem. Tandem adhibui hic *Burgundum*, qui curationem mutavit, quam utinam deus adiuvet. Nihil ex conventibus aufero propter ingentes animi mei dolores, et interdum graves corporis morbos. Hic tantum de prooemiis hactenus rixati sumus.

*) i. e. qui praeerant ritui *depositionis* (Niederlegung), quo qui in academiam recentes advenerant iuvenes (tunc *Beani* dicti) in tabulam deponebantur, et a quibusdam, depositoribus, iam vario modo vexabantur, ut ex trunco curvo et nodis pleno Mercurius i. e. vere academicus iuvenis fieret. Vid. quae alio loco uberius de hoc ritu diximus.

Volumus pertexi Wormatiensem disputationem. Sed hoc non potest obtineri. Caesar *Carolus* ostendit se delecturum esse certos principes et doctores, qui de controversiis dogmatum deliberent. Is delectus iam exspectatur. Habes totam historiam conventus, nec, si adesses, plura de praecipuis negotiis audires. Caesar videtur ad moderata consilia inclinatus. Sed miris artificiis impediunt pontificii bonorum studia et sententias. Praefectus Plaensis nusquam in itinere nostros salutavit. Ideo de eo negotio, de quo collocuti sumus *), agere nihil potui. Nam coram malebam cum eo colloqui, quam iis committere causam, quorum familiaritatem defugere dicitur. Bene vale. die 16. Aprilis, pridie τοῦ πάσχατος 1541.

Phil. Melanth.

No. 2196. **19. Apr.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 356 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 295.).

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario in Academia Tubingensi amico suo cariss. et summo,

S. D. Vix agnosces fortassis has lituras, quas pingo rigentibus digitis non sine aliquo cruciatu. Nam in aditu Bavariae, cum everteretur currus quo vehebar, dextra mihi adeo duriter allisa est tigillo, ut et ossa quaedam ἐν καρπῷ luxata sint, et quassatio facta venarum, nervorum καὶ τενόντων. Accessit insigne erratum Chirurgorum, ut vocant, qui contra meum iudicium negabant luxationem factam esse. Interim oxycrocio excruciabar, et digiti paulatim arescebant ac emoriebantur. Inde convicti luxationem agnoscebant. Mittit igitur ad me *Granvelus* hominem *Burgundum*, qui aulam *Caroli* Imp. hanc unam ob caussam sequitur, quod artem profitetur luxata reponendi. Curatio tarda est[1]), et dissimilis Germanicae rationi. Non quaero Astrologicas caussas, etsi proxima Eclipsis mihi minata est, et eo die, quo manus luxata est, oppositio[2]) fuit Saturni et Martis. Sed aliae veriores caussae sunt. Divinitus plector, ac iustas poenas do, cum aliorum meorum delictorum, tum vero etiam huius meae facilitatis, quod futilibus et insulsis consiliis adhiberi me sino, contra tot praecepta sapientum. Habes caussam silentii mei, diu enim dextra prorsus non potui uti, nunc etiam vix guberno calamum. Nec te fefellit tua divinatio, cum scripsisti te angi animo propter tam diuturnum meum silentium.

In itinere apud fratrem tuum fui, qui te expectat. De Lipsico negotio respondebo, cum Galli ad te redibunt. Historia conventus adhuc perbrevis est. Sed petimur insidiis aliquanto astutius, quam in Vangionibus. Deligentur iterum quidam, qui de dogmatibus deliberent. Id impedire conantur pontificii. Atque utinam haec inepta consilia Deus dissipet.

Tuam epistolam de adolescente *Pruteno*[3]) legi, ac doleo aliena mihi peccata pudorem incutere, ut ille inquit. Irascor adolescenti, qui in familia, optima disciplina instituta, sic vixit, ut indignus tuo hospitio iudicetur. Non igitur peto, ut diutius eum domi tuae retineas, sed ut tantisper colloces apud aliquem, seu Iurisconsultum, seu alium professorem, donec principi de eius moribus scribere potero. Idque dicas adolescenti me facturum esse. Bene vale, die XIX. Aprilis. Ex Tiberii Colonia ad Danubium.[4])

Philippus Melanthon.

No. 2197. **20. Apr.**

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 128 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 538.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Eccles. Noriberg.

S. D. Etsi sperabam te prius adfuturum esse in ripa Danubii, quam hic tabellarius Noribergam redibit, dedi tamen ei hanc epistolam, quam si istic accipies, magnopere abs te peto, ut quamprimum mihi vel per peculiarem tabellarium mit-

---

*) Iter ad conventum fecerat Melanthon per Altenburgum.

1) Non potuit fieri repositio, idcirco manus nunquam recte curata fuit. C. W.

2) Imo coniunctio, vid. ep. d. 15. April. supra p. 171.

3) *C. a Kunheim* adscripsit antiqua manus. Fortasse *Christoph. Ionas.*

4) Ratisbona.

tas acervum testimoniorum, quae Smalcaldiae ex meis chartis descripsisti *περὶ ταύτης γνώμης, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου.* Cupio ea inspicere, certa de causa.

Clementis *) Legati vestri oratione his diebus non vulgariter delectatus sum. Nam et de constantia Senatus et Ecclesiae vestrae gravissime locutus est, et de suo studio quaedam adiecit, quae te scire putavi operae pretium esse. Ait se relegentem nunc Confessionem et Apologiam attentius de magnitudine rerum cogitare, et causam necessariam Ecclesiae maiore animi ardore amplecti. Fuit mihi voluptati haec commemoratio. Tandem deliberat mecum de accersendis Concionatoribus Ecclesiae vestrae. Hortatus sum, ut quamprimum scriberet ad Senatum, ut huc mitterentur. Valde optarim maiorem hic esse frequentiam nostrorum *διδασκάλων*. Causam exponam coram, etsi ipse statim animadvertes. Hodie putant Imperatorem delecturum esse Principes et Doctores, qui de controversiis deliberent. Bene vale, die 20. Aprilis.

Philippus Melanthon.

No. 2198. (20. Apr.)

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 102 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 76.

Clariss. et optimo viro, D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg.

S. D. Ego vero, Hieronyme carissime, cum in curru sedens, versiculos illos, ut soleo, componebam, non de aliis, sed de mea ignavia cogitabam, me ipsum taxabam: postea, ut fit, dum amicis impertio, misi etiam *Vito*, ut tibi amanti studiorum exhiberet. Nec te quicquam *ἐπαχθὲς* suspicari volo. Nosti ingenii mei simplicitatem *καὶ εὐήθειαν*. Manus luxatio me satis duriter excruciat, et tarda est curatio. Burgundus medicus rationem sequitur dissimilem consuetudini Germanicae; sed dum spes est obtempero. De negotiis conventus nondum multa scribere possum. Existimo voluntatem Imperatoris non abhorrere a moderatis consiliis, sed intelligo Pontificios et Bavaros acerrime pugnare, ne vera explicatio instituatur. Imperator ostendit, se delecturum esse suo iudicio quosdam, qui de controversiis colloquerentur, et addidit diserte, velle se inquiri veritatem. Nunc concurrunt Pontificii, ut impediant delectum; et audio praescribere novum articulorum ordinem. Primum volunt agi [1]) de sacramento corporis et sanguinis Christi, sit ne panis *ἀντίτυπον σῶμα, ἢ ἀληθές.* Secunda quaestio erit de potestate *ἀρχιερέως Ῥωμαίου.* Vides quo consilio hic ordo instituatur: sed certiora paulo post sciemus. Si vixero, Deo dante, veniam ad vos, ut citius ab illis saltibus discedam, qui meis Musis gratiam non bonam retulerunt. Vale foelicissime, Vir optime. Salutem tibi optant D. Cancellarius *Franciscus*, D. *Plicardus*, D. *Cruciger* [2]).

† Philippus Melanthon."

No. 2199. 21. Apr.

Caesar ad Ordines.

Ex Tab. Vinar. Reg. E. fol. 48. Vol. V. p. 209. Iam editum in Actis German. Buceri p. 26. indeque in opp. Luth. Halens. T. XVII. p. 721.

Copei Kais. Maj. Benennung der Personen, welche die strittigen Religion-Handlung vornehmen sollen, 1541. Regensburg, 20. Aprilis *). (inscriptio in tergo.)

Die Römisch Kais. Maj. unser allergnädigster Herr, auf Ihrer Maj. gethane Proposition, und der Chur-, Fürsten und Stände auch derselben Botschaften geschehene Bewilligung, in der Religionsachen fürder zu schreiten, haben dießmals hernach verzeichnete Personen erwählt und verordent, nämlich Herrn Julium Pflug, Doctorem Johannem Eck, Doctorem Johannem Groper, Philippum Melancton, Martinum Bucerum, und Johannem Pisto-

---

*) Clementis Volkameri, legati Norinberg.

1) Lib. VI. mendose: *agere.*

2) Alia manus adscripsit: *Ratisbonae* 1541. Lib. VI. add.: *Ratisbonae Anno cIↄIↄXLI.*

*) Secundum epistolam Crucigeri d. 22. Apr. Caesar d. 21. Aprilis nominavit Delectos. Idem intelligitur ex epistola ad Spalat. d. 16. Apr. et ad Theodor. d. 20. Apr. — Erravit igitur Bucerus, qui (p. 26. hist. germ.) dicit hanc declarationem traditam esse d. 18. Apr., quanquam, ut ex epistolis intelligitur, inde a 18. Apr. exspectabatur decretum Caesaris ea in re.

tium*), welche die strittigen Artikel gemeldter Religion, nach Inhalt gedachter Proposition und Bewilligung, examiniren, und erwägen, wie die zu vergleichen, und alsdann Ihrer Maj., Churfürsten, Fürsten und Ständen dessen Anzeige und Bericht thun sollen, sich solchem Anzeigen und Bericht nach, was zu gemeldter Vergleichung gut und dienlich seyn mag, ferner zu entschließen.

Es wollen auch Ihre Kais. Maj., wo es vonnöthen, einen Fürsten zu präsidiren verordnen, damit bei und zwischen den benannten Personen in ihrer Communication desto friedlicher und richtiger Ordnung gehalten werde.

No. 2200. 22. Apr.

Theologi ad Principes Protest.

† Edita germanice in Buceri actis p. 29., item apud Hortlederum, et Walchium in opp. Luth. T. XVII. p. 722. — In Actis Tabul. Vinar. Reg. E. fol. 48. Vol. IV. p. 250. habetur germanice ex latino scripto in usum Principis Electoris versa, et vero etiam apographon latinum p. 252. eidem principi missum. Textum latinum genuinum esse facile intelligitur, quare eum hic dedimus, qui nunc primum, quantum scimus, in lucem prodiit.

Ad Principes et Status in Augustana confessione coniunctos.

Illustres Principes et reliqui domini summa observantia colendi. Audivimus proponi nobis eorum nomina, qui delecti sunt ad deliberationem de controversiis ecclesiasticis [1]). Ut autem filius Dei liberator noster iam mortem aditurus rogavit patrem his verbis: *pater sanctifica eos in veritate, sermo tuus est veritas:* ita nos ad huius nostri Pontificis preces vota nostra adiungimus, et oramus Deum patrem domini nostri Iesu Christi, qui pro nobis victima factus est, ut regat haec consilia de dogmatibus. Optamus enim et ipsi toto pectore concordiam in ecclesia piis et veris modis constitutam.

Quod vero ad delectum [2]) attinet, etsi invictissimi Imperatoris Augusti domini nostri clementissimi voluntati, praesertim rem tantam bono studio instituenti, non deesse nostra opera debet, tamen, praemetientes animo huius deliberationis difficultates et pericula, hoc tantum onus imponi aliis magis idoneis mallemus. Etsi enim res ipsae, de quibus agitur, non sunt obscurissimae iis, quibus ecclesiae antiquitas nota est, tamen voluntates quorundam nobis cognitae sollicitudinem nostram augent. Sed si non impetramus, ut delectae personae mutentur, parendum est scilicet necessitati, et rogamus ut, cum diligentiam, fidem, modestiam, simplicis veritatis amorem, odium contentionis et sophistices, denique etiam studium concordiae, candorem et ἐπιείκιαν ad explicationem rerum attulerimus, ne quis nos defuisse officio nostro existimet.

Cum enim Invictissimi Imperatoris responsione, in qua nominantur delecti, diserte dicat, velle se examinari controversias, satis ostendit, ut decet tantum principem et tanta gravitate praeditum, velle se non fucosas aut flexiloquas conciliationes fieri, quae non sunt durabiles, sed veritate patefacta concordiam constitui, gratam Deo, in qua pariter omnes ecclesiae vera fide Deum invocent et colant. Huic rei sancte testamur nos non defuturos esse.

Deinde reverenter oramus, ut Invictiss. Imperator Augustus addat aliquos tum suos consiliarios, tum alios bonos viros ipsius iudicio delectos utrinque, ut et ipsi Caes. Maiestati et Principibus et Ordinibus utriusque partis hae tantae res integre et vere recitari possint, ut postulat negotii magnitudo.

---

*) In. cod. Galli I. p. 45b. leguntur tria aenigmata, nomina collocutorum referentia, quae hic addere liceat:

„*Aenigma de colloquio Ratisbonensi, continens etiam nomina collocutorum.*"

Angulus [Eccius] et *Fossor* [Groperus, quasi Graeber.], iungentes foedera *Aratro* [Iul. Pflug],
Vincula contendunt imposuisse Iovi.
Luminis *Emunctor* [Butzer], *Pistor*que et *Amator equorum* [Philippus Mel.]
Contendunt vinclis eripuisse Iovem.
Liber enim cum sit, non fert bene Iuppiter ulla
Quae sunt humana vincula facta manu.

„*Aliud Aenigma Phil. Mel. ad Thomam Venatorium.*"

Man pflügts, man eggt, man gräbt darzu,
Auf daß Babel mag haben Ruh.
Man muhlts und butzts und bäckts zugleich,
Daß Sion bestehe in seinem Reich.
Er kaum bestehn die zwo Parthei,
Rath, welcher Theil Gott nähner [näher] sey.

„*Aliud Aenigma.*"

Man Pfugts, man Egets man Gräbt's
Man Buckts, man Mählts man Bäckts
Das edel Korn; und thun diese Leut
Den Namen ein itzlich Wort bedeut.

1) Text. german. sic: Von Ew. C. G. und Gunsten haben wir unterthäniglich vernommen, daß die Kais. Maj., unser allergnädigster Herr, neben andern uns zu dem christlichen Gespräch, in dem die strittigen Artikel unsrer heil. Relig. examinirt, erwogen, und zu Vergleichung gerichtet werden sollen, ernennt habe.

2) Text. germ. die Wahl der Collocutoren.

Res per sese periculosa est, tam paucorum deliberationi haec tanta negotia committi. Etsi enim potestatem decernendi non habent, tamen aliquam vim habent, haec qualiacunque praeiudicia.

Existimamus nos nec absurdam, nec iniquam, nec difficilem rem petere. Cum enim huius deliberationis spectatorem habeamus patrem coelestem, filium Dei et sanctos angelos, cur non etiam aliqui honesti et boni viri, veritatis et concordiae amantes, interessent, qui principibus et ordinibus in utraque parte acta referant?

Haec ut invictissimo Imperatori Augusto, domino nostro clementissimo, reverenter exponatis, oramus, quem ut servet et gubernet Deus pater domini nostri Iesu Christi ex animo precamur.

Philippus Melanthon.
Martinus Bucerus,
Ioannes Pistorius.

No. 2201. 22. Apr.

Protestantes ad Imperatorem.

Edita in Actis Germ. Buceri, p. 29., unde apud Hortled. l. l. et apud Walch. in opp. Luth. T. XVII. p. 724.

Der Protestirenden Schreiben an Kaiſ. Maj. mit welcher sie derselben vorstehende Supplication der Collocutoren von dem protestirenden Theil am 22. Apr. übergeben haben.

Allerdurchlauchtigster ꝛc. E. Kaiſ. Maj. Benennung der sechs Personen zu vorstehender Religionhandlung, haben wir vorigs Tags in aller Unterthänigkeit empfangen, und zu Förderung der Sachen die drei benannten Personen dieses Theils beschieden, und an sie gnädiglich und freundlich gesinnen und begehren lassen, sich solcher Handlung E. K. Maj. Begehren nach unterthänigst zu beladen; welche uns mit Antwort, wie Ew. K. Maj. aus beigelegter Schrift *) gnädigst zu vernehmen, begegnet.

Dieweil wir nun sollich ihr Bitten und Suchen E. K. M. gnädigstem Gemüth und vorgenommenen Handlungen nicht allein nicht entgegen, sondern auch demselben gemäß und den Sachen zu grundlichem Bericht und Vergleichung derselben förderlich und dienstlich achten, so haben wir nicht unterlassen mögen, E. K. M. solches zu Unterthänigkeit anzuzeigen, E. K. M. unterthänigst bittend, solches gnädigst von uns zu vermerken.

*) Scriptum Theologorum d. 22. Apr.

No. 2202. 22. Apr.

Cruciger Luthero et Bugenh.

† Ex apogr. in cod. Lips. ep. 12., collato apogr. in cod. Goth. 189. ep. 53. recente et mendoso.

Clarissimis et optimis viris D. Martino Luthero, et D. Iohanni Bugenhagen Pomerano, Doctoribus theologiae, gubernatoribus Ecclesiae Vitebergensis patribus suis carissimis Caspar. Cruciger salutem p. d.

Nondum hic conventus suppeditavit argumenta aut satis digna quae scriberentur, aut quibus vel ipsi delectaremur, vel quae vos admodum iuvaret cognoscere. Sed tamen initia quae fuerunt publicarum actionum ex D. *Philippi* literis intellexistis. Caesar petivit, ut principes et reliqui ordines imperii sibi permitterent delectum paucorum quorundam, quos ipse iudicaturus esset idoneos, qui inter se conferrent de controversis articulis, et vias concordiae tentarent. Nostri, quia videbantur aliud non posse obtineri, concesserunt, ut imperator deligeret. Postea etiam altera pars assensa est, tametsi quidam acriter pugnarent, ne quid omnino de concordia ineunda nobiscum ageretur. Heri Caesar proposuit nomina delectorum, D. *Eccium*, D. *Iulium Pfluck*, D. *Ioannem Groperum* Canonicum Coloniensem; ex nostris: D. *Philippum*, *Mart. Bucerum* et *Ioannem Pistorium*, concionatorem Hessiacum. Hi hodie a Caesare coram mandata acceperunt. Ostendit Caesar, se etiam aliquem additurum βραβευτήν, qui praesit collocutioni; sed nostri petiverunt, ut adhibeantur plures qui utrinque adsunt velut auditores et testes. De eo Caesar deliberaturum se esse respondit. Sintne hoc impetraturi valde dubitatur. Alterius partis delecti seorsim a nostris petiverunt, ut Caesar etiam de ordine respondeat, quem velit servari in disputatione de articulis. Vidimus schedam, in qua descriptus est ordo articulorum plane alius quam est in confessione. Praepostere eum, qui primus erat, postremo loco collocant et odiosissimos congerunt in primam aciem. Sed satis apparet, rem omnem insidiis et astu agi, et fuisse quosdam horum consiliorum et actionum δαιδά-

λους, qui multo ante ita architectati sunt omnia. Atque utinam non sint quidam, quos minime oportuit, taciti collusores! Nos vero Deum oremus, ut dissipet omnia consilia Achitophel, et nos in his insidiis et periculis adiuvet et liberet; quod speramus, ipsum facturum esse ad gloriam nominis sui et salutem ecclesiarum, cum quibus vos scimus ardenter quotidie vota facere. D. *Philippus* Dei beneficio dextra melius utitur indies curatione Chirurgi cuiusdam Burgundiaci, qui aulam Caesaris sequitur, propter hoc unum artificium reponendi et curandi luxata. Plus etiam profectura erat curatio nisi accederent molestiae et indignatio propter tam futiles et absurdas actiones in rebus tantis, de quibus nemo intelligens aliquid spei bonae concipere potest, nisi quod apparet futurum, hae deliberationes de conciliationibus brevi omnes in irritum casurae sint, et ipsa collatio inter delectos vix triduo, ut Wormatiae, duratura. De tua valetudine, quia spem bonam ostendisti, mi carissime pater, admodum exhilarati sumus. Deus te confirmet et servet diu superstitem ecclesiae. *Mezentius* hic dicitur ingentes tragoedias movere apud Caesarem de scriptis adversus eum libellis, et nescio quid adversus te parare ac quaesivisse, ut hic excuderetur, quod tamen non permittet Caesar. Bene ac feliciter valete. D. *Philippus*, cum abiret posta, non aderat, alioqui ipse scripturus vobis. D. *Ionae*, ut scriberem, iam tempus non sinebat, et existimo, eum nondum e Salinis ad vos reversum. Ratisponae 22. April. 41.

Quindecim articuli, qui in dieta Ratisponensi praesenti per doctores et theologos debent examinari et determinari. 1541.

1) De venerabili Sacramento Eucharistiae.
2) De potestate ecclesiastica et summi pontificis.
3) De sacrificio Missae.
4) De Missis privatis.
5) De votis Monasticis.
6) De coniugio sacerdotum.
7) De communione sub utraque specie.
8) De veneratione Sanctorum sub quo de imaginibus non tollendis.
9) De restitutione Monasteriorum et bonorum ecclesiasticorum.
10) De constitutionibus de ritibus ecclesiasticis.
11) De ieiunio sub quo delectus ciborum prohibetur.
12) De poenitentia in communi, de contritione, satisfactione et confessione.
13) De usu sacramentorum tam in genere quam in specie.
14) De constitutionibus humanis.
15) De fide iustificante et de meritis et de bonis operibus.

No. 2203. 22. Apr.

Burchardus ad Pontanum.

† Ex autographo Burchardi in Tab. Vinar. Reg. E. fol. 48, Vol. V. p. 263.

Dem Hochachtbaren und Hochgelahrten Herrn Gregor Bruck, der Rechte Doctorn ꝛc.

S. D. Clarissime Dom. Doctor, Patrone observande. Scripsi ante biduum ad do. vest. et significavi quaedam de statu rerum in his comitiis, et addidi, me ubi primum personae ad colloquendum et tractandum de negotiis relligionis a Caesare nominatae essent, me vobis id quoque scripturum. Ideoque sciat do. ~~vest.~~, ~~nominatos esse a Caesare~~ illos ipsos, de quibus etiam proxime significavi, excepto *Frechto* Ulmensi, in cuius locum constitutus est *Ioannes Pistorius*, Landgravii concionator, homo, ut audio, non indoctus, et de quo Dom. *Philippus* etiam optime sentit. Caesar hac hora omnes illos sex ad se vocavit, et clementer illis proposuit, ut inter se amanter de relligione conferant, et solius dei gloriam et honorem ob oculos habeant, neque vel suis adfectibus vel ulla alia re a veritatis inquisitione se abduci patiantur. Deus igitur velit omnia illa negotia pro sua laude, propagatione Evangelii et publica pace gubernare. Ego sane non possum mihi persuadere ullam futuram concordiam in causa relligionis talibus tractatibus, quorum diversi fines sunt utriusque partis. Nam nostri cupiunt, veritatem patefieri; alteri vero hoc agunt, ut veritas, si non possit opprimi, tamen obscuretur aliquo fuco. Et latent profecto plurimae insidiae in hisce actionibus, quarum etiam plerasque antea sumus experti. Et Deus etiam porro nostros benigne custodiet, et mala consilia in capita auctorum vertet.

D. *Philippus* adhuc laborat manu dextra, quae ei non nihil luxata fuit; sed spero, eum brevi melius habiturum. Et licet animo sit ~~constantis~~simo in tuenda veritate, tamen video eum admo-

dum esse interdum perturbatum, et metuere ipsum dolos et insidias. Ac quae potest esse spes propagandae veritatis cum ebrius sophista *Eccius* ad talia negotia adhibetur, qui pluris facit Bacchum, quam ullam relligionem? Et *Iulius* totus pendet a pontifice; tertius, *Groperus*, vir est satis bonus et modestus, neque etiam indoctus, sed vincetur ab uno clamoribus ab altero astutia, et fortassis ipse quoque suas peculiares proferet opiniones veritati Evangelicae non per omnia consentientes.

De nostris theologis omnibus, qui hic sunt, bene spero, mihique persuadeo, eos a veritate non discessuros, ideoque etiam existimo, institutum tractatum eo breviorem futurum, et in primordiis dissensiones tantas futuras esse inter delectos, ut postea necesse sit, Caesarem alia ratione de pace constituenda deliberare.

Haec dom. V. optimo studio significanda duxi, cui me studiose commendo. Bene valeat do. vest. Datae Ratisbonae die XXII Aprilis anno dom. 1541.

V. do. studiosiss.
Franciscus Burgartus Cancell.

No. 2204. 23. Apr.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 357 sqq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 236.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario amico suo cariss.

S. D. Volebam in proximis litteris mandata *Camiciani* complecti, sed dum propero, et manus delassata riget, et cruciatu impeditur, eum locum praetermisi, praesertim cum Gallos brevi istuc ituros esse scirem. *Camicianus* narravit *Fachsio*, cuius praecipua in Academia est autoritas, gratam fuisse significationem tuae voluntatis. Sed addidit differri deliberationem de Academia ad Maium usque, quo conveniunt hi, qui praesunt Quaestoriis rationibus. Nam omnino Academiae opus est accessione. Nunc enim reditus vix est duorum millium. Et de Sportulis seu mensis Collegiorum instituenda ratio his temporibus congruens. Promittebat autem post illa quaestoria negotia, futurum, ut Publ. nomine litterae ad te mitterentur. Aberat *Fachsius*, cum Lipsia iter faceremus. Alioqui et ego cum eo de hac re collocutus essem. Nec desinam esse hortator.

De conventu piget scribere. Nam et has conciliationes fallaces, plenas turpitudinis et periculi, institui nollem, et levitatem *Alcibiadis* nostri, quem ego tantopere dilexi, execror. Is nunc ἀμφοτερίζων hic καὶ παρὰ Λακεδαιμονίοις καὶ τῷ βασιλεῖ καλῶς φέρεται, καὶ θεραπεύεται, gubernat haec consilia conciliationum. Delecti sunt sex, *Iulius*, *Eccius*, *Gropperus*, *Bucerus*, *Pistorius* et ego. Heri nos Imperator allocutus est, et satis comiter hortatus, ut amanter colloquamur de dogmatibus. Nunquam res instructa est insidiosius. Nec video nos humano consilio ex his laqueis evadere posse. Quare adiuvet nos precibus suis Ecclesia tua domestica, quam ut Deus servet, ex animo opto. Si *Eccius* aget suo more violentius, minus erit periculi. Et spero sui similem fore. Nam quia habent iam irretitum *Alcibiadem*, putabit nos in metu esse, et aget omnia θρασύτερον. Magis metuo Aenidae *) moderationem, quam huius θορύβους.

Heri ex *Pannonia* litteras accepi, in quibus a quodam nostro amico, homine non vano, scribitur, *Turcicos* exercitus revocari in Syriam propter *Persas*, qui recipere Syriam conantur. Quid tribuendum sit his sermonibus nescio, sed illud constat, *Pestam* obsidione liberatam esse, interfecto Duce, qui fuit praefectus *Belgradi*. Scribam copiosius, postquam nostra collocutio suppeditabit argumenta. Non enim dubito, quin mihi et nostris acerrima certamina futura sint cum *Alcibiade*. O veram vocem Psalmi de perfidia hominum. Colamus igitur Philosophicas amicitias.

Heri advenit *Philippus Palatinus:* an frater tuus una advenerit, nondum scio. Sed te ambo expectamus, etsi volo te valetudinem tuam anteferre nostrae voluptati. Bene vale. die divi Georgii, ex antiqua Colonia Ripariorum **). Salutem opto honestiss. Coniugi tuae, Medico, et D. *Ludovico*, *Garbicio*, et *Mattheo*. Mitto tibi versiculos in curru factos, etsi currus Musis gratiam non bonam retulit. Te rogo ut iterum mihi mittas carmen tuum latinum, missum Wormaciam de sententia: Nolite timere. Nam *Gryneus* et tuum archetypum et descriptum a *Crucigero* exemplum retinuit, quodam amore utriusque et admiratione picturae.

Philippus Melanth.

---

*) Forte Gropperi C. W. — Potius Electoris Saxon.
**) Ratisbona.

No. 2205. 25. Apr.

Georgio Anhalt.

Manlii farrag. p. 1 sq. Idem in Mel. select. epist. p. 274 sqq. et in Epistol. lib. I. p. 89 sqq. (edit. Lond. I. ep. 41.)

Illustrissimo et Reverendissimo Principi ac Domino, Domino Georgio Principi in Anhalt, Comiti Ascaniae, etc.

S. D. Illustrissime Princeps [1]). In aditu Bavariae dextra mihi, cum everteretur currus, quo vehebar [2]), adeo duriter quassata est, ut ossa ἐν χαρπῷ [3]), ut Medici vocant [4]), luxata sint. Ideo ne nunc quidem [5]) sine cruciatu literas pingere possum [5]). Sed tamen quoquo modo significandum esse C. tuae [6]) duxi. *Ratisbonae* mihi redditum esse munus [7]) argenteum, quod in mensa nos quotidie de egregiis virtutibus tuis [8]) admonet. Mores mei tibi noti sunt, et ut spero etiam probati. Certe parsimoniam ita amo, ut etiam alios non libenter onerem sumptu. Filius Dei inter se devinctos esse vult omnes, qui ipsum agnoscunt, et Deum vere colunt. Iure igitur amo C. tuam, quae toto pectore amplectitur Christi doctrinam, et ornat [9]) Ecclesias suae ditionis magna sedulitate. Sunt et caeterae virtutes, Iustitia in gubernatione, constantia animi, castitas in moribus, eruditio eximia, digna amore et laude. Propter has causas simplici animo colo C. tuam, non propter munera; sed tamen hac [10]) benevolentia tua valde delector, et pro munere ago gratias. Historiam conventus adieci in alia pagella. Nec aliud adhuc actum est. Certo consilio ita breviter summam narravi [11]), quae inter amicos spargi sine periculo potest [12]). Nostri omnes ostendunt, se mansuros esse in sententia Confessionis. Sed tamen quidam languidiores videntur non abhorrere a fucosis conciliationibus. Illos cothurnos metuo, de quibus fortassis [13]) et tui fratres scribent. Arbitror breve colloquium fore [14]). Elector *Marchio* sperat, adversarios non refragaturos doctrinae, si nos Episcopis tribuamus usitatum ἀξίωμα. Sed *Contarenus* Cardinalis multo est durior. Nulla in re discedi vult a consuetudine Romana. Ideo impedire has deliberationes de concordia sedulo conatur. Imperatoris voluntatem iudico propensam esse ad pia et moderata [15]) consilia. Quid spei esse possit, cum adeo dissimiles sint voluntates, non difficile est iudicare. Deum patrem domini nostri Iesu Christi oremus, ut Ecclesiam sanguine Filii redemptam et sanctificatam servet et nos gubernet. Bene valete. Ratisbonae. Die Marci, Anno 1541. [16])

Phil. Melanth. [17])

1) *Illustr. Pr.* om. Peuc.
2) Manl. *utebar.*
3) ἐκ καρποῦ, Manl.
4) Manl. *loquuntur.*
5) Peuc. *nunc* pro *ne nunc quidem*, et *non possum* pro *possum.*
6) *esse C. tuae*] Manl. *V. C.*
7) † *vestrum* Manl.
8) Manl. *vestris*, et similiter ubique pro Singulari.
9) Manl. *amat.*
10) *hac* om. Manl.
11) Manl. *narramus.*
12) Manl. *possunt.*
13) *fortassis* om. Manl.
14) *Arbitror* etc. om. Manl.

15) *pia et moderata*] Manl. *moderatissima.*
16) Manl. inepte: 25. *Martii*, *Ratisbonae*, 1541. (Caeterum etiam Peuc. in Select. epp. ed. pr. *Ratisbonae* post *Die Marci* transp.).
17) Nomen subscr. est ap. Peuc. in Select. epp.

No. 2206. 26. Apr.

Legati Saxon. ad Electorem.

† Ex Actis in Tab. Vinar. Registr. E. fol. 48. Vol. IV. p. 243.

Dem Durchl. — — Hrn. Johann Friedrich, Churfürsten, und Hrn. Johann Ernst, Gebrüder, Herzogen zu Sachsen ꝛc.

Ew. Liebden, Chur- und Fürstl. Gnaden haben wir verschienes Freitags nach dem heil. Ostertag *) geschrieben und Kopeien Kaiserl. Maj. Benennung der Personen, die von Ihrer Maj. zu vorhabender Handlung in Religionsachen verordnet, auch was die Herren Theologen dieß Theils an die Stände der christl. Religion verwandt in Schriften gelangt, und berührte Stände darauf ferner bei der Kais. Maj. gesucht, durch die Post überschickt. — — Als wollen Ew. L. Chur- und F. G. wir weiter nicht bergen, daß verschienes Sonnabends [d. 23. Apr.] **) die Kais. Maj. die benannten Theologen von beiden Theilen für sich in Ihrer Maj. Gemach erfordern, und ihnen anzeigen lassen, wie gnädigst und hoch J. Maj. geneigt und begierig, die strittigen Religion christlich zu vergleichen, und derwegen gnädigst begehrt, daß sie alle und jeder insonderheit an ihnen nichts wollten erwinden lassen, alles dasjenige, so zu Erforschung der Wahrheit, Gottes Ehre und Erhaltung Frieden Ruhe und Einigkeit im Reich dienstlich, zu suchen und zu fördern, und daß sie von beiden Theilen

*) i. e. d. 22. April.
**) In narratione Buceri germanica id factum dicitur d. 22. Apr. ex errore.

nichts denn die Ehre Gottes und gemeine Wohlfahrt vor Augen haben, auch weder auf ihre eigene Affection oder Herrschaften dießfalls nicht sehen wollten.

Und haben Ihre Maj. darnach auf berührter Theologen Schrift *) und der Stände dieses Theils Erinnerung einen Zusatz etlicher Personen, die bei berührter Handlung als Zuhörer und Assessoren seyn sollten, thun lassen, wie Ew. Ew. aus inliegendem Verzeichniß zu vernehmen befinden werden. Und sollte solche Handlung gestern frühe vor Dato um 8 Uhr angefangen worden seyn, ist aber verzogen bis um 3 Uhr heut Dato, und gleich jetzunder wieder abgekündigt [abgesagt], und morgen um 8 Uhr ihren Anfang zu gewinnen angesagt. — —

Datum Regensburg, Dienstags nach Quasimodogeniti den 26. Aprilis um VII Uhr nach Mittag anno dom. XLI.

Hic optimus habendus est praeceptor Paulus, qui qualem oporteat esse Episcopum, quem et Presbyterum appellat, et quales Diaconos, suum Timotheum ac Titum diligenter edocet. Ex qua Apostolica formula paene omnes antiqui Canones, qui de ritu ministrorum sunt, dimanaverunt. Et quoniam viderunt patres, Paulo quam maxime curae fuisse, ut, qui ministrarent Ecclesiis ab omni solicitudine liberi, ea tantum quae Domini sunt curarent, atque eum, qui cum uxore est, de iis non posse non solicitum esse quae sunt mundi, primo Corinthiorum septimo: plurimum semper fuerunt propensi ad indicendam ministris perpetuam continentiam, etsi in hac re non eadem severitate vetus et recentior Ecclesiae usae fuisse reperiantur.*)

Vetus enim Ecclesia eos qui tantum unius uxoris mariti essent ad sacerdotium asscivit[3]), ac decrevit etiam, ne tales uxores suas religionis obtentu abiicerent, ut habet Canon Apostolorum octavus, Grangrensis Concilii, et Paphnutii sententia in concilio Niceno recepta. Eos vero, qui post Baptismum duabus nuptiis impliciti fuissent, aut concubinam habuissent, aut viduam duxissent, aut divortio separatam a viro, aut meretricem, aut ancillam, aut aliquam quae publicis spectaculis mancipata fuisset, a sacerdotali consortio excludebat, ut habet Canon Apostolorum 16.

Caeterum iis, qui coelibes ad sacerdotium vel Diaconatum pervenissent, matrimonio interdixit, ut habet Canon Apostolorum vicesimus quintus, nisi tamen Diaconi in ipsa ordinatione protestati fuissent, se velle habere uxores, nec posse se continere. Hi enim si ad nuptias venissent manebant in ministerio, propterea quod iis Episcopus licentiam dedisset, ut testatur concilium Ancyranum Canone nono. Eos vero, qui nulla protestatione facta contra tacitam professionem nuptias contraxissent, a ministerio tantum amovebat[4]), hoc est, offerre et sermonem ad populum facere, aut aliquibus sacerdotalibus officiis fungi non permittebat, Laica tantum communione eis concessa, ut habet Canon quintus concilii Ancyrani.

Denique qui contra expressam professionem et votum matrimonium contraxissent, excommunicabat. Sed interim ea erat apud Episcopum loci autoritas, ut talibus confitentibus humanitatem facere posset, ut habet Canon Concilii Chalcedonensis 15. 16. Matrimonium vero non diremit, ut testatur Augustinus Canone Nuptias 27. quaestione prima.

Porro ne Episcopus aut quisquam ex Clero subintroductam mulierem haberet, omnino vetabat, ut habet Canon tertius Synodi Nicenae. Clericos vero in fornicatione deprehensos extra Ecclesiam abiecit, et ad poenitentiam inter Laicos agendam redegit, ut habet Canon primus Concilii Neocaesariensis.

Postea recentiores Canones coniugatos ad Sacerdotium seu Diaconatum promoveri vetuerunt, Presbyteros quoque et Diaconos, qui ante ordinationem nuptiis vincti[5]) fuissent, abstinere ab omni opere coniugali, atque adeo separari a coniugibus iusserunt. Matrimonia quoque quae Presbyteri seu Diaconi post susceptum ordinem contraxissent, diremerunt, et irrita declararunt.

In hac ergo Canonum diversitate, si postremi Canones omnino posthac retinendi sunt, necessarium quoque erit, ut censurae, quae in fornicarios in veteribus Canonibus distringuntur, in usum quoque revocentur, ne publicum scandalum ex impura ministrorum vita Ecclesiae ingeratur.

Post vitam Cleri recte institutam pari cura providendum est, ut Parochi puram et sinceram doctrinam populo tradant, ut sanam habeant verborum formam, cuius finis sit ea quae verae fidei et charitatis sunt, reiectis omnibus fabulis et quaestionibus curiosis, sedulo inculcare, quemadmodum Apostolus docet, quod finis praecepti sit Caritas de corde puro, conscientia bona, et fide non ficta.

Item, ut verbum sine ullius contumelia et[6]) absque contentione spargant, ab errore caveant, falsam doctrinam arguant, sanae vero doctrinae

*) „De Coelibatu protestantes suum scriptum exhibuerunt signatum litera I." Nota marg.

3) Mel. *assumit.*

4) Buc. et Eck. *submovebat.*

5) Buc. et Eck. *iuncti.*

6) Buc. et Eck. *sed.*

fortiter adhaerescant, in qua opus erit, ut brevis aliqua formula, quae doctrinae summam contineat, publica autoritate edatur, ad quam ubique Parochi suas conciones exigant.

Providendum est quoque, ut in Ecclesia nihil neque in precibus, neque in Hymnis, neque Lectionibus, quam quod ex scripturis et receptis autoribus depromtum est, recitetur[7]). Item, ut externi ritus, qui ad pietatem, honestatem, ordinem et tranquillitatem Ecclesiae faciunt, observentur.

Item cum diversitas ordinum Monasticorum et plerique abusus, qui in Monasteriis committuntur, multis scandalo sint, nec Monastice eum fructum praesenti Ecclesiae adferat, quem attulit olim, reformationi quoque eius invigilandum est, ut posthac sint Monachi apud quos doctrina Christiana vigeat, qui linguas et bonos[8]) autores conservent, scripturas scrutentur, et explicent concionibus, et se et populum instituant, sic tamen, ne Parochis in officio praeiudicent, ac ea faciant quae eos antiqui Canones facere debere censuerunt.

Ut autem tales in Ecclesia ministri, ac etiam Monastices professores haberi queant, constituendae sunt apud Cathedrales et collegiatas Ecclesias et in Monasteriis Scholae, quibus praeficientur viri tum docti tum pii.

Et quoniam operarius dignus est mercede sua, et ministris Ecclesiarum, et professoribus honesta stipendia seu solaria conferenda sunt, ne egentes in suo munere tepescant.

Postremo ut haec omnia in perpetuo cursu retineantur, habendae sunt suis temporibus Generales, Nationales, Provinciales, Episcopales, Archidiaconales, et aliae Synodi, in quibus de omnibus istis diligens inquisitio fiat. Item, ut gradatim appelletur, et secundum veteres Canones de causis Ecclesiasticis ordine et rite cognoscatur.

XXIII.

De disciplina populi.

Cum in sancta plebe sint senes, anus, iuvenes, puellae, mariti, uxores, parentes, liberi, domini, servi, sint item diversa vivendi genera et

7) Mel. *resipiatur.*
8) *bonos* excidit apud Mel.

vocationes, curae erit Ecclesiae ministris, ut omnes et singuli suam vitam et mores ad doctrinam Evangelicam conforment, id est[9]), ut vocationi suae serviant et tranquillitati studeant et paci.

Deinde usus Clavium[10]), qui Iurisdictionis dicitur, in Ecclesiam, quoad fieri potest, revocandus est, et censura Ecclesiastica secundum Apostolicam et veterum Canonum censuram restituenda, ut, qui publice criminosi sunt et impuri seu refractarii, et contentiosi, et qui Ecclesiae scandalo sunt, a communione et sacris, donec resipuerint, arceantur et prohibeantur.

Poenitentia quoque publica, quantum fieri potest, in usum revocanda, ut non nisi facta Exomologesi[11]) et obtenta reconciliatione, qui publice deliquerunt, in Ecclesiam recipiantur, idque ad eam moderationem quam praesentia tempora ferunt[12]).

Postremo de Ieiuniis, de delectu ciborum, Feriis et similibus corporalibus exercitiis, quae partim ceremonialia sunt, partim disciplinae, facile convenerit, si viris aliquot piis iuxta ac doctis hoc negotii delegetur, ut haec omnia ad eam moderationem reducant, quo[13]) nulli laqueum iniiciant seu oneri sint, sed ad exercendam pietatem et opera vere bona (de quibus Decalogus et Evangelium praecipit) nos reddant alacriores.

No. 2208. **30. Apr.**

Mart. Luthero.

Ex autographo Mel. in Tabul. Vinar. Registr. H. fol. 329. no. 158. — Antea, sed satis mendose, edita a *Webero* in der kritischen Geschichte der Augsb. Confess. Vol. II. p. 325 sq.

Clarissimo[*]) *et optimo viro, D. Martino Luthero, doctori Theologiae, Instauratori purae doctrinae Evangelii, suo cariss. patri*[**]),

S. D. Tandem sex delecti sunt, ut de doctrina colloquantur[1]): *Iulius*, *Eccius*, *Gropperus* Co-

9) *id est*, non habent Buc. et Eck.
10) Mel. *clavis.*
11) Buc. et Eck. ἐξομολογήσει.
12) Buc. et Eck. *ferant.*
13) Mel. *quae.*
*) Web. *Amicissimo.*
**) Web. om. *suo cariss. patri.*
1) Web. *colloquamur.*

loniensis, *Bucerus*, *Nidanus Pastor*, et ego. Intersunt *Fridericus* Palatinus, *Granvelus*, Comes *a Manderschid*, Cancellarius Palatini Electoris, Cancellarius Ducis Saxoniae Electoris, Cancellarius Hassiacus*), et *Iacobus Sturmius*. Essemus iam tota hac molestia[2]) liberati, si *Eccius* suo more pugnaret; sed seu collegae seu alii eius impetum moderantur. Non repugnat de articulo iustificationis; tantum quaerit verborum latebras. Nostras formulas amplecti metuit, ac nunc de ipsius formula rixamur. Heri totam formulam ipsorum repudiaram, sed ita corrigunt, ut nos abrumpere negotium non sinant. Hodie rursus erunt novae rixae. Deum orate[3]), ut gubernet has actiones periculosissimas. Si privatim meo loco[4]) reus essem, dicerem meam sententiam, nec implicari me talibus[5]) laqueis sinerem. Bene et feliciter valete. Pridie calend. Maii.

Philippus Melanthon.

No. 2209. mense Apr.

a Richabim.

Manlii farrag. p. 67 sqq.

Nobilitate et virtute praestanti viro, domino a Richabim Gallo,

S. D. Nullum est humanius officium, quam alieno luctu adfici, vel consolatione vel societate doloris alienam moestitiam lenire. Quare etiam si tibi ignotus sum, tamen cum essem hic apud *Calvinum*, et de morte filii tui *Iodoci*, quem sciebam fuisse adolescentem egregia indole, virtute et eruditione praeditum, ad te darentur literae, meas quoque adiungendas esse putavi: praesertim cum et mihi immatura mors talis adolescentis magnum dolorem attulerit. Doleo enim Ecclesiam orbatam esse tam felici ingenio, cuius erat magnus usus futurus in propagandis et illustrandis optimis artibus, quae sunt utiles vitae. Tua etiam causa doleo, ereptum tibi esse filium, in cuius suavitate et virtute acquiescere senectus tua debebat. Et erat ipse propter optimos mores vita longiore dignus. Fateamur et nos nostro commodo moveri; quod amicum et optimum studiorum socium amisimus. Itaque non possumus non lugere interitum filii tui: et cum optima quaeque natura maxime sit φιλόστοργος, non possumus tibi tam duram legem imponere ne doleas. Ne Paulus quidem lugere vetat: sed ne lugeamus ut gentes ignarae propositae immortalitatis.

Ut igitur humani animi est affici suorum interitu; ita rursus pietas est moderari moestitiam, et avocare animum ad cogitationem de Dei voluntate, de communibus aerumnis generis humani, de immortalitate, denique de filii voluntate iam fruentis dulcissima Dei et Ecclesiae purioris consuetudine in coelo. Nam sic cogitabis nos nec nasci nec occidere casu, sed Dei consilio, sicut inquit Psalmus: Ipse fecit nos, et non ipsi nos. Statuas non repugnandum voluntati Dei, qui filium, evocatum ex hoc carcere, ad aliud melius vitae genus traduxit. Sit igitur modus aliquis tristitiae, nec fremere adversus voluntatem Dei incipiat.

Deinde quisquis praesertim horum temporum calamitates in Ecclesia et Republica propius considerat, videtur non difficulter obtemperaturus Deo, si ex hac vita evocetur. Publica enim morum corruptio etiam bona ingenia inflectit ad eas artes, quae etiamsi sunt indignae bonis, tamen, quia ad potentiam et opes aditum faciunt, a pluribus coluntur. Iam in Ecclesia, quae debebat esse gratissimus receptus ac veluti portus bonis et studiosis, quantum est privatarum superstitionum, quanta Apostolicae disciplinae perturbatio? Et summi ordines, ad quorum officium pertinebat mederi his malis, nova asperitate ea confirmant. Quid igitur loci bonis et doctis in Ecclesiis esse potest, ubi eis exilia, carcer et atrocissima supplicia proposita sunt? Non igitur recusemus ad eam Ecclesiam discedere, in qua summa cum tranquillitate, pulsa omni caligine Deum intuebimur, cum summis viris Prophetis et Apostolis. Horum consuetudinem quoties cogito, et ad gubernationem rerum in hac vita comparo: Quid? dicam quod sentio: Incendor melioris vitae desiderio. Vidi funera et domestica et aliorum coniunctissimorum hominum pleraque magno cum dolore. Sed cum temporum vitia intueor, saepe iudico impendentibus calamitatibus orbis terra-

*) Vid. ep. ad Elect. d. 26. Apr.

2) Web. pro *tota h. mol.* prorsus mendose: *rixa hac molesta*. Optime legi possunt verba in autographo.

3) Web. *oravi*.

4) Web. *duce*.

5) Web. *implicari nos in his*.

[illegible], eos, qui iam moriuntur, divinitus eripi, ut Esaias inquit, Iustos mori, ne publicis poenis una cum caeteris plectantur: scilicet, ut in cubile suum ingressi placide quiescant. Ita existimes et filium tuum secuturis calamitatibus ereptum esse; nam aliquanto post, orbis terrarum magnis mutationibus concutietur.

Nec te amisisse filium arbitreris. Vivit ille, et te tranquillo animo esse iubet, et laetus te expectat in illa meliori vita, ubi rursus te complectetur: ubi rursus ipsius consuetudo multo tibi dulcior erit, quam cum infantem gestabas in sinu, docebas verba fingere, aut cum postea voluptatem ex eius ingenio et studio capiebas. Aliquanto post ipsum audies de Deo, et de filio Dei, de mirabili conditione rerum, denique de iis rebus omnibus disserentem, ad quarum cognitionem mens humana proprie condita est. Videbis eum in coetu Prophetarum et Apostolorum, et cum his philosophantem. Haec te vera gaudia iam animo concipere convenit: neque existimes ea magis a me rhetorico more colligi, quam vere dici.

Ego vero cum audio mores ipsius pios et honestos fuisse, et ardentem vera fide et agnitione filii Dei coluisse et invocasse Deum: hinc discedentem, se commendasse filio Dei, qui nobis aeternum patrem coelestem placavit, et ab aeterna morte pios ipsum invocantes redemit: non dubito, eum in coelum beatorum a Christo traductum esse. Non enim dubitandum est de divinis promissis, et illa salutaria vox intus infixa haereat in animis nostris: Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Hoc argumentum ad consolandum efficacissimum est: idque si saepe repetas animo, non solum lenietur dolor, sed etiam desiderium illius futurae consuetudinis cum filio in animo accendetur. Ac spero eadem tibi a *Calvino* copiosius et melius perscribi, non solum quia eruditione et facundia superat, sed etiam quia, cum filium tuum norit familiarius, plura de eius virtute et pietate commemorare potest. Deum precor, qui est autor consolationis (ut Paulus inquit) ut ipse erigat animum tuum, et te et reliquos servet et gubernet. Bene vale: mense Aprili, ex conventu Ratisbonensi, 1541.

No. 2209 b. (in. Maio.)

(*Scriptum.*)

Ex libello: Scripta quaedam de usu integri sacramenti et Missa theatrica. De Potestate Pontificis et Episcoporum, et aliis quibusdam controversiis, collecta opera et studio Casparis Cruciger Doctoris Theologiae, partim anno 1540. in conventu Schmalcaldensi, partim anno sequenti in conventu Ratisbonensi. — Recusus est hic libellus in libro: Libelli aliquot utiles Philippi Melanthonis. (Witteb. 1560. 8.) ubi, quae hic sequuntur, leguntur p. 144 b. — Videtur Cruciger haec calamo excepisse dum colloquebantur Melanthon et Eccius de articulis fidei in conventu Ratisbonensi; fortasse vero etiam usus est schedis, quibus Melanthon ea, quae Eccio obiicere volebat in colloquio, inscripsit. — Putaverim haec fere ineunte Maio, ante colloquium, scripta esse.

„Annotata a Doctore Casparo Crucigero Ratisbonae ad refutandas praestigias Sophismatum Eccianorum in praecipuis doctrinae Christianae capitibus."

Περὶ δικαιοσύνης τῆς ἐκ πίστεως.

Noster articulus de fide in summa hoc dicit, quod detur nobis remissio peccatorum propter Christum, non propter proprias virtutes, Et quod hoc oporteat credi. Negare has duas propositiones est contumelia afficere filium Dei victimam, et Christum iterum crucifigere, est *ἀθετεῖν τὴν χάριν θεοῦ*. Ideo simus in huius sententiae defensione firmi.

Concedit hanc propositionem Eccius: gratis iustificamur. Sed non concedit hanc: sola fide iustificamur. Intelligit enim iustificari de infusione virtutum, ut si diceret: gratis donamur virtutibus, Non autem donamur sola fide, seu, non sola fides est donum.

Paulus intelligit iustificari pro reconciliari, seu, consequi remissionem peccatorum et acceptationem coram Deo. Et cum ait *gratis*, refert particulam ad iudicium nostrae conscientiae de voluntate Dei: Non tantum disputat, quod Deus gratis donet, sed addit *fide*, Iubet nostras conscientias statuere, quod gratis accipiamus: illud autem est credere. De certitudine nostrarum conscientiarum agit, non agit de praedestinatione.

Oppone ergo *τῷ σοφίσματι ἐκκιάνῳ*.

I. Quod iustificari significet accipere remissionem peccatorum et acceptationem.

II. Quod particula *gratis* quaerat de causa propter quam accipimus *ἄφεσιν*. Utrum propter filium Dei, an propter nostram dignitatem? Quae-

rat item an postea placeamus propter filium Dei *μεσίτην*, an vero propter propriam dignitatem. Dicere *gratis*, est dicere, propter *τὸν μεσίτην υἱὸν τοῦ θεοῦ*: Et hoc dicitur, ut nos sic sentiamus, et hac fide beneficium accipiamus. Non dicimus, quod Deus, nobis ignorantibus et non applicantibus fide beneficia Christi, sic convertat nos, ut dicere possemus: Deum gratis propter Christum dedisse pacem Aegyptiis. Sed ideo dicitur, *gratis* fide propter Christum, ut nobis applicemus, iuxta illud, Ipse est nobis iustitia, redemptio etc.

III. Paulus dicit nos imputatione esse iustos, Ergo particulam, *gratis*, non tantum sic intelligit, quod ante conversionem gratis recipiamur, ac postea placeamus propter proprias virtutes. *τοῦτό ἐστι ἐναργέστερον.* *)

IIII. Vivo in fide filii Dei: Desineret Christus esse Mediator post donatas virtutes. Manet autem Mediator, ut propter ipsum placeamus, quia semper retinenda est haec sententia: qui gloriatur in Domino glorietur. Item: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Item, Si iustificarent virtutes et opera post novitatem, etiam *τὸν δαβὶδ* iustificassent ceremoniae: nam obedientia in his tam necessaria erat, quam in moralibus.

V. Imaginatio adversariorum est tantum philosophica; Negant hominem esse iustum propter virtutes morales, sed cogitant esse iustum propter virtutes heroicas, ortas ab afflatu. De Christo nihil dicunt. Haec sunt Platonica.

VI. Sed omnium argumentorum *ἐναργέστατόν ἐστι*, quod oporteat addi *fide*: Quia textus clare dicit de promissione, promissionem oportere accipi fide. Remissio est promissa ac revelata, non propter legem etc. Credendum iuranti Deo: Vivo nolo ego mortem etc. Qui non credit mendacem facit eum.

VII. Quotidie in omni invocatione cogitandum, quomodo Deus exaudiat, cum dicatur: peccatores Deus non exaudit.

Videtur autem *ἐπίτασις* certaminis fore magis de altera parte, *ὅτι ἡ καινότης* mereatur vitam aeternam.

Paulus: *δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι.* Item, *πάντες ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης* etc. Item, *διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως, ἵνα κατὰ χάριν* etc. Item, *ποῦ ἡ καύχησις; ἐξεκλείσθη.* In Corinth., qui gloriatur, in Domino glorietur. In Ephes., *τῇ χάριτι σεσωσμένοι διὰ πίστεως οὐκ ἐξ ὑμῶν. θεοῦ τὸ δῶρον, οὐκ ἐξ ἔργων, ἵνα μή τις καυχήσηται.* Christus meruit nobis gratiam et gloriam. Bonaventura: Unde in sola fide passionis Christi remittitur nobis omnis culpa.

Bonum argumentum quod non propter sequentes virtutes sit iustus David, Quia Paulus ait etiam circumcisionem non esse iustitiam.

Obiiciunt.

Ore fit confessio ad salutem. Item, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Merces vestra copiosa est in coelis. Recipiet centuplum, est post hanc vitam, vitam aeternam. Vita aeterna dicitur merces, Ergo novitas est meritum. Valet consequentia ex natura correlativorum.

Nego consequentiam, Quia merces hic significat compensationem non debitam proprie propter hoc, Sed quae propter aliud *ἰδίως καὶ κυρίως δίδοται.*

Argumentum.

Operibus est promissa vita aeterna, ergo opera merentur vitam aeternam, Ut si dicerem, pugnanti est promissum praemium, ergo pugna meretur praemium. Respondeo: Sequeretur in aequivalentibus. Sed primum nego, promissam esse operibus tanquam proprio pretio seu merito, sed cum propter aliud detur simul fit compensatio pro illis. Vel, Concedo antecedens de operibus fide factis: his promittitur non ut proprio seu aequivalenti pretio, sed quia fide iam sunt haeredes promittitur etiam haec compensatio, quae tamen est gratuita.

Aliud argumentum.

Non nudum reperiri, est necessarium ad salutem, 2 Corin. 5. Non nudum reperiri est nova obedientia. Ergo nova obedientia est necessaria ad salutem.

ἢ οὕτως.

Vivificatio est formaliter nova vita et obedientia. Vivificatio est necessaria ad salutem. Ergo nova obedientia est necessaria ad salutem.

---

*) i. e. argumentum quartum quod sequitur.

Respondeo. Nova obedientia fidem sequens est necessaria ad vitam aeternam, non quod sit pretium aut meritum vitae aeternae, aut iustitia, quae possit opponi iudicio Dei, sed quod sit effectus, seu novitas coniuncta fidei, seu debitum necessario sequens, et placeat, quia persona iam est accepta.

Aliud.

Psalm. Iudica me secundum innocentiam meam. Ergo est innocentia et propria iustitia, quae potest opponi iudicio Dei, et digna vita aeterna.

Respondeo. Concedo esse propriam iustitiam placentem Deo postquam fide recepti sumus, et agnoscimus eam, quanquam imperfectam, placere. Ac deinde concedo, esse dignam praemio. Vel sic: Iudica me Deus secundum innocentiam meam: vel personalem, sic nego: vel ministerii, sic concedo. Quia talis orans intuetur promissionem ministerio factam. Alibi dicitur Psalm. 78. Ne memineris iniquitatum nostrarum propter gloriam nominis tui. Item, scis insipientiam meam etc.

ἄλλο.

Propter iustitiam datur vita aeterna. Ergo propter meritum. Nego consequentiam, et ratio est, Quia illa ipsa iustitia est gratis accipere imputationem.

Contra.

Ezechias orat, Memento quod colui te vero corde.

Respondeo. Non allegat meritum, sed causam cui facta est promissio, id est, allegat fidem quae misericordiam quaerit debitam propter promissionem. Vel, allegat ministerium, rogat ut servet ministrum, sicut David orat: Custodi me quia sanctus sum, scilicet sanctitate ministerii, seu vocationis. Item, Salva me propter innocentiam meam, scilicet, non personalem sed causae iustitiam.

Quatuor causae quare τὸ μόριον ἐκκλησιαστικὸν defendendum τῇ πίστει δωρεάν.

I. Ut debitus honos tribuatur Christo. II. Ut conscientiae firmam habeant consolationem, seu, ut tollatur dubitatio. III. Ut vera invocatio et veri cultus praestentur. IV. Ut retineatur discrimen legis et promissionis, quae est propria Evangelii. Nam promissiones legales sunt conditionales.

Quod si dicat aliquis: Paulum non excludere infusas virtutes, sed tantum opera legis, id est, ea quae docente lege sine spiritu sancto fiunt, atque detrahere legi iustificationem tantum in eam sententiam: Ergo iustus erit quisque propter virtutes πνευματικάς: Et dicat has communi appellatione vocari fidem.

ἀπόκρισις.

Ex hac imaginatione tamen (si dicas, Paulum habere remissionem propter proprias virtutes) sequitur, eum non habere remissionem propter Christum. Id urget Paulus, dari remissionem propter Christum, non propter nostras virtutes, sive lege docente factas, sive postea donatas. 1 Cor. 1.: Ipse est nobis iustitia, redemptio etc. 2 Corinth. 5.: Ut in ipso fieremus iustitia. Item: Paulus contendit, nos imputatione iustos esse, Ergo intelligit, sola fide, non propter nostras virtutes nos iustos esse. Si est dicendum de Paulo renato, pendet quaestio ex altera, videlicet: an in sanctis maneat peccatum.

Hic Thomas dicit, quod homo mereatur propter habitum gratiae de condigno, et propter liberum arbitrium. Ergo fieret incertitudo propter vitiosam naturam.

Expende dictum: meritum nihil est, nisi praecedente gratia. Ergo prius habet remissionem: Et tamen non dixerunt unde habeat.

Oppono.

Homo semper habet opus remissione, Ergo semper fides praeluceat, semper teneat Mediatorem, semper sciat, se placere non propter suam dignitatem, sed per misericordiam, iuxta illud, Beati quorum remissae sunt iniquitates, et quibus non imputatur peccatum. Item: Nihil mihi conscius sum, sed in hoc non iustificatus sum. Item, non intres in iudicium cum servo tuo etc. Item, Qui gloriatur in Domino glorietur. Item: Pro hoc orabit ad te omnis sanctus. Item Daniel 9.: Tibi Domine iustitia, exaudi nos propter Dominum.

De Missa.

Disputandum de applicatione.

Applicatio dupliciter pugnat cum Evangelio. I. Transfert meritum Christi in hoc opus sacerdo-

tis, vel certe communicat. II. Tollit doctrinam de fide. III. Non est applicatio sacrificii, sed si fiat distributio, fit applicatio ut Sacramenti. Et distributio ac recordatio sunt essentialia. Applicatio est per ministerium verbi, 2 Cor. 5. *θέμενος ἐν ὑμῖν τὸν λόγον τῆς καταλλαγῆς.*

Confirmationes nostrae sententiae.

I. Omnis cultus non institutus in Evangelio reiiciendus est, iuxta illud: frustra colunt me mandatis hominum. Oblatio et applicatio non sunt institutae in Evangelio. Igitur sunt reiiciendi cultus.

II. Applicatio pugnat cum Evangelio dupliciter: 1) transfert meritum Christi in opus sacerdotis, contra textum: una oblatione consummati sumus; 2) tollit doctrinam de fide: fingitur quod opus sacerdotis mereatur remissionem peccatorum facienti et aliis.

III. Tantum consequimur remissionem peccatorum propria fide, quae statuit, propter Christum nobis ignosci, Ergo non consequimur propter opus seu meritum sacerdotis.

IV. Nulla est applicatio nisi per verbum et sacramentum. Hic non fit exhibitio verbi et Sacramenti: Ergo non est applicatio, quae est usus sacramenti, non est opus meritorium aliis: Quia sibi quisque applicat fide, prodest singulis sua cuique fide, Nemo potest alteri applicare, sed sibi unusquisque applicat fide *καὶ διὰ συμβόλου μετάληψιν.*

V. Nemo potest applicare alteri, nisi qui dat fidem. Solus Christus dat fidem, Ergo etc.

VI. Omnia sacrificia ceremonialia cessant in novo Testamento, iuxta illud: hostiam et oblationem noluisti. Item: offerentes spirituales hostias.

VII. Epistola ad Hebraeos inquit: neque ut saepe offerat semetipsum. Item, Iam non est oblatio pro peccato.

VIII. Posita applicatione pro vivis et mortuis in coena fit opus prorsus non institutum a Christo. Sacramentum extra usum institutum a Christo desinit esse Sacramentum, ut iam iudaica circumcisio non est sacramentum. Ergo oblatio in privatis Missis est idolatrica.

De oblatione.

I. Non possumus plus facere quam quod fecit *ἀρχιερεὺς* noster. Christus Pontifex non obtulit panem et vinum. Ergo nec nos debemus.

II. Urgenda ratio sacramenti, ratio Testamenti. Sacramenti ratione accipimus, non offerimus, nec habet sacerdos potestatem applicandi, sed sibi quisque fide applicat. Item, institutio est communis pro Laicis et Sacrificulis. Laicus non offert, nec applicat aliis. Ergo nec sacrificulus.

III. Si non est applicabile opus, Ergo non est opus privatis Missis, in quibus semper hic error est, quod oblatio valeat pro aliis, semper manet persuasio valere oblationem pro aliis.

IV. Omnia ceremonialia sacrificia cessant in novo testamento. Ad Hebraeos: neque ut saepe offerat semet ipsum. Item, iam non est oblatio pro peccato. Item, Una oblatione consumati sumus. Praeterea Papistae tribuunt oblationi, quod tribuendum est sumptioni. Item, Coena est exhibitio promissionum Evangelii. Ergo non est sacrificium legale seu ceremoniale.

V. Repetenda historia veteris oblationis. Oblatio fit, vel Deo in gratiarum actionem, vel populo ad recordationem. Veteres offerebant pro Ecclesia, id est, ut distribuerentur illae res pauperibus in Ecclesia. Et quae offerebant in gratiarum actionem, non redibant ad usus offerentium. Offerimus pro S. Laurentio, id est gratias agimus.

Κατὰ τῆς θεατρικῆς λειτουργίας.

I. Dic, quod haec tota declaratio pugnet cum Canone: Ibi orant pro Christo, non sistunt eum patri, et dicunt hoc sacrificium praesens valere ad remissionem.

II. Non assumes nomen Dei in vanum. Oblatio non est instituta.

III. Non possumus aliud sacrificium offerre, quam quod obtulit Christus Pontifex. Christus Pontifex non obtulit panem et vinum. Ergo nec nos.

IV. Omnis offerens offert aut dona pro peccatis, aut offert rem, qua egit gratias. Sacerdos non offert donum seu pretium pro peccatis, nec dici potest quod offerat ipsum Christum gratias agentem, aut tanquam *σύμβολον τῆς εὐχαριστίας* etc. Ergo nihil offert.

Contra Repositionem unius partis eiusdemque repositae circumgestationem ac adorationem.

I. Argumentum. Tunc fit sacramentum cum omnes causae concurrunt, et servatur intentio eius finis, qui institutus est, consequendi: Ut, si quis uteretur baptismo magice pro morbi alicuius depulsione, iam non esset Baptismus. Coena fit ad sumendum. Ergo tunc tantum sacramentum est, cum accedit sumptio.

II. In sacramentis debet esse certitudo. In actione tantum est certitudo. Ergo tutissimum est actione contentum esse.

III. Praesentia est voluntaria, non est conversio physica, aut localis inclusio. Ergo est actionis praesentia.

IV. Deus non est alligandus, ubi ipse se non alligat. Christus non alligavit se ad panem extra usum, Quia adest propter hominem, non propter panem.

V. Textus dicit: Accipite, manducate, Hoc facite.

VI. Christus adest hominis causa, non propter panem. Verba recitantur non propter panem, sed propter auditorem.

VII. Sacramentum constat verbo et signo, quae in usu non debent dividi. Fit divisio cum datur panis sine recitatione verborum, sine concione. Ergo est abusus.

Contra Argumenta in oppositum.

I. Omne sacrificium ceremoniale est applicandum. Hoc est sacrificium ceremoniale. Ergo.

Respondeo. Primum nego Maiorem, omne sacrificium ceremoniale esse applicandum, id est, meritorium remissionis: sed hoc est applicandum per distributionem. Deinde nego Minorem: quia oblatio non est instituta, qua retinetur differentia operis Laici et Sacerdotis.

II. Omnibus temporibus oportet esse sacrificium ceremoniale. Respondeo. Negandum est, Quia in novo testamento nullum est ceremoniale sacrificium, Quia est aeternum sacerdotium Christi, Nec ullum fuit unquam sacrificium ex opere operato.

III. Ecclesia universalis non errat. De Missa applicanda consensus est Ecclesiae universalis, Igitur etc. Respondeo primum ad Maiorem, Ecclesia aliquando magis, aliquando minus habet explicatos articulos. Deinde ad Minorem, Multi in Ecclesia, ut Laici, recte usi sunt sacramento, nec probaverunt illam applicationem etc.

IV. Gratiarum actio semper est bonum opus. Haec ceremonia principaliter est gratiarum actio facienda sicut in lege mactatio quotidiana. Ergo est bonum opus. Responsio: Nego Minorem, Quia non valet ex opere operato. Item, Oblatio non est instituta, Nec est recordatio pro aliis, sed unusquisque pro se recordari debet. Non est instituta principaliter propter recordationem ὥσπερ ἔργον ἀλλὰ ὥσπερ παραμύθιον, est donum aliis dandum ad fidem excitandam, ad consolationem. Item, est instituta, ut plures sumant. 1 Corinth. 10.

Appendix.

I. Applicatio Papistica pugnat cum ratione sacramenti, Quia distributio fieri debet.

II. Sicut opus nihil prodest sine fide, ita applicatio nulla est sine fide.

III. Applicatio tradita in scripturis est usus Sacramentorum, in quo utens Sacramento, per id sibi applicat beneficium Christi fide.

IV. Opus in vel ab alio factum non est applicatio pro alio: Ut Baptismus Petri non est applicatio pro Iohanne. Igitur missa non potest sic applicari.

No. 2210. 1. Maii.

B. a Promnitz.

Epist. lib. III. p. 99 sqq. (edit. Lond. lib. III. ep. 45.)

Baldassaro a Promnitz Episcopo Vratislaviensi.

S. D. Reverende Domine. Postquam intellexi, te ad hoc fastigium evectum esse, gratulabar Ecclesiae talem gubernatorem, cuius moderationem indicabam in his dissidiis Ecclesiasticis, salutarem Ecclesiae fore. Noram enim et animum tuum natura placidum, et assiduitatem in optimarum artium studiis, et audiebam, te non abhorrere ab eorum sententiis, qui censent sine saevitia moderatis rationibus, in Ecclesia concordiam constituendam esse.

Etsi autem propter veterem nostram notitiam libenter ad te aliquanto ante scripsissem, de his ipsis rebus, quarum cogitatione te in hoc tuo munere exerceri existimo: tamen hactenus nescio quae verecundia me remorata est. Nunc addit animum mihi vir nobilis a *Schiling*, et conventus argumentum suppeditabat, in quo nunc agitur de doctrinae conciliatione. Delecti sunt sex: *Iulius Pflug*, *Eccius*, *Gropperus* Coloniensis, *Bucerus*, *Hessianus* quidam et ego, ut de doctrina colloquamur, et controversias vere dirimamus. Ea enim est virtus Imperatoris *Caroli*, ut veras et pias sententias patefieri, et in Ecclesiis extare velit, ac diserte veritatem inquiri iusserit. Aliquid spei ostendit duorum praestantium virorum *Iulii* et *Gropperi* moderatio. Ideo iam de certis Articulis formulae, ut spero, mediocres propositae sunt.

Multi praestantes viri ordinum omnium, etiam Principes, sunt hortatores, ut haec dissidia piis modis dirimantur: et videtur Imperatoris voluntas non abhorrere a modestis consiliis. Cum autem negari non possit, res multas, utiles et necessarias patefactas esse Ecclesiae in eo genere doctrinae, quod amplectimur, optarim te etiam tuam authoritatem conferre ad haec moderata consilia multorum praestantium virorum, quae et Deo grata sunt, et Reipub. salutaria, et certe tua functione dignissima. Precor igitur Deum, ut animum tuum exuscitet ad iuvandam communem salutem.

Magnum et salutare Dei munus est talis Pastor, qui in tantis tenebris et dissidiis, et doctrinae lumen in Ecclesia accendere, et dissipatum gregem revocare ad piam Concordiam studet, ut hymnum illum cum Angelis pariter omnes canant: *Gloriam Deo, et terrae pacem, et laetitiam hominibus.* Haec scripsi bono et simplici studio, quae si intellexero tibi grata fuisse, saepius ad te iisdem de rebus scribam. Bene et feliciter vale. Cal. Maii. Ratisbonae.*) 1541.

2211. (5. Maii.)

Cruciger ad Bugenhagium.

Ex apographo in cod. Gothi II. p. 270.

[illegible]

„*Epistola D. Casparis Crucigeri ad D. Ioannem Bugenhagium Pomeranum de conventu Ratisp.*“

S. D. Misimus ad vos nuper historiam eorum, de quibus in hoc conventu hactenus actum fuit usque ad diem inchoati congressus inter delectos descriptam ordine a D. *Philippo*.*) Nunc octiduum fere disputatum est de praecipuo capite doctrinae Christianae, h. e. de articulo iustificationis. Exhibitum est ac praelegi coepit scriptum quoddam nescio quo autore compositum, quod putatur ostendere viam conciliandi controversos articulos; illud ipsum, quod istic **) te quoque vidisse existimo. Certe D. Doctori *Luthero* exhibuit aut saltem summam sententiae exposuit D. *Philippus*. Et missum erat Marchioni Electori. Non est a nostris receptus liber, verum quia Caesaris nomine et iussu exhibitus, nostri patiuntur illa recitari. Postea decursum est ad formulas concordiae. Hic etsi dom. *Philippus* formulam explicatae nostrae sententiae simplicissimam et aptissimam exhibuerat, tamen adversarii, qui aegre patiuntur a nostris sibi praescribi, aut nostra accipiendo sua palam abiicere, et aperte παλινῳδεῖν, praetenderunt, ut de ea, quae ab ipsis proposita erat, ut audio scripta a *Contareno*, communiter sententiae vel mutatis vel demptis aut additis conveniret. Ac etsi *Eccius* suo more rixaretur, ut sua illa scholastica deliramenta defenderet, tamen coactus est cedere, ac passi sunt eam formulam ita emendari et circumscribi, ut e nostra sententia non discrepet nec dissentiat. Quare, quod faustum foelixque sit et salutare Ecclesiis, de hoc articulo convenit eatenus, ut ad Caesarem et Principes referatur et nostri subscribant; quod tamen non existimo prius futurum esse, quam de caeteris articulis certum sit. Theologi nostrae partis, quorum mediocris hic est frequentia, quia exhibita formula in summam sententiae cum doctrina Ecclesiarum nostrarum consentit, eam non repudiarunt. Etsi consarcinatio est alicubi con-

---

*) Narrationem actorum in conventu singulis temporibus conscriptam misit Melanthon Luthero, ut et aliis (ut ep. d. 24. Maii); quae vero singula scripta postea coniuncta sunt in narratione quam infra dedimus d. 23. Iul. Fortasse Cruciger respicit epistolas d. 14. Apr. et d. 30. Apr. scriptas.

**) Vitebergae; missum enim fuerat Luthero a Marchione Brandenburgico. Vid. ep. Marchionis ad Lutherum d. 4. Febr. h. a.

dita, nondum ea profert *). Nam quae nunc aguntur inter delectos prorsus arcana haberi volunt.

Nunc ventum est ad articulum de *Ecclesia* et eius authoritate, in quo adversarii nescio an facile discessuri sint ab eo, quod ipsis adhuc reliquum est profugium defendendi et retinendi traditiones extra scripturae testimonium invectas in Ecclesiam, titulo universalis consensus publice recepti. Non potest sperari, ita subito mutatos esse animos omnes et sensus Pontificiorum, ut amore veritatis quaerant piam et sinceram concordiam, et tamen intelligo quosdam, qui habent praecipuam authoritatem etiam apud Caesarem, omnibus viribus incumbere in hoc, ut efficiant concordiam in omnibus controversis articulis, in quo cum nonnihil periculi metuendum sit ab insidiis et astu satanico, commendabitis has actiones precibus Ecclesiae eo diligentius, ut Deus gubernet haec negotia ac nostros liberet a periculis. Verum quid porro sperandum quidque futurum sit, breui, ut spero, apparebit. 10. **) Maii. Ratispo.

No. 2212. 5. Maii.

Consiliarii Sax. ad Electorem.

† Ex autographo in Actis Tabul. Vinar. Registr. E. fol. 48. Vol. 1. p. 329.

Dem Hochgeb., Durchl., Durchleuchten Fürsten und Herrn, Hrn. Johanns Friedrichen, — Churfürsten, — und Herrn Johanns Ernsten, Gebrüdern Herzogen zu Sachsen rc.

Nachdem Eure Liebden Chur- und F. G. wir jüngst am Datum Freitags nach Quasimodogeniti [29. Apr.] geschrieben und angezeigt, daß die benannten sechs Theologen sampt den andern dazu verordneten Personen die Handlung der strittigen Religion den Mittwoch zuvor [27. Apr.] vorgenommen, wären wir wohl bedacht gewesen, E. L. Chur- und F. G. von deß Bericht, wie es mit dem Anfang solcher Handlung, auch fürder sich zugetragen und damit eine Gelegenheit hätte, vorzuwenden: so haben wir doch bis daher solches derhalben verzogen, damit wir sehen, wie sich die Sachen anlassen, und E. L. Chur- und F. G. desto eigentlicher Anzeige und Bericht thun möchten.

Und hat diese Gelegenheit: erstlich, wie berührte Personen zu der Handlung griffen, hat die Kais. Majestät ein Buch, welches, wie Mag. Philippus anzeigt, Doctori *Martino*, ihm und andern Theologen zu Wittenberg, zuvor ehe wir anher gereiset, durch den Marggraven Churf. überschickt worden *), überantworten, und daneben vermelden lassen, daß solches um Zurichtung der Sachen geschehe, mit angehäfften [angefügtem] gnädigsten Begehren, daß die verordneten dasselbige besichtigen, und, was der göttlichen Schrifft und Wahrheit ungemäß darinnen wäre, corrigiren und bessern, und, was christlich, bleiben lassen, auch sich in dieser vorstehenden unverbindlichen Handlung, damit eine christliche Concordia gefördert, christlichen und freundlichen gegen einander erzeigen wollten.

Als hat man solch Buch vor die Hand genommen, und die vordern Artikel, bis auf den Artikel der Justification gelesen, aber nicht darinne geschlossen; denn Doctor Eck hat etliche Punkte angefochten, so haben es die unsern auch nicht allenthalben approbirt, darum es also hangend blieben, und der Artikel von der Justification vorgenommen, und nachdem beide Theile an denselbigen Artikel, wie er im Buch gestellt, Mangel und Beschwerung gehabt, haben die Theologen jenes Theils einen Artikel von der Justification gestellt und dieses Theils Theologen übergeben, welche aber denselben nicht approbiren können, sondern dagegen einen andern gestellt und übergeben, der dann dem andern Theil auch nicht gefallen, und haben sich also die Disputation hin und wieder zugetragen, bis sie sich doch letztlich eines Artikels verglichen, welcher von den Theologen dieses Theils in der Substanz mit nichten der Confession und Apologia zuwider oder ungemäß geachtet wirdet, auch an Worten klar genug, daß er zu keinem Mißverstand mag gedeutet werden. Und obwohl solcher Artikel etwas kurz und weiter Erklärung bedürftig, so ist doch derselbige in der Confession und Apologia ganz wohl erklärt, welchen man dieses Theils in alleweg vorzubehalten und darinnen nichts zu vergeben bedacht und entschlossen, und ist durch Gottes Gnade dahin kommen, daß hieraus scheinlich zu befinden, daß der Artikel der Justification, wie der bis anher von diesem Theil bekannt, für christlich und recht auch vom andern Theil, so ferne der Artikel von den Ständen bewilligt, geachtet werden muß;

---

*) vel: *profertur* legendum, vel aliquid praetermissum est.

**) Argumentum epistolae satis docet, eam non d. X. Maii scriptam esse posse, sed vel d. IV. vel d. V. Maii. Fortasse numerum V. is, qui descripsit, legit X.

*) Liber Ratisbon. Vid. ep. Marchionis ad Lutherum supra d. 4. Febr.

wie E. L. Chur- und F. G. aus beiverwahrten Copeien, deutsch und lateinisch, zu vernehmen befinden werden.

Nun schreitet man jetzunder in den andern Artikeln fort, und ist gleichwohl auch der Artikel von der Kirche Gewalt oder Auctorität, dieweil man sich deß nicht vergleichen mögen, aufgehaben. Denn sich die Theologen dieses Theils standhaftig und wohl bis anhero gehalten, und insonderheit hat sich Magister Philippus auch in Gegenwärtigkeit der verordneten Theologen und der andern vernehmen lassen, daß er eher sterben, denn ichts wider sein Gewissen und Wahrheit einräumen wollte, denn er müßte doch darüber des Todes seyn, könnte es in seinem Gewissen nicht überwinden ꝛc.

Die Kaiserl. Majestät hält fast heftig an, also, daß es bei vielen dafür gehalten, es sey ihrer Majestät Ernst, eine Reformation der Kirchen vorzunehmen. So haben sich die verordneten Theologen des andern Theils selb vernehmen lassen, es seind so viel und große Mißbräuche in der Kirche eingerissen, daß eine Reformation hoch vonnöthen.

Wir wollen in kurz inne werden, wie es sich mit den übrigen Artikeln ferner will zutragen, und werden die Theologen dieses Theils mit Gottes Hülfe nichts begeben, wie ihnen auch dasselbige mehrmals angezeigt, daß sie bei der Confession und Schmalkaldischen Rathschlag und Beschluß bleiben sollen, darzu sie denn selbst geneigt. — — Dat. Regensburg Dornstag nach Misericord. domini anno XLI.

Von Gottes Gnaden Wolfgang Fürst zu Anhalt, Grav zu Ascanien und Herr zu Bernburg und andere
E. Chur- und F. G.
unterthänigste und gehorsame Dienere Räthe gegen Regensburg verordnet.

(*Postscriptum.*)

Ew. Ch. und F. G. geben wir auch zu vernehmen, daß die Kais. Maj., wie man die Religionshandlung allhie angefangen, den benannten Theologen und dazu geordneten Personen anzeigen lassen, daß sie solche Sachen so viel möglich in Geheim halten, auch ihren Herrn und Obern solches vermelden sollten. Das haben wir E. L. Chur- und F. G. wissens zu halten anzeigen sollen. Dat. ut sup.

Auch wollen E. L. Chur- und F. G. wir nicht bergen, daß heut dato der Artikel von dem Sacrament des Leibes und Blutes unsers Herrn Christi gehandelt und disputirt worden, und vermerken, daß sich dieser Artikel fast gestoßen. Denn die Theologen des andern Theils haben darauf gedrungen, daß recht und christlich sey, daß man das Sacrament zu den Ciborien oder Sacrament-Häuslein setzen umtragen soll, dergestalt wie im Papstthum gehalten. Item, daß die Transsubstantiation zugleich nöthig, welches aber die Theologen dieses Theils nicht nachgeben können noch wollen. Denn (man) vermerkt wohl, daß solchs alles zu Erhaltung der Päpstischen abgöttischen Messen gemeint wirdet. Es werden aber mit Gottes Hülfe die Theologen dieses Theils beständig bleiben, und wider Gott und Gewissen nichts einräumen. So hat auch der Landgrave sich nochmals gestern und heut vernehmen lassen, und insonderheit auch *Philippo* angezeigt, was man mit Gott und Gewissen nicht thun könne, in keinem Weg zu weichen, sondern bei der Wahrheit, und also der Confession, Apologia und Schmalkaldischen Rathschlag zu bleiben. Das wollten E. L. Churf. und Fürst. G. wir auch nicht bergen. Dat. ut s.

(Adiacet in actis versio germ. articuli de iustificatione, uti legitur in textu libri Ratisbonensis a Melanthone editi no. V. Facta haud dubie in usum Principis Electoris, quare eam hic praetermisimus. Fuit enim sine dubio hoc scriptum latine exaratum, cuius aliam versionem legis etiam in Spalatini Annal. p. 572.)

No. 2213. **5. Maii.**

Burchardus Pontano.

† Ex autographo Burckhardi in Tabul. Vinar. Regist. E. fo 48. Vol. V. p. 186.

Dem Ehrbaren und Hochgelahrten Gregorium Bruck der Rechte Doctorn ꝛc.

S. D. Clarissime Domine doctor, Patrone observande. Convenit inter deputatos dominos Theologos de articulo iustificationis, quem iam mittimus ad illustr. Principem nostrum. Et indicatur a nostris theologis, quotquot ego hic audivi, consentaneus confessioni et Apologiae, quae in omnem eventum, ut puto, copiosior et explicatior salva manebit, nec ei in ulla re derogetur. Nam si hic articulus de iustificatione a principibus et statibus alterius partis adprobatus fuerit, et in aliis quoque, de quo plurimum ambigo, concordia consentanea veritati iniri posset. Volunt nostri nihilominus confessionem manere integram et illibatam idque pars altera, si veram volet concordiam, n

gravatim ferret aut concedet, cum alioqui aut nulla aut parum durabilis futura esset concordia. Verum non possum mihi persuadere ullo modo, quod de hac tanta causa, in qua tam multae sint non verbales sed reales controversiae, tam facile convenire possit. Video enim per dei gratiam nostros constanter veritatem retinere et tueri, quam tamen pars altera ferre non poterit; actum siquidem esset de ipsorum regno si recepta veritate pia et christiana reformatio, ad quam tamen Caesar propensus videtur, instituenda esset. Ideoque isti difficulter veritati locum dabunt, sed quaerent latebras et effugia. Et fortassis fucosam conciliationem reciperent, a qua nostri non immerito abhorrent. Multis contentionibus res eo tantum perducta est, ut articulus de iustificatione eo, quo videlicet do. vest. [Dominationi vestrae] *) modo, conscriberetur. Licet verba quaedam etiam habeat a nostris non adeo usitata, tamen in sententia et substantia nostris omnibus placet. Nunquam enim antea pars altera ea concedere voluit, quae in hoc articulo adperte probat et confitetur. Idque testantur omnes ipsorum libri. Sed fortassis vix recipietur hic articulus ab omnibus, nisi integra fiat concordia, quae est impossibilis. Nam hodie etiam admodum gravis fuit contentio de sacramento eucharistiae. Volunt enim illi restitui veterem morem includendi eucharistiam in ciboriis, ut vocant, circumgestandi; item recipi et adprobari transsubstantiationem, ut maiori specie missas suas retineant et defendant. Haec nostri adprobare nolunt, unde videtur futurum, ut tota illa ratio conciliandi desinat. Quod si fit, haud dubie in gloriam Evangelii fiet. Nam et status et theologi nostri per Dei gratiam forti et constanti sunt animo. Et dixit dominus *Philippus* saepius audiente domino de *Granvella*, quod potius mori velit, quam a veritate evangelica discedere, aut aliquid contra suam conscientiam adprobare. Et alii duo theologi etiam hactenus se bene gesserunt; et inprimis *Pistorius*, qui constantissime semper *Philippi* sententiam amplectitur. *Macedo* vero ipse etiam constans est, et iubet theologos veritati insistere, nec ab ea cedere; ac videt fortassis iam magis magisque, quod conciliationes tales sunt impossibiles. Sed fortassis, ut speratur, hoc boni inde existere posset, ut *Caesar* nonnihil de his negotiis informetur, quem dixit ipse etiam *Granvella* piam et christianam reformationem ecclesiae cogitare et moliri, multis etiam invitis.

Sed de his brevi plura. Boni hic plurimi cuperent adesse illustr. Principem nostrum, persuasi eius praesentiam publice et privatim profuturam esse. Sed dux *Henricus* Brunsvicensis cuperet hoc quibus possit modis impeditum, ideoque instigavit Episcopum *Misnensem*, ut duriter et contumeliose contra illustriss. Principem nostrum et Ducem *Henricum* Saxoniae apud Caesarem querelam institueret, quam Principi Illustr. misimus. Et nunc ille ipse *Lupisacculus* in communi odio est omnium bonorum. Nam quotidie magis magisque eius animus innotescit.

Intra biduum, Deo volente, iterum scribam do. vest.; interim et videbimus, an sint ulterius negotia successura, nec ne; vix enim videtur mihi fieri posse, quod illum scopulum, in quo iam res haerent, superemus. Sed est causa Deo commendanda, qui pro sua bonitate piis non deerit. Nobis iniunctum fuit a principio, ne haec negotia evulgemus; ideoque nemini nisi vest. do. quidquam scribere volui, quam non duxi haec celanda, et quae videbuntur illustrissimo Principi significabitis. Nec dubitet eius Celsitudo de nostrorum constantia.

Habetis *Vitebergae* quosdam exploratores. Nam literae quaedam domini *Philippi*, quas eo scripserat, et quaedam de rebus huius conventus et item personis quibusdam significaverat, huc relatae sunt, et venerunt in quorundam principum manus ad praegravandum *Philippum* odio. Et illi fortassis a *Moguntino*, ut existimatur, subornati sunt. Ideoque bonum esset, ut istae caverentur.

Haec properans scripsi optimo animo, neque do. vestrae, ut patrono amantissimo commendo. Resalutant do. vest. *Princeps Anhaldinus* et alii, et inprimis dom. *Philippus*, Doct. *Bleickhardus* et Do. *Crucigerus*, qui sua officia do. vest. deferunt. Bene valeat do. vest. Datae Ratisbonae die V. Maii anno dom. 1541.

Vest. dom. studiosissimus
Franciscus Burckhart,
Cancellar.

*) Omisit addere: *dictum est*, vel: *dixi*.

No. 2214. **5. Maii.**

Cruciger ad Menium.

† Ex autographo Crucigeri in cod. Goth. n. 384. in folio.

D. Iusto Menio, Pastori Isenacensis, amico suo cariss.

S. D. Historiam conventus etsi ex viro nobili D. *Eberhardo* integre cognoscere poteris, tamen quia tibi non ingratum fore putem commentariolum scriptum a D. *Philippo* usque ad inchoatum congressum doctorum, eum ad te mitto, in quo videbis, praecipua quaedam momenta harum actionum indicata esse. Id imperties etiam viro optimo D. *Friderico Myconio*, cui ex animo opto ac precor valetudinem aliquanto firmiorem, ac quae aliqua ex parte robori illi animi eius respondeat.

Ea, quae nunc aguntur, arcana haberi volunt qui praesunt, quare de illis scribere multa non possum. Primum postquam aliquot dies disputatum fuit de praecipuo articulo *) convenisse de formula, intelleximus, quae etsi non est a nostris composita, sed utrinque consarcinata, tamen a nostra doctrina, quod discrepet, nihil habet, quare si haec de quibus inter delectos convenit accipiuntur publico consensu doctrina nostrarum ecclesiarum approbata et recepta est.

De aliis articulis etiam coepit disputari, sed quia in illis non ita facile et subito conveniri potest, audio quorundam diiudicatione suspensa pergi ad alios, ita in dubio relictam esse disputationem de auctoritate *τῆς ἐκκλησίας καὶ τῶν συνόδων*. Perventum est, ut existimo, ad articulum *περὶ τῆς παρουσίας τοῦ σώματος κυρίου καὶ περὶ τῆς μεταβολῆς τοῦ ἄρτου*, in quo vereor, ne epitasis certaminis sit futura. Scis enim quam mordicus pontificii in omnibus nationibus opinionem illam transsubstantiationis retineant, unde isti abusus adorationis inclusi sacramenti et circumgestationis; in quo si pertinaciter nunc resistent haud scio, an ulterius progressurae sint conciliationes. Nos Deum oremus, ut haec negotia ipse gubernet ad salutem ecclesiarum. Noster ille *ὁ πριαμίδης* **), de quo et tu scripsisti, constans est et firmus, negat, se velle discedi quidquam de pura doctrina, quae extat in confessione. Librum *τῶν χρονικῶν* remittes mihi cum primum intellexeris nos domum reversos, quod utinam fiat brevi; nam mihi incommodissimum est abesse domo in meorum periculis. Sed Deo, ut spero, haec etiam curae erunt. Bene vale cum honestissima coniuge et liberis, quibus ex me salutem dices. Nominatim etiam D. *Friderico*. Ratisponae 5. Maii 1541.

Caspar Cruciger.

*) de iustificatione.

**) Philippus Landgravius Hassiae, quem ob raptam in matrimonium Margaretham a Saala comparat cum Paride, Helenae raptore. Quam diffidebat illo tempore Landgravio Lutherus, docet Lutheri ep. ad Pontanum (Opp. Luth. Hal. XVII. p. 834. de Wett. epp. Luth. V. p. 339.). Erat enim suspicio, illum et Bucerum ad captandam Caesaris indulgentiam propter bigamiam Landgravii, plus aequo Catholicis esse concessuros, adeoque Bucerus ipse putabatur partes egisse in conscribendo libro Ratisbonensi a Caesare tradito.

No. 2215. **6. Maii.**

Consiliarii Sax. ad Electorem.

† Ex Actis in Tabul. Vinar. Registr. E. fol. 48. Vol. I. p. 340.

An Churfürst Johann Friedrich und Johann Ernst, Gebrüdern, Herzogen von Sachsen 2c.

Ew. Liebden, Chur- und F. G. Schreiben datum Torgau Freitag nach Quasimodogeniti haltende, haben wir neben den überschickten Rathschlägen und andern empfangen.

Und erstlich die Religion-Handlung belangend, haben E. L. Chur- und F. G. wir gestern von Datum, neben Uebersendung des Artikels der Justification, welcher durch die verordneten Personen gestellt und bis auf Bewilligung der Stände auf beiden Theilen verglichen, Summarie Bericht und Anzeige gethän, daraus Ew. L. Chur- und F. G. zu vermerken, daß die Stände und Theologen dieses Theils, wie wir nicht anders befinden mögen, bei der Wahrheit zu verharren geneigt.

Nun ist man heut Dato in der Handlung fortgeschritten, und ein Artikel von dem Sacrament des Leibes und Blutes unseres Herrn gestellt, und von jenem Theil übergeben worden, wie Ew. Ew. beiliegend deutsch und lateinisch befinden werden. Und seind die Theologen dieses Theils nicht bedacht denselben anzunehmen, oder Ichtes der Confession und christlichen Lehre, so in den Kirchen dieses Theils anher durch Gottes Gnade gelehrt und geprediget worden, entgegen, einzuräumen.

Denn, wie klärlich zu vermerken, so gehet alles des andern Theils Praktiken und Vornehmen dahin, damit sie die Privatmessen, auch Umtragen und in dem Sacramenthäuslein Anbetung des Sacraments erhalten und kräftig machten; welches mit Gott und Gewissen nicht will zu willigen seyn. So soll auch dieser Artikel vornämlich von dem Päpstlichen Legato, dem Kardinal *Contareno* herfließen, mit welchem das andre Theil täglich viel Berathschlagung hat. Und dieweil dieses Theils Theologen mit nichten solche Artikel anzunehmen gedenken, so ist zu vermuthen, die Handlung möchte sich daran zerstoßen. Wie es nun verbleibt, soll Ew. Ew. jederzeit unverhalten werden. — — — — — — Datum Regensburg Freitag nach Misericord. Dom. anno XLI.

Wolfgang Fürst zu Anhalt, und andere Ew. Chur= und F. G. unterthänigste und gehorsame Dienere Räthe gegen Regensburg verordnet.

No. 2216. (6. Maii.)

Catholici de Transsubstantiatione.

Editum a *Webero* in d. kritischen Geschichte d. Augsb. Confess. P. II. p. 875. ex autographo Crucigeri (non Melanthonis, ut Webero visum est,) in Tabul. Vinar. Regist. H. fol. 329. no. 133. ubi in tergo inscripta sunt: „Copei des lateinischen Artikels vom Sacrament des Leibs und Bluts Christi 1541." — Versio germanica habetur in cod. Goth. 451. p. 91. (et in Spalatini Annal. p. 581.) ubi inscriptum est: „Folgend haben die Papisten den Artikul vom hochwürdigen Sacrament des Altars gestellt, wie hernach stehet, mit den Unsrigen, den Evangelischen, zu vergleichen." Est igitur forma conciliandae utriusque partis in doctrina de coena domini non a Melanthone, ut Weberus opinatus est, sed a Theologis Catholicis proposita, ut etiam docet epist. ad Elect. d. 6. Maii. Hoc etiam docet apographon in cod. Gall. I. p. 85 b., quod inscriptum est: „Articuli de sacramento Eucharistiae quos *adversarii* proposuerunt in Conventu Ratisb. *nostris* Theologis, transsubstantiationem non probantibus, die Veneris post Dominicam Misericord. Dom. ann. 1541." — Si scriptum Evangelicorum, quod statim sequitur, est oppositum huic formae, statuendum est, non integrum scriptum, sed tantum excerptum nobis superesse.

(*De transsubstantiatione.*)

Convenit de reali et corporali praesentia corporis et sanguinis Christi in Eucharistia, cum improbatione Berengarii.

Convenit, quod in omni potenti verbo[1]) Christi fiat divina plane et augustissima transmutatio panis et vini.

1) Weber mendose *vesca*; vers. germ. Gotteswort.

Convenit, quod ad exprimendam hanc mirificam transformationem verbum transsubstantiationis non sit inconveniens aut improprium.

Convenit quod posthac praedicari debeat, quod sub speciebus panis et vini ministretur et exhibeatur verum corpus et verus sanguis Christi.

Convenit, quod ubi verba Christi deprompta sunt, iam esse et dici corpus Christi. Et interim etiam panem, sed non communem, verum supernaturalem et[2]) supersubstantialem[3]).

Item, cum semper conservetur Eucharistia in usum sumptionis, convenit, quod Eucharistia semel consecrata, etiamsi servetur, maneat Eucharistia et corpus Christi donec sumatur.

Item convenit, quod cum in Eucharistia sit verum corpus et verus sanguis Christi, in Eucharistia quoque Christum † ipsum "[4]) esse adorandum.

Caeterum cum mysterium istud transmutationis[5]) plane divinum sit, quod credi potest, pervestigari non potest, et propterea quoque doctores, nedum[6]) veteres sed et recentiores iubeant abstinere a scrutatione, per quem modum fiat transsubstantiatio, videretur medium conciliationis esse, quod disputatio de proprio intellectu verbi transsubstantiationis, seu modo eius, usque in finem colloquii differatur, et quod ad populum de modo mutationis seu conversionis et[7]) transsubstantiationis non disputetur, sed simpliciter doceatur, post consecrationem adesse verum corpus Christi et sanguinem, prout superius dictum est.

No. 2217. (h. t.)

Protestantes de Transsubstant.

† Ex apographo in actis Colloq. Ratisbon. in cod. Goth. 647. — Hoc responsum theologorum evangelicorum ad aliud scriptum, nisi id quod modo lectum est, referri vix potest, quanquam ea, quae ex scripto catholicorum citantur.

2) Web. *aut*.
3) vers. germ. übernatürlich und superstantial und überwesentlich.
4) *ipsum* praetermisit Crucigeri apographon.
5) Cod. Galli *transsubstantiationis*.
6) *nedum* abest a cod. Gal.
7) Web. *aut*.

non ad verba conveniunt cum illo scripto. Quae vero de penultima et ultima paragrapho dicuntur in utroque scripto ita congruunt, si rem spectas, ut dubitari non possit, hoc responsum pertinere ad illos catholicorum articulos, qui vero non integri sed tantum excerpti nobis superesse videntur.

De sacramento censura D. Theologorum nostrae partis ad articulos nuper transmissos. (Inscriptio in tergo.)

Convenit de reali praesentia corporis et sanguinis Christi in coena dominica, sicut constat, eam praesentiam defensam esse scriptis multorum in nostris ecclesiis. Ideo de re ipsa in prima, secunda et tertia paragrapho in hoc oblato articulo convenit.

In quarta autem paragrapho, cuius initium est: *recte itaque* etc. vellemus, quaedam verba declarari. Hic cum dicitur: *convertit et transformat in substantiam corporis*, hanc conversionem declarari vellemus. Nos enim adfirmamus, corpus vere praesens esse, converti autem seu mutari panem mutatione mystica, id est, qua iam vera fit exhibitio praesentis corporis post consecrationem. Et intelligimus mutationem mysticam, non tantum significativam, sed eam, qua corpus Christi fit praesens.

Petimus igitur declarationem huius loci de transubstantiatione differri ad finem colloquii.

In penultima paragrapho, cuius initium est: *agnoscendum est, quod cum ostenditur*, constat, in ecclesiis nostris populum cum summa reverentia sacramentum accipere, et Christum, qui se praesentem exhibet, et nos sibi membra facit, adorare. Tamen cum extra institutum usum accesserint multi abusus, et vana fiducia in opere spectandi, hos abusus non probamus, et optamus id fieri, quod in ultima paragrapho scriptum est, videlicet, ut populus de vero usu tanti muneris divini diligenter doceatur.

No. 2218. (fortasse h. t.)

De transsubstantiatione.

Mel. Consil. lat. P. I. p. 481 sq. — Si verum est quod Pezelius dixit, haec a Melanthone *Ratisbonae* scripta esse, utique hoc fere tempore exarata videntur. An vero Pezelius in eo, quod Ratisbonae factum esse hoc scriptum arbitratus est, non erraverit, definire nolo. Inscriptionem Pezelius praemisit hancce:

„*Sequentia axiomata scripsit* ***Philippus*** *Lantgravio* ***Philippo****, Hassiae Principi, Ratisbonae.*"

I.

Tunc fit Sacramentum, cum omnes caussae concurrunt, et servatur intentio eius finis, qui institutus est, consequendi. Ut si quis uteretur Baptismo, magice pro morbi alicuius depulsione, iam non esset Baptismus. Coena fit ad sumendum. Ergo tunc tantum Sacramentum est, cum accedit sumtio.

II.

In Sacramentis debet esse certitudo. In actione tantum est certitudo. Ergo tutissimum est actione contentum esse.

III.

Praesentia est voluntaria. Non est conversio physica, aut localis inclusio. Ergo est actionis praesentia.

IV.

Deus non est alligandus, ubi ipse se non alligat. Christus non alligavit se ad panem extra usum. Quia adest propter hominem, non propter panem.

V.

Textus dicit, Accipite, Manducate, Hoc facite.

VI.

Christus adest hominis caussa, non propter panem, sicut verba recitantur, non propter panem, sed propter auditorem.

VII.

Sacramentum constat verbo et signo, quae in usu non debent dividi. Fit divisio, cum datur panis sine recitatione verborum, sine concione. Ergo est abusus.

No. 2219. 9. Maii.

Reibisch ad Medlerum.

Ex apographo in cód. Bavar. Vol. II. p. 801. iam edita a Danzio in epistolis ad Medlerum ep. 6.; nunc vero ex eodem codice accuratius descripta.

Clarissimo viro, D. Nicolao Medlero, sacrae Theologiae Doctori eximio Episcopo Neapolitano, hospiti suo longe charissimo Salutem per Christum.

Humanissime Doctor. Non dubito, literas meas ad te iampridem pervenisse, quas per veredarium Electoris Saxoniae hic scriptas Dorgam transmisi, ex quibus proculdubio statum Comitiorum intellexisti. Et, ut coeptam in illis huius Conventus historiam absolvam, articulus Ecclesiae studiose ab adversariis propter potestatem Episcoporum et alia portenta est suspensus; quare in articulo Sacramenti nunc sudant collocutores, et nostris confessoribus et[1]) Antagonistis multa iniquissime obtruduntur, quae hic[*]) scribere non licet. Sathan suo more in suis membris contra Ecclesiam mirabili astutia et calliditate aestuat, quem tandem Iesus Christus spiritu oris sui, sicut incoepit, in simplicitate doctrinae confundet, et cum tota synagoga sua[**]) exterminabit.

De spe pacificationis Ecclesiasticae, piae et Christianae in negotio religionis nihil adhuc certi scribi potest, nec licet etiam, tanta est rerum[2]) vicissitudo et inconstantia. Articulus Iustificationis a collocutoribus est[3]) conciliatus, et in formam redactus nostrae Confessioni non contrariam, sed tamen nondum omnium ordinum consensu determinatus et conclusus est. Imperator, quemadmodum ex multis et certis[4]) indiciis constat, aequior est caussae nostrae quam fuerit hactenus, licet plerique Consiliarii, ut fieri solet, in multis optimum Imperatorem a veritate sedulo abstrahant. Sed *cor Regis in manu Domini.*

Inter *Landgravium* et *Brunsvicensem* adhuc nihil coram Caesare aut Imperio actitatum, et Imperator utrunque humanissime fert, ita ut non videam[5]) Caesarem erga Landgravium exacerbatum esse, cum saepius ab eo ultro etiam ad Colloquium sit admissus. *Brunsvicensis* hic omnibus ferme[6]) est exosus, nisi quod adhuc in parte aliqua apud *Moguntinum* et *Guilielmum* Bavarum haereat. Reliqui Principes eius amicitiam summe fugiunt et aversantur, sui ordinis etiam.

Bellum *Turcicum* in Pannonia *Ferdinandum* domi retinet, ita ut ad comitia[7]) non sit perventurus. Hic quotidie milites omnis generis scribuntur, et per Danubium in Austriam traiiciuntur, sub *Ferdinando* contra Turcam stipendia[8]) facturi. In quo statu autem fortuna belli istic nunc sit, scribere non possum. Fama variat, et dubia est Martis alea. Interim nostris fratribus in illo discrimine contra Turcam felicissima quaeque precabimur, et pro eis nostra apud Deum intercessione contra Sathanam fideliter decertabimus, ut aequum est et infelicitas eorum summe semper postulat.

Atlas noster *Philippus* solus hic molem rerum sustinet, solus omnes labores sedulo subit, quem quotidie fere, ante lucem etiam, ad lucernam lucubrare video, nihil laboris aut operae, quod ad piam et Christianam concordiam faciendam attinet, detrectans; cuius gravissimos in maximis rebus conatus, studia, voluntatem et zelum ut nostris orationibus iuvemus et excitemus, gloria Christi, Ecclesiae salus et omnium nostrûm felicitas exigit et postulat. In quo officio quia[9]) optimo viro, et nobis etiam, quotquot hic Christum confitemur, tuam Ecclesiam non defuturam scio. Haec tantum admonere volui.

Redeo ad alia. *Landgravius* semel a Caesare admissus, quia opportunitas ita ferebat, ut est ingenium satis callidum, fidem Imperatori dedit et astrinxit, se omnia, quaecunque contra Brunsvicensem scripsisset hactenus, probaturum etiam. Libellus Electoris nostri contra Brunsvicensem editus e[10]) Germanica in linguam Gallicam est translatus et ita oblatus Imperatori[*]). Faxit Deus, ut haec omnia ad gloriam Christi et pacem publicam Ecclesiae et patriae cedant. Plura tibi et etiam domino *Benedicto*[**]) scripsissem ac respondissem, si propter negotia licuisset, quare me habebis excusatum. Resalutabis officiose dominum Abbatem cum uxore et filia, postremo etiam tuam

1) Danz. edidit *ab*, sed cod. *et*. Sermo est de collocutoribus utriusque partis.
*) Cod. *sic*. **) Danz. *sua synagoga*.
2) Danz. mendose: *eorum*.
3) Danz. *et*, mendose.
4) Danz. *rectis*.
5) Cod. *video*, ex negligentia describentis.
6) Danz. *fere*.

7) Danz. mendose: *Concilia*.
8) Danz. *stipendium*.
9) Danzius *quia* praetermisit.
10) Cod. *et*, quod mendosum videtur.
*) Danz. *Caesari*. **) *Schuhmanno*.

et *Benedicti* dominum meo nomine, item dominum Licentiatum Praetorem et *Valentinum Bavarum*. Scripsi ex tempore. Ratisponae. 9. Maii. Anno 1541.

T. *Io. Ribsch* [Reibisch, Cancellarius Anhaltinus].

Catalogus Theologorum nostrarum partium:

D. Philippus Melanchthon.
Bucerus.
Ioannes Pistorius.
D. Crucigerus.
D. Draco.
Schnepfius.
Dionysius.
Ioannes Cellarius.
D. Brencius.
Musculus, Augustensis.
Frechtus, Ulmensis.
Vitus Theodorus, Nurmbergensis *).
Ioannes Calvinus, Gallus, Argentinensis.
Ioannes Ambsterodamus, Bremensis.
Item **) Georgii, Marchionis Brandenburgensis Ecclesiastes.
M. Simon, Ducis Henrici Saxoniae Ecclesiastes.
L. Nicolaus Amsdorff ***), Magdeburgensis.

No. 2220. 9. Maii.

Cruciger ad Medlerum.

Ex apographo in cod. Bavar. Vol. II. p. 295. iam edita a Danzio in epist. ad Medlerum ep. 5.; nunc ex eodem codice accuratius descripta.

Optimo viro, praedito egregia doctrina et pietate, D. Nicolao Medler, Doctori Theologiae, Pastori Ecclesiae Neumburgensis, amico suo summo,

S. D. Mitto tibi historiam Actorum [1]) huius Conventus, scriptam [2]) a Domino *Philippo Melanchthone*, usque ad inchoatum congressum inter delectos ****), qui coepit die 28. Aprilis. Primis aliquot diebus disputatum est de articulo Iustificationis, et de summa sententiae facile convenit; de formula aliquid fuit negotii, quam tamen adversarii a se prolatam passi sunt ita circumscribi ac moderari, ut a nostra sententia non discrepet. Concedunt enim, homines non propter propriam dignitatem, sed propter Christum gratis accipere remissionem peccatorum fide, et solius iustitiae Christi merito nos iustos reputari, seu acceptos esse Deo [3]). Nihil adhuc refertur ad Imperatorem et ordines Imperii priusquam haec colloquutio absoluta sit; quare nondum refertur [4]) formula, nec pro rata habetur.

Postea itum est ad alios articulos, de Ecclesia et eius authoritate, et agitata sententia: an Concilia*) possint errare? de quo cum non ita subito posset [5]) conveniri, sepositus est hic articulus, suspensa etiam de aliis articulis diiudicatio. Nunc de Eucharistia controversia est, in qua apparet esse Epitasin [6]) certaminis, quae qualem sit habitura**) Catastrophen nondum videmus. Inciderunt concertationes et [7]) de transsubstantiatione, Repositione seu asservatione, circumgestatione [8]) et adoratione Sacramenti, quae plurimi adhuc mordicus retinent, praesertim in aliis nationibus. Sed horum ab ipsis adversariis mentio introducta est, cum Confessio et Apologia ista ne attigerit quidem. Si aut superati aut supervecti [9]) fuerint hi scopuli sperare potest de aliis minus certamen [10]). Principes fere omnes dicuntur ita [11]) affecti, ut cupiant emendationem ***) doctrinae et abolitionem abusuum; quare quibusdam spes est, si quo modo hoc certamen componi poterit, futurum, ut brevi aboleatur illa solennis circumgestatio et adoratio panis pro corpore Domini. Sed quid futurum sit brevi, ut spero, apparebit. Vos haec negotia, quae certe maxima sunt, commendabitis Ecclesiae precibus, ut deus has actiones gubernet, ac ****)

---

*) Danz. *Nurenbergensis*.
**) Danz. *It.* pro *Item*.
***) Danz. *Ambsdorff*.
****) Danz. *inter doctos*.
1) *Actor*. praetermisit Danz.
2) Cod. *scriptum*.

3) Danzius tantum: *peccatorum fide a Deo*, et verba: *et solius — — acceptos esse*, praetermisit.
4) Danz. edidit: *profertur*, ex emendatione. Sed legendum est utique *refertur*. Dicit enim: quum nihil omnino referatur ad Caesarem, nec formula haec refertur nunc ad illum
*) Cod. *Consilia*.
5) Danz. nescio cur, ita: *cum non posset tam subito*.
6) Danz. *epitasis*.
**) Danz. *habitura sit*
7) Danz. *et concertationes*.
8) Danz. mendose: *circumgestione*.
9) Danzio placuit edere: *praetervecti*,
10) Danz. *sperari de aliis potest, minus acre certamen fore*
11) *ita* excidit e textu Danzii.
***) Danz. *emendationes*.
****) Danz. *ut* pro *ac*.

regat mentes piorum, ut vera doctrina et salutaris Ecclesiis illustretur et propagetur.

Mezentium *) illum, quem ita passim vocant, audimus non ita gratum esse, ut ipse sese quibusdam praecipuis viris, et ipsi **) Imperatori, sedulo et propemodum importune ingerit. Principes, qui saepe [12]) inter se amantissime convivia agitant [13]), nunquam adhuc illum admiserunt.

Novi, quod [14]) praeterea scriberem***), nihil iam audiebatur. Huius epistolae exemplum quaeso [15]) mittas Domino doctori *Ionae*, si adhuc est Halae in Salinis, et historiolam descriptam, etsi eam iam ante, ut opinor, accepit, ac me illi excusabis, quod non scripserim. Eram enim occupatus vertendis quibusdam scriptionibus, propter quas nec Domino *Philippo* tempus aut otium dabatur ad te scribendi. Bene vale, et pro nobis etiam orato [16]), ut deus nos servet et domum reducat foeliciter. Ratisponae die nono Maii 1541.

Caspar Cruciger
doctor.

No. 2221. 9. Maii.

Testimonium Magerae.

Edita a Pezelio in lib. III. epist. p. 131 sqq. (ed. Lond. lib. III. ep. 68.). Contuli apographon manu Pauli Eberi descriptum in cod. Goth. 125. p. 48. et apographon in cod. Monac. 89. no. VI. p. 72.

(*Omnibus Lecturis has literas.*) [1])

S. D.[2]) Venit ad nos in conventu Ratisponnensi hic *Franciscus Magera* [3]) vir graecus, quem cum animadvertissemus erudite loqui et scribere graeca lingua, multis de causis gavisi sumus, nobis cum eo commercium esse sermonis, ut de studiis et ecclesiis eius gentis, quae olim praecipuam doctrinae, virtutis, et pietatis laudem habuit, quaedam interrogaremus.

Exposuit igitur nobis, se in oppido Achaiae [4]), cui nomen est vetus *Patra*, natum esse ac in scholis docuisse literas, et veteres graecos oratores et poëtas iuventuti enarrasse. Narrat enim, reliquias graecae gentis, quae sparsae sunt [5]) passim, adhuc magna constantia veram religionem et Christi doctrinam retinere, et utcunque literarum possessionem † in illis tantis aerumnis" tueri.

Postquam autem illud [6]) oppidum, in quo praefuit scholae, a Turcis captum est, et magna multitudo civium crudeliter mactata, ait se cum paucis divinitus servatum hostium manus effugisse, ac maluisse sub Regibus Christianis exulare, quam inter Turcas in patria manere, qui, ut barbari victores, non solum superbe sed etiam crudeliter dominantur victis. Et, quoniam afficitur calamitate patriae et plurimarum ecclesiarum, scripsit adhortationem ad Invictiss. Imperatorem *Carolum* † V., Augustum", ut bellum Turcis inferatur [7]) ad liberandam Graeciam [8]) oppressam miserrima servitute.

Cum autem et de ecclesiis et disciplinis [9]) † multum" [10]) sciscitaremur, satis erudite pleraque respondit, et ritus ac sententias ecclesiae graecae ita exposuit, ut appareat, eum in ecclesiastica doctrina recte institutum esse, pios ritus amare, et Christum filium Dei, servatorem nostrum, pio pectore colere. Cumque in ea [11]) familiari consuetudine duorum mensium licuerit nobis eius ingenium considerare, iudicamus eum placidis et honestis moribus praeditum esse.

Narrat autem, et fratrem suum captum esse, † et" ad hunc redimendum et liberandum ex barbarica servitute se petere eleemosynam. Pium est officium, moveri nos calamitate *graecae nationis*, quae non solum literis et doctrina reliquas gentes instruxerit [12]), sed etiam diu † fortissime" sustinuit, [13]) repressit, atque arcere a reliqua Europa

*) Henricum Ducem Brunsvic.

**) *ipsi* om. Danz.

12) Danz. *saepissime.*

13) Danz. mendose: *agebant.*

***) Danz. de suo addidit *hic.*

14) Danz. *quid.*

15) Danz. *quasi.*

16) Danz. *orate.*

1) Pez. inscripsit: *Commendatio et intercessio pro Francisco Mugera homine Graeco.* In cod. Goth. nulla legitur inscriptio.

2) *S. D.* om. Pez., apud quem paulo post legitur *Ratisbonensi.*

3) Pez. et cod. Monac. *Mugara*, cod. Goth. rectius *Magera*, (*μάγειρος*). Vid. de eo epist. ad Theodor. d. 5. Apr.

4) Codd. *Arcadiae.*

5) *sunt* non legitur in codd.

6) Cod. Goth. *id.*

7) Codd. *inferat.*

8) Codd. *Graeciam*; Pez. *Ecclesiam.*

9) Pez. *Ecclesia et disciplina.*

10) *multum* excidit e textu Pez., sed desideratur etiam in cod. Monac.

11) *ea* non legitur in codd.

12) Pez. (nec vero ed. Lond.) *instruxit.*

13) Pez. add. *eo.*

Turcarum arma conata est, nec virtute superata, sed quodam terribili fato concidit, quod etiam caeteris gentibus minatur similes clades, nisi emendatis moribus iram Dei placabimus.

Decet igitur nos, de nostro periculo cogitantes, ac defensionem a Deo petentes, benigniores esse erga miseros, Turcica crudelitate oppressos. Ac praecipue levare aerumnas eruditorum studeamus, cum ecclesia graecae linguae monumentis opus habeat. Ratisbonae. Die 9. Maii anno 1541.

†Philippus Melanthon.
Martinus Bucerus.
Iohannes Pistorius.
Wolfgangus Musculus.
Vitus Theodorus.
Iohannes Draconites.
Antonius Corvinus.
Martinus Frechtus.
Iohannes Brencius" [14]).

No. 2222. et 23. (10. Maii.)

Friderico Palatino et Granvelae.

Textus germanicus editus est a Webero in hist. crit. Aug. Confess. P. II. p. 381. et quidem ex apographo in Tabular. Vinariensi. — Nos quidem in quinque Voluminibus grandioribus, quae ex isto tabulario habuimus, et quae omnia Ratisbonae anno 1541. gesta continent, hoc scriptum neque latine neque germanice invenimus. In alio igitur Actor. fasciculo, quem nos non habuimus, Weberus videtur reperisse. — Ex epistola Consiliar. ad Electorem d. d. 10. Maii intelligitur, theologos hoc scriptum tum germanica tum latina lingua conscripsisse, *illud*que Friderico Palatino, *hoc* autem Granvellano tradidisse. Quum haec scripta non omnino sibi conveniant, dedimus utrumque textum, latinum et germanicum. — Causa scripti fuit criminatio Eccii, Evangelicos testimonia patrum de Eucharistia adulterasse. Vid. de ea re Weberus l. l. p. 381 sqq.

A.

Scriptum Germanicum ad Fridericum Palatinum.

Germanice hoc scriptum non solum ap. Weberum legitur, sed etiam in der gründlichen Historia der Augsb. Confess. p. 301., ubi autem ex textu latino Pezelii in linguam vernaculam, nec vero iusta fide et religione, (alia enim praetermissa, alia addita sunt,) translatum est. — Inscriptum est apud Weberum:

„Deutsch Copei, was die Theologen dieses Theils an Pfalzgraf Fridrichen, und den Herrn von Granvelh des Artikels halben des Sacraments des Leibs und Bluts Christi schriftlich gelangt. 1541."

Durchleuchter Hochgeborner Furst, auch Edeler Wolgeborner, Gnädige Herren,

Eur Gnaden wollen kein ungnädig Mißfallen daran haben, daß wir die Tag die Handlung etwas aufgehalten. Denn in solchen großwichtigen Sachen muß bei weilen Verzug furfallen. So ist von wegen ihrer großen und vielfältigen Mißbräuch, so vor langer Zeit in die Kirchen eingerissen, auch dieser Handel vom Sacrament weitläuftiger worden.

Wir hätten uns aber gänzlich versehen, die Erwirdig und Hochgelarten Herrn, so zu diesem Gespräch verordent, sollten mit dem Bekenntnus unser Lehr und Glaubens von dem Nachtmahl des Herrn, so wir ihnen neulichst übergeben, zufrieden und gesättigt gewesen seyn, welchs wir zur Vergleichung und Concordia dienstlich achten. Denn wir haben mit klaren Worten bekannt, daß wir halten und vertheidingen die gemeine Lahr der Catholicken Kirchen, daß in dem Nachtmahl des Herren, so das Brot und Wein consecrirt (wird), wahrhaftig und wesentlich sey und genommen werde der Leib und Blut Christi.

Wir bekennen auch, daß wirs nicht mit denen halten, die da läugnen, daß der wahre Leib Christi zugegen sey und genommen werde; denn wir aufs hochest Scheu haben fur solchen Opinion, die allein aus menschlicher Vernunft herkommen ohne Gottes Wort *).

Es ist auch in dem Buch, so uns durch Kais. Maj. zu besehen zugestallt, nichts mehr denn in itzt gemeldten unser Bekenntnus; aber etliche Wort sind außen am Rand desselben Buchs, wie es scheinet von einem andern, der das Buch nicht gemacht, hinzugeschrieben. **) Derhalben haben wir billig Verwunderung, daß obgedachte verordnete Herren an unserm einfältigen

---

14) Subscriptiones nominum non habet Pez., nec cod. Monac.

*) Hic addita sunt in der *gründlichen Historia* verba, quae neque in germanico Weberi neque in latino Pezelii textu habentur: „Wie denn die Formula, so in diesem *Conventu* von uns übergeben, und auch die Apologia, so vor dieser Zeit ausgangen und publicirt, bezeugen." Webero in hist. Aug. Conf. II. p. 389. visum est, adiecta haec esse, ut Melanthon posset reprehendi propter mutationes in apolog. et confess. Aug. factas.

**) In libro Ratisbonae a Caesare prolato *de Sacramento Eucharistiae* legebantur primum haec: „fidelibus sub specie panis et vini distribuantur." Sed Ratisbonae Catholici Theologi alia manu inseruerant transsubstantiationem his verbis adspersis: fidelibus sub specie panis et vini, *illis nimirum, hoc est pane et vino, in corpus et sanguinem domini* trans*mutatis et transsubstantiatis*, distribuantur.

klaren Bekenntnus nicht zufrieden, dieweil es je zur Concordia nicht undienstlich. Denn es je darin begriffen, was von diesem Artikel nöthig zu lehren. Es sind aber andere mehr Artikel uns furgehalten, welche zur Concordia undienlich. Denn dieweil wir die Lehr behalten, daß der Leib Christi zugegen sey, was ists noth zu forschen von dieser Weise, ob das Brot zu nichten werde? welche Opinion neulich in der Kirchen aufkommen, und ist manicherlei Ungleichheit darin, habens auch die Scolastici selbs nicht verstanden, vielweniger hat es der gemeine Mann verstehen mögen. Darum brauchen wir der klaren Wort S. Pauli und der alten Väter. Dieweil Paulus spricht: Das Brot, so wir brechen, ist die Gemeinschaft des Leibs Christi ꝛc., so sagen wir auch, daß mit dem consecrirten Brot der Leib Christi wahrhaftig zugegen sey, und genossen werde.

Dergleichen hat auch Ireneus gesagt, daß in diesem Sacrament zweierlei Wesen sey, ein irdisch und ein himelisch; und ist nicht Zweifel, daß er durch das Irdische meine das Brot; zu diesem setzet er auch das Himelische, nämlich den Leib Christi. Also sagt auch Cirillus: Christus hat das Brot ausgetheilet und darzu gesprochen: Das ist mein Leib; er spricht nicht, daß Christus die Größe und Farbe allein gegeben habe.

Und dieß ist gar ein neu Speculatio, die da dichtet accidentia sine subiecto, aus welchem viel furwitzig Fragen gefolgt, wie diese ist: Was die Mäuse essen, so sie solch Brot nagen? Und dergleich ungeschickte Reden sind also gewachsen bei ihnen, daß man billig verursacht (ist), reine Lahr zu suchen; besonder dieweil man allein von solchen unnöthig Fragen disputirt, und nichts von dem Nutz und Brauch dieses Sacraments gelehrt hat. Epiphanius, ein furnehmer unter den alten Vätern, der die Artikel der christlichen Lehr und von den Sacramenten fleißig beschrieben, spricht also: Die Speise, so man niesset, ist Brot; aber in demselbigen ist der Leib Christi, der lebendig machet. Hie sagt er klar: In demselbigen Brot; denn die Welt hat zur selbig Zeit dieses seltsam Wort, transsubstantiatio, noch nit gehört. So spricht auch Cyprianus: Es ist nicht mit Augen zu sehen, daß das Blut Christi, dardurch wir erlöset und lebendig werden, in dem Kelch sey, wenn der Wein nicht mehr da ist, damit das Blut Christi furgestellt wird.

S. Augustini Meinung ist auch klar und einhellig, so man ihn recht verstehet, denn er setzt beides, das Brot und den Leib Christi, zusammen. Das die Augen sehen, spricht er, das ist Brot; aber nach dem, das der Glaub lehret, ist das Brot der Leib Christi. So ist auch ein klarer Spruch des Papsts Gelasii, der da spricht: Das Sacrament, so wir entpfahen, nämlich des Leibs und Bluts Christi, ist ein göttlich Ding; darum wir auch durch dieselbig der göttlichen Natur theilhaftig werden; aber doch so höret nicht auf das Wesen und Natur des Brots und Weins ꝛc. Also laut auch der Spruch des Concilii Niceni: Wir sollen nicht allein sehen auf das Brot und den Kelch auf dem Tisch Gottes, sondern unser Herzen durch den Glauben erheben, und denken, daß auf diesem Tisch liegt das Lamm Gottes ꝛc. Allhier ist beides beisammen gesetzt, das Brot und der Leib Christi.

Wir wissen auch wohl, was die neuen Lehrer hernach gedicht haben, wie das Wesen des Brots aufhöre ꝛc. und daß solcher neuen Lehrer viel und der größest Hauf ist; aber wir bleiben bei dem, wie St. Paulus und die alten Väter hievon geredt haben; und durch diese klare Meinung werden viel unnützer und fährlicher Fragen abgeschnitten.

Wir hören aber, daß Doctor Eck gegen Ew. Gnaden uns nach der übergebenen unsrer confessio beschwerlich dargegeben, und crimen falsi aufgelegt haben soll, daß wir zu unserm Vortheil etlich allegata verkehren, auch Bastard-Schriften anziehen, und mit solcher Auflage uns beschweren will, daß man unsern angezognen Gründen nicht soll Glauben geben. Aber hiewider berufen wir uns auf aller Frommen, Verständigen und Gelehrten in aller Welt Erkenntnus und Urtheil von diesen beiden Stücken, welche bewährter Zeugnus führen, auch welcher Zeugniß sich besser ad propositum reimet. Wir kommen auch itzt nicht erst neu zu dieser Sachen, sondern haben zuvor mit Fleiß alles ersehen, was man vor Zeiten hievon gelehrt und gehalten hat, und haben der Alten Meinung erforschet, als die wir bei der Kirchen und unter (den Alten) Rath zu suchen begehrt, auf daß wir unsern Kirchen rechte beständige und heilsame Lehre furtragen möchten, und beruhen in der Bekenntnus die wir übergeben haben, welche wir für recht, christlich, und dienstlich zu der Concordia achten. So aber Doctor Eckh je Lust hätte, größer Gezänk zu erregen, wolle er dannoch sehen, daß er nit größere Uneinigkeit errege.

Dieses haben wir guter Meinung wollen anzeigen, daß wir, dieweil wir öffentlich bekennen und halten wahrhaftige Gegenwärtigkeit des Leibs Christi, nicht gedrungen werden anzunehmen und zu lehren diese neue Opinion von Verschwindung des Brots.

Daß auch Artikel sind angehängt worden von dem Anbeten des Brots, so man beiseit setzet, dis kann in denen Kirchen, da man nach der Einsetzung Christi des ganzen Sacraments oder beider Gestalt braucht,

nicht statt haben. Denn so man die eine Gestalt, nämlich den Wein, sollt beisetzen, würde er bald wandelbar werden. Nun können wir den Brauch der einigen Gestalt des Brots und ander Mißbräuch, so hieraus erfolget, mit unser Bewilligung nit bestätigen, wie auch vor Zeiten in vielen Kirchen die übrigen consecrirten Brot nit behalten worden, wie geschrieben stehet im Kapitel Tribus de consecratione; derhalb können wir die Artikel, so uns von den verordenten Herrn zugestellt, nicht annehmen, und bitten unterthäniglich, Ew. Gn. wollen diese unsere Antwort in Gnaden vermerken. Und wollen uns hiemit in der Handlung furtzuschreiten erboten haben.

(Nomina subscripta non leguntur.)

B.

Scriptum latinum domino a Granvella traditum.

Editum in Melanth. Consil. latin. P. I. p. 478. Legitur etiam in: „Responsio Tilemanni Heshusii ad praeiudicium Phil. Mel. de controversia coenae Domini", 1560. 4. Ex parte illud etiam dedit Wolfius in d. Historie der Augsb. Confess. p. 101., qui vero in eo erravit, quod putat, traditum esse hoc scriptum in Conventu Wormae. — Apogr. in cod. Goth. 94. p. 31. ubi inscribitur: Scriptum Philippi Melanthonis in Comitiis Ratispon. 1541. d. 10. Maii oblatum Duci *Friderico Electori Palatino.* (Ubique convenit cum textu in Consil. lat.) — Aliud apogr. in cod. Bav. T. II. p. 408. inscriptum: „Responsio Evangelicorum statuum de articulo Eucharistiae et transsubstantiatione panis ad illustriss. Dominos Praesidentes Colloquii in Comitiis Ratisponensibus." Denique apogr. in cod. Gall. I. p. 9. ubi inscribitur: „defensio articuli de sacramento, oblata *praesidentibus*, auctore Phil. Mel."

S. D.[1]) Illustrissime Princeps, et illustris Domine. Magnitudo negotii, in quo versamur, non potest non adferre moras aliquas. Ideo reverenter precamur, ut boni consulatis, quod non citius respondimus. Nec mirum est propter abusus multorum seculorum difficiles iam de coena Domini deliberationes esse. Sperabamus autem reverendis et doctissimis viris, delectis ad colloquium, satisfacturam esse confessionem doctrinae nostrae de coena Domini nuper exhibitam, quae ad communem concordiam certe profutura erat. Nam perspicue testati sumus, nos amplecti et tueri communem consensum[2]) catholicae Ecclesiae, quod in coena Domini, consecrato pane et vino, vere et realiter adsint, et sumantur[3]) corpus et sanguis Domini. Testati sumus etiam in Augustana Confessione[4]), nos improbare eos, qui negant, adesse et sumi verum corpus Christi. Abhorremus enim[5]) a profanis iudiciis in hac causa, ut ipsa formula exhibita et Apologia iam olim edita testantur[6]). Nec in libro, quem Invictissimus Imperator a nobis inspici voluit, plus est quam in nostra formula, nisi quod in margine libri quaedam verba, ut apparet, ab alio autore adiecta[7]) sunt. Miramur igitur reverendos Dominos delectos non fuisse contentos nostra simplici et perspicua confessione, quae certe ad concordiam profutura erat[8]). Retinet enim id, quod doceri necessarium est. Sed delecti addiderunt alios articulos, quos omittere ad[9]) concordiam utilius esset.

Primum enim cum retineamus doctrinam de praesentia corporis Christi, quid opus est, quaerere de modo[10])? Recentes sunt hae disputationes de transsubstantiatione, et sunt dissimiles, nec intellectae ipsis scriptoribus, tantum abest, ut populus intelligat. Loquimur igitur verbis Pauli et veterum patrum. Cum Paulus dicat: *Panis, quem frangimus, est participatio corporis Domini:* nos quoque dicimus, cum pane consecrato vere adesse et sumi corpus Christi. Sic et Irenaeus locutus est: *constare Eucharistiam duabus rebus, terrena et coelesti:* nec[11]) dubium est, quin terrenam vocet panem. Huic adiungit rem coelestem, videlicet corpus Christi[12]). Sic Cyrillus: *Dominus fragmenta panis dedit,* inquiens: *Hoc est corpus meum:* non ait, dedisse accidentia panis. Nova est haec imaginatio, quae fingit accidentia sine subiecto: unde natae sunt infinitae quaestiones inutiles de muribus rodentibus consecratum panem, et similes, indignae Ecclesiae gravitate. Denique eo processerat vanitas disputatricis illius Theologiae[13]) in hac quaestione, ut fuerit opus emendatione. Interim silentium erat de veris utilitatibus tanti muneris. Epiphanius diligenter describens et dogmata Ecclesiae et deinde[14])

---

1) *S. D.* est in cod. Bav.
2) Cod. Bav. *sensum.*
3) *et sumantur*, cod. Bav. non habet.
4) *in Augustana confessione*] neque Heshus. neque cod. Bav. neque cod. Gall. habent.
5) Cod. Bav. *et* pro *enim.*
6) Cod. Bav. *testatur.*
7) *adiecta*] cod. Bav. *addita.*
8) *erat* om. cod. Bav.
9) Cod. Bav. *omitti ad hanc.*
10) Cod. Bav. *quomodo* pro *de modo.*
11) Cod. Bav. *non.*
12) Cod. Bav. *domini* pro *Christi*, et *Sic et* pro seq. *Sic.*
13) Cod. Bav. *disputationis illius Theologicae.*
14) *deinde* non habet cod. Gall.

Sacramenta, inquit: *Cibus*[15]) *quidem panis est, sed in eo est corpus Christi, quod vivificat.* *) Diserte inquit: *in eo.* Nondum enim orbis terrarum vocabulum transubstantiationis audierat. Cyprianus inquit: *Nec potest videri sanguis eius, quo redempti et vivificati sumus, esse in calice, quando vinum desit calici, quo Christi sanguis ostenditur.* Augustinus satis sibi constat, si dextre intelligatur. Panem et corpus coniungit[16]): *Quod videtur, panis est; quod fides postulat instruenda, panis est corpus Christi.* Et perspicuum est Gelasii Romani Pontificis testimonium, qui inquit: *Certe sacramenta, quae sumimus, corporis et sanguinis Christi, divinae*[17]) *res sunt, propter quod et per*[18]) *eadem divinae efficimur consortes naturae; et tamen non desinit esse substantia vel natura*[19]) *panis et vini.* Sic et Nicaena Synodus loquitur: *Non attendamus ad panem et poculum in divina mensa propositum, sed, attollentes mentem fide, cogitemus, iacere in ea mensa agnum Dei.* Coniungit igitur panem et corpus Christi.[20])

Nec ignoramus recentiores scriptores postea philosophatos esse de abiectione substantiae panis. Et maxima turba est recentium[21]) scriptorum. Sed nos cum Paulo et vetusta Ecclesia loquimur. Et haec sententia praecidit[22]) quasdam periculosas disputationes.

Audimus autem, D.[23]) *Eccium* nuper post exhibitam formulam coram vobis contumeliose in nos invectum esse, et crimen nobis obiecisse falsi, quod fraude corrupta aut supposititia testimonia citemus. His calumniis fidem nostris testimoniis detrahere conatur. Sed erit iudicium sanorum, prudentum, et eruditorum virorum[24]) toto orbe terrarum[25]) de utraque re: utri plus fidei et iudicii in citando adhibeant.

Non venimus rudes ad hanc causam, sed pervestigata est nobis tota antiquitas, et, quasi cum Ecclesia ipsa deliberantes, inquisivimus omnium veterum sententias, ut nostris Ecclesiis firmam et salutarem doctrinam traderemus, et acquiescimus in ea sententia, quam exhibuimus, quam et piam et ad sedandas discordias utilem esse iudicamus[26]). Sed si D. *Eccius* volet excitare maiora certamina, providendum est bonis gubernatoribus[27]), ne tales contentiones[28]) inflamment et augeant dissidia.

Haec commemoravimus, ut, cum constet nos retinere veram praesentiam, ne cogamur recipere ea, quae addidit recentior aetas de abiectione naturae panis. Adiecti sunt articuli de reponendo Sacramento et de repositae partis adoratione, qui, ubi est usus integri Sacramenti seu utriusque speciei, locum non habent. Nam vinum repositum statim corrumperetur. Nec nos usum unius partis aut abusus inde ortos confirmare nostra approbatione possumus sicut in multis Ecclesiis, nec quondam reponebatur quod supererat post communionem, ut docet cap. Tribus de consecrat. Ideo articulos a delectis oblatos non recipimus. Et[29]) reverenter oramus, ut hanc nostram responsionem Celsitudines vestrae boni consulant. Nosque ad reliquam collationem offerimus.

Philippus Melanthon.
Martinus Bucerus.
Ioannes Pistorius.[30])

15) Cod. Bav. inepte *Alius* pro *Cibus.*

*) „Verba Epiphanii sunt: *ἵνα οὐχ ἄρτος ἡμῖν γένηται δύναμις, ἀλλὰ δύναμις ἄρτου: καὶ βρῶσις μὲν ὁ ἄρτος, ἡ δὲ δύναμις ἐν αὐτῷ ζωογόνησιν.*" Haec Pezelius ad marginem.

16) *Panem et corp. coni.*] desunt Pez., sed adduntur in codd. et apud Heshus.

17) Pez. *divina.* 18) *per* om. cod. Bav.

19) Cod. Bav. *et tamen non desunt esse substantiae vel naturae.*

20) *Coniungit igitur* etc. cod. Bav. h. l. om. (cf. not. 16.).

21) Cod. Bav. *recentiorum.* 22) Cod. Bav. *praecidet.*

23) Cod. Bav. *Audivimus autem D. Doctorem.*

24) Cod. Bav. *prudentium et erud. omnium in.*

25) *prudentum et* etc. non habet cod. Gall.

26) Cod. Bav. *iudicavimus.*

27) *provid. est bon. gub.*] cod. Bav. tantum: *videat.*

28) *tales contentiones* om. cod. Bav.

29) *Et* om. cod. Bav., item paulo ante *oblatos.*

30) Nomina subscripta leguntur in cod. Bav., cod. 94. et apud Heshus. — Addidit Pezelius in fine:
„Hoc scriptum D. *Granvelus* primum non voluit accipere, postea a prandio oblatum a Cancellario Saxonico „et Alexandro von der Than accepit, et rursus delecti „tertia hora convenerunt."

No. 2224. 10. Maii.

Consiliarii Sax. ad Electorem.

† Ex autographo in Tabul. Vinar. Reg. E. fol. 48. Vol. I. p. 361.

Den Hochgebornen — — Herrn Johann Friedrichen, — Churfürsten, und Herrn Johanns Ernsten, Gebrüdern, Herzogen zu Sachsen ꝛc.

Ew. Liebden, Chur- und F. Gn. haben wir an Datum Regensburg Freitag nach Misericord. domini geschrie-

ben, und über den vorigen Bericht und zugeschickten Artikel der Justification ferner Anzeige, wie es um die vorhabende Religionshandlung gelegen, neben Uebersendung noch eines Artikels, der von den Theologen jenes Theils gestellt, das Sacrament des Leibes und Bluts unsers Herrn Christi belangend, gethan, welches sonder Zweifel E. L. Chur- und F. G. nunmehr empfangen und daraus vernommen haben werden.

Dieweil dieser Artikel so gefährlich gestellt, daß die Theologen dieses Theils denselbigen nicht approbiren oder annehmen können, daß sich dann die Handlung vielleicht daran zerstoßen möchte: als wollen E. L. Chur- und F. G. wir nicht bergen: nachdem man vermerkt, daß jenes Theil auf solchen Artikeln zu beruhen bedacht, und die Dinge dahin gerichtet, die päpstlichen Mißbräuche zu erhalten und zu stärken helfen; so ist derhalben durch die Fürsten und Stände dieses Theils der Handel stattlich berathschlagt, auch der Herrn Theologen Bedenken insonderheit gehört, und einträchtiglich dahin geschlossen worden, daß solche Artikel in keinem Weg angenommen oder gebilligt werden möchten. Derwegen haben sich auch die Theologen dieses Theils einer Schrift dieses Artikels halben verglichen, deren Copei E. L. Chur- und F. G. deutsch und lateinisch hieneben befinden werden, und ist für gut angesehen, daß die sechs Personen, so von diesem Theil zu berührter Religion-Handlung verordent, erstlich zu Pfalzgrafen Friedrichen als dem Präsidenten gingen, und ihme die deutsche Copie, und darnach dem Herrn von Granvehl die lateinische überantworten thäten; wie denn geschehen, und heut Dato berührte sechs Personen Pfalzgraf Friedrichen solche Copei neben gebührlicher Entschuldigung überantwortet, die seine Lieb und F. Gn. ohne einige Weigerung angenommen, sich auch darneben erboten, mit dem Granvehl zu unterreden, und an ihrem Fleiß nichts erwinden zu lassen. Darnach seyn sie zu dem Herrn von Granvehl gegangen, die lateinisch Schriften zu überantworten mit gebührlicher Entschuldigung des Verzugs und anders wie bei Pfalzgraf Friedrich geschehen. Aber gemeldter Granvehl hat sich dieses anzunehmen geweigert, und sich darin etwas bewegt erzeigt, doch vermeldet, daß er sich mit Pfalzgraf Friedrichen derhalben unterreden wolle. Derhalben wir uns vermuthen, da jenes Theil auf ihrem Vornehmen beruhen, die Handlung möchte sich hierinnen stoßen.

Was nun darauf sich weiter in solcher Handlung zuträgt und vorläuft, das wollen E. L. Chur- und F. G. wir zum sonderlichsten hienach berichten. — — —

(Reliqua ad alias res spectant.)

Datum Regensburg, Dinstag nach Iubilate den 10. May anno XLI.

Wolfgang Fürst zu Anhalt, und andere Ew. Chur- und F. G. unterthänigste und gehorsamste Dienere Räthe gegen Regensburg verordnet.

Ew. L. Chur- und F. G. wollen wir auch nicht bergen, daß Doctor Eck heut dato etwas hart schwach worden; derwegen Pfalzgraf Friedrich und der Herr von Granvehl bedacht, daß die zween andern Theologen, Herr Julius Pflug und Gropper, sich neben zweien dieses Theils Theologen, als dem Philippo und Bucero, mit einander unterreden sollen, ob sie sich des Artikels von dem Sacrament des Leibes und Blutes Christi vergleichen möchten. Aber es ist noch nichts erfolgt, und wie zu vermuthen auch keine Vergleichung geschehen werde. Dat. ut s.

(Princeps Elector in responso dato dom. Cantate 1541. scribit, se omnia Ratisbonae acta a legatis suis probare.)

No. 2225. **10. Maii.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 360 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 257.)

Viro opt. et clariss. Ioachimo Camerario in Academia Tubingensi, amico suo summo,

S. D. Ante mensem dedi litteras ducis Prussiaci nuncio, et quidem flagitanti. Nam et obiurgatricem epistolam scribi ad *Christophorum* adolescentem[1]) voluit. Nunc redit ad me nuncius ille, narrat litteras amissas esse. Fortassis inspectis meis mutavit consilium. Sed quoquomodo perierunt illae epistolae, levis est iactura, deplorabam ibi dextrae luxationem, quam nunc magis deplorare possum toties infeliciter tentatis novis curationibus. Fortassis simili fato exercemur, ego dextrae malo, tu pedis φλεγμονῇ conflictaris. Deum oremus ut nobis adsit, et nos faciat χρήσιμα ὄργανα τῇ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ.

Hic postquam conciliationes institutae sunt, principia mediocria fuerunt. περὶ τῆς δικαιοσύνης

---

1) C. a Kunheim.

τῆς ἐκ πίστεως convenit. Adsentiuntur delecti, Iustificari homines fide, et quidem in eam sententiam ut nos docemus. Formula composita est, quae etsi brevior est, quam caussae magnitudo postulat, tamen mediocris est. Postea fuerunt altercationes de autoritate Synodorum. Contendebant non posse errare legitime convocatam Synodum. Cumque non assentiremur, reiecta est disputatio in aliud tempus, secutum maius certamen περὶ δείπνου κυριακοῦ. Volunt mutari panem et repositum adorari. Nolui assentiri, fuique durior, quam meus παραστάτης²), qui olim maxime oppugnavit illam adorationem. Nec servit hac molicie τῷ Μακεδόνι, qui nunc aliquanto minus spei habet de his futilibus compositionibus, quam videbatur initio habere, καὶ εὐσεβῶς καὶ ἀνδρείως dicit sententias. Nunc quia in eo articulo non convenit, iusticium est. Hodie expectamus novos congressus, quos Deus gubernet.

De *Christophoro* sane doleo eum nostrae commendationi non respondere. Sed est fatalis contumacia iuventutis. Illud tantum oro, ut cures eum commendari alicui ex professoribus Iuris, et ita inspectionem studiorum eius imponi tibi sinas, aut si revocandum putabis, significes id Duci. Bene vale. X. Maii. Ratisbonae.

Philippus Melanthon.

No. 2226. **10. Maii.**

Elector ad legatos suos.

† Ex autographo Elect. in actis Comitiorum Ratisbonn. in Tabul. Vinar. Vol. I. p. 316. (Reg. E. fol. 48.). — Dedimus hic tantum priorem scripti partem, ad causam religionis pertinentem.

Den hochgebornen und hochgelahrten, unsern lieben Ohm, Vetter, Rathe und Getreuen Herrn Wolfgangen Fürsten zu Anhalt, — und andern unsern seiner Lieb zugeordneten Räthen, jetzo zu Regensburg. (Adscriptum est: einkommen zu Regensburg, Sonnabent nach Jubilate den 14. Maii 1541.)

Von Gottes Gnaden, Johanns Friederich, Churfürst, Burggrave zu Magdeburg, und Johanns Ernst, Gebrüdere, Herzoge zu Sachsen rc.

Unser freundlich Dienst zuvor. Hochgeborner lieber Ohem, Vetter, und hochgelarten lieben Räthe und getreue. Wir haben E. L. und euer Schreiben am Datum Regensburg Dornstags nach Misericord. Domini, Sonntags Iubilate auf dem Abend aufm Schneeberg empfangen, und daraus anfänglich vernommen, aus wasem [was für einem] Bedenken E. L. und Ihr uns von der Handlung der sechs Zusammenverordneten der streitigen Religion halben nicht eher Anzeige und Bericht hätten thun mögen, denn durch gemeldt E. L. und euer nächst Schreiben.

S. D. Quid actum sit inter delectos postquam ceptum est disputari de articulis[1]) doctrinae, et ex D. *Philippi* literis ad Reverendum d. Doctorem *Martinum* *), et, ut opinor, ex aula plenius cognoscetis. Vidimus vestram sententiam de formula consarcinata in primo articulo. Si recepta fuisset formula a *Philippo* composita, quae simpliciter et plane ac[2]) explicate continebat veram sententiam, nihil a quoque[3]) desiderari poterat. Hinc[4]) dum de sententiis ita certatum fuit, quoad[5]) adversarii eam quidem tandem[6]) recipere se ostenderent, et tamen a se prolatam formulam non prorsus abiici vellent, in consarcinatione illa fieri non potuit, quin quaedam verba relinquerentur, quae vel haberent aliquid incommodi, vel postea illorum cavillationibus depravari possent. Quare ne nobis quidem et reliquis satis probata est, si[7]) tamen, quia de ea publice adhuc referendum est, interim utcunque tolerata est ea spe, ut, si in caeteris nostrae doctrinae assentirentur, facile existimaretur, quod hic desideratum esset posse corrigi et[8]) sarciri.

Postea ad maiora certamina ventum est. Adversarii acriter contenderunt de auctoritate Synodorum, eas legitime congregatas, ut ipsi loquuntur, non posse errare; sed quia nostri non cesserunt, reiecta est ea disputatio ad finem colloquii.

Suspensus est et sequens articulus de sacramento Eucharistiae, in quo plus etiam fuit contentionum, cum adversarii acerrime pugnarent pro suis opinionibus stabiliendis de transsubstantiatione,[9]) sepositione et adoratione sacramenti.

Deinde ventum est ad articulum de enumeratione peccatorum in confessione. Hic quoque in multos dies, ac propemodum maiore contentione quam antea dimicatum, et[10]) cum prorsus conveniri non posset, his dictus institium fuit. Nostri tamen suam sententiam scripto obtulerunt, diligenter etiam munitam confirmationibus. Atque ita ad Caesarem relatum est. Interim ex nostris accusatus est apud Caesarem d. *Philippus*, quod se praebeat asperiorem, quam conveniat institutis actionibus, quia aliquoties, cum conflictaretur

---

*) Puto scriptum fuisse: Dicitur.

1) Cod. Bav. *de articulo.*
2) Cod. Bav. *et.*
*) Est epistola antecedens.
3) Cod. Bav. *a quoquam.*
4) Cod. Bav. *Nunc.*
5) Cod. Bav. *quod.*
6) *tandem* om. cod. Bav.
7) Cod. Bav. *Sed.*
8) Cod. Bav. *ac.*
9) Cod. Bav. add. *de.*
10) Cod. Bav. *dimicatum est.*

cum[11]) importunitate assidue instantium et urgentium, respondisset: se nec posse nec velle assentiri. Insimulatus etiam, quod peculiaria mandata haberet; et a principe et ab ipso *Luthero*, accenderetur etiam a reliquis theologis, ut esset praefractior. *Amsdorfius* etiam ex concione proximae dominicae Caesari falso delatus[12]), quasi adversus ipsum aliquid dixisset. Nam postquam reprehensus est *Philippus*, admoniti etiam Theologi ut sint leniores, reditur ad colloquium, et fuit hoc iustitium aliquot dierum haud dubie tantum *παρασκευὴ* maiorum contentionum.

Iam enim acceditur ad articulos[13]) de *primatu Papae* et potestate Episcoporum, mutandi etiam divinitus traditas ceremonias, sed hac moderatione, ut dirigantur ad regulam fidei et caritatis; ita enim illi loquuntur, videlicet, ut etiam prohibitio alterius partis sacramenti defendatur.

Postea sequentur non minus contentiosi de cultu Sanctorum, de purgatorio, de Missis privatis, ubi fortasse recrudescent etiam pugnae priores.

Quid igitur spei haberi possit, ipsi videtis[14]). Et tamen acriter urgetur processus colloquii. Caesaris voluntatem apparet esse optimam, ut coëat concordia et fiat reformatio[15]) omnium abusuum; sed res sunt nimis magnae, et de doctrina non satis instructus est. Vult tamen, quidquid fiat, pergi per omnes articulos. Quare vereor, ut brevi finiatur colloquium. Tales fuerunt actiones et certamina, ut valde optaverimus liberari ac praecidi institutum colloquium[16]). *Philippus* etiam petit, se dimitti, ac adhuc oramus Deum, ut liberemur. Ego ad principem scribo petens, ut mihi reditum ad vos concedat, postquam hic est *Amsdorfius*. Id quaeso vos quoque, si potestis, adiuvetis. Multae sunt causae mihi sane graves, et praecipue, ut possim pergere in iis[17]), quae institui scribenda, videlicet conciones D. *Doctoris* postillares, quas non sine stomacho iam pridem flagitant et expectant nostri bibliopolae.

De aliis multis rebus, quae in his actionibus inciderunt[18]), quia et varia sunt, nec satis tuto aut satis prudenter scriberentur[19]), coram, Deo volente, ex d. *Philippo* audietis. Commendabitis autem et nos et actiones publicas precibus Ecclesiae. Doctor *Eccius* aliquot iam dies decumbit febri laborans ex intemperantia, interdum vini, interdum aquae, ut audimus, multas amphoras hauriens. Itaque cum *Groppero* Coloniensi congrediuntur nostri, qui non minus est pertinax et molestus, sed in alio genere; totus ebrius, immersus, incantatus et dementatus sententiis patrum ecclesiasticorum, quos quidem prorsus exhausisse se existimat, et huc venit horum armis sane instructus. Sed nos aliam *πανοπλίαν* requirimus, verbum Dei, quod est invictum etiam portis inferorum. Bene vale cum honestissima coniuge et liberis. Salutem opto Reverendo Dom. *Doctori* patri nostro et eius coniugi, et reliquis nostris omnibus, praecipue Ecclesiae ministris. Ratisponae 19. Maii 1541.

Caspar Cruciger, d.

---

11) *cum* om. cod. Bav. 12) Cod. Bav. add. *est*. 13) Cod. Bav. *ad articulum*. 14) Cod. Bav. *ipse vides*. 15) Cod. Bav. *emendatio*. 16) Cod. Bav. om. *Tales fuerunt* etc. 17) Cod. Bav. *in his*. 18) Cod. Bav. *acciderunt*. 19) Cod. Bav. *et nec satis . . . . scribuntur*.

No. 2256. **19. Maii.**

Pr. Elector ad Burchardum.

† Ex autographo in Tab. Viner. Reg. E. Fol. 48. Vol. 5. p. 294.

(Quaedam ex epistola Ioannis Friderici, Pr. Electoris ad Franciscum Burchardum Cancellarium, tunc Ratisbonae in comitiis.)

— — (*Granvelae* dicendum esse:) Wir befänden, daß unser persönlich Darkommen (nach Regensburg) so viel mehr auch darum ganz unnöthig und unfruchtbar seyn möchte, daß sich die Sachen der Religion halben zu keiner Vergleichung schicken thäten. Denn wir könnten aus den Gesprächshandlungen der Sechs nicht anders vermerken, denn daß der andere Theil, ohne Zweifel nach Gefallen des Papsts und seines Legaten, uns dieses Theils gerne wollten in eine solche Vergleichung und Artikel führen, die wir mit Gott und Gewissen in keinem Wege willigen könnten noch würden, wenn wir gleich persönlich gegenwärtig und zur Stätte wären; inmaßen wir auch den Artikel, so von der Justification in berührtem Gespräch gestellt, als damit die heilige Schrift verdunkelt, und nur zu größern Irrthum künftig dienen würde, gar nicht willigen könnten, wenn gleich aller andern Artikel halben eine Vergleichung möchte troffen werden, als wir es doch auch nicht vermerken können. Und wiewohl wir nichts lieber sähen noch wollten, denn Einigkeit der Lehre in der Kirche, davon auch desto mehr äußerlicher Friede erfolgte, so wüßte er (Granvell) aber selbst, als ein verständiger, was es für eine Beschwe-ung vor Gott ewiglich auf ihm hätte, daß man von sei-

nem Worte und der Schrift sollte weichen, und das allergeringste darwider bewilligen oder zulassen. Darum wäre unser insonderheit fleißig Gesinnen an ihn, da die Kais. Maj. unserer persönlichen Ankunft weiter würde gedenken, er wollte solches bei Kais. Maj. unterthänigst entschuldigen, damit Ihre Maj. des Verzugs keinen Unwillen oder Ungefallen wollten tragen. — — — — — — — denn wir könnten ihm nicht bergen, daß uns die Gedanken zufielen, daß sich Kaiserlicher Maj. Vorhaben, nämlich uns in einen ewigen freundlichen Vorstand [Einverständniß] zu nehmen, daher möchte verursachen, daß vielleicht Ihre Maj. durch etliche des andern Theils dessen möchten persuadirt, und Ihrer Maj. eingebildet worden seyn, als ob wir vielleicht sollten mögen bewegt werden, in der Religion nach gemeldtes andern Theils Gefallen, und sonderlich so wir persönlich gegen Regensburg kämen, auf Ihrer Maj. gnädiges Begehren weiter zu entweichen, denn sonsten, so wir nicht persönlich zur Stätte wären, geschehen möchte. Wo nun Kaiserlicher Maj. eine solche Persuasion wäre vorgebildet worden, so wollten wir lieber, Er, der Granvel, wisse unser Gemüth vorhin, und thäte Kaiserlicher Maj. davon zu füglicher Zeit unterthänigsten Bericht, daß es die Meinung nicht hätte, noch haben möchte, daß wir würden nach Gelegenheit der groß-wichtigsten Sachen doch eben so wenig von unsrer Confession und Apologie, und was dem anhängig mit Beschwerung unser Gewissen und ohne klaren Grund der heil. Schrift entweichen, so wir gleich persönlich zur Stätte wären, als so wir nicht allda seyn. Sollten wir dann darum, daß wir nicht weichen könnten, was uns mit Gott und Gewissen gebühren wollte, also wieder abscheiden, wie wir dahin gekommen wären, so möchte es vielleicht die Kais. Maj. dafür achten wollen, daß wir uns vor unsrer Ankunft deß billig gegen Ihrer Maj., oder gegen ihme, dem Hrn. Granvell, hätten sollen vernehmen lassen. Denn da es Ihre Maj. hätte wissen sollen, wollte sie unsrer Gegenwart vielleicht lieber nicht begehrt haben, und also unser persönlich Erscheinen Kaiserlicher Maj. nur zu mehrern Mißfallen, und uns zu Ungnaden gereichen, welches wir je ungern wollten.

Und auf solche Anzeige wollest des Hrn. von Granvel Antwort mit Fleiß vermerken, und so er dann viel hierauf würde bringen: „sollte Ihre Maj. einen Frieden aufrichten im Reich, wie Ihre Maj. zu thun hoch begierig wäre, so müßte auf beiden Theilen etwas zugerückt und entwichen werden:" so wirst du ihm darauf wohl wissen mit etlichen Sprüchen zu begegnen, daß es mit solcher Sache viel eine andere Gelegenheit hätte denn mit andern Prophan-Händeln. Denn in diesem Fall ließe sich von der bekannten Lehre weder ab noch zu setzen, auch nicht im allerwenigsten ohne Verletzung und Beschwerung der Gewissen und Gefahr der Verdammniß, es geschehe denn mit Verlegung durch klare heilige Schrift. Ob er auch hierüber zürnen würde, daran wirst Du dich nicht kehren, sondern dich in allewege mit Glimpf hinwieder gegen ihme wissen zu vernehmen lassen. — — Dat. Eybenstock, Dornstag nach Cantate, anno dom. XLI.

Jo. Friedrich, Churfürst.

No. 2237. 20. Maii.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 361 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 258.).

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario amico suo summo in Academia Tubingensi,

S. D. Brevem a te Epistolam accepi, in qua et de silentio meo quereris, et de pedis morbo quaedam significas. Etsi erat prior particula stomachose scripta, tamen quia iam ternas litteras miseram, sperabam tibi posse satis fieri. Illud magis doleo tam tenaciter haerere morbum in pede, ac toties recurrere cruciatus. Sed id malum levato domestica consuetudine honestissimae coniugis et dulcissimorum liberorum. Ego longe sum miserior, quem ne adversa quidem valetudo abstrahit ab his principum negotiis, a quibus natura et voluntate abhorreo. Fuerunt hic mihi et cum sophistis et cum Tyrannis acerrima certamina, *καὶ τάχα ἀτέλεστα*. Etiam delatus sum apud *Carolum* Imp. me cohortationibus gallicis asperiorem factum esse. Et huic fabulae tanta fides habita est, ut Imp. vocarit ad se *τὸν Μακεδόνα* et nominatim me accusarit. Caussa fuit, quod nolebam Regnum Confessionum, ut vocant, approbare. Nunc ingredimur disputationem, *περὶ τῆς ἀρχῆς ἐκκλησιαστικῆς, περὶ τῶν λειτουργιῶν, περὶ ἐπικλήσεως τεθνηκότων ἁγίων*. Hic primum offendendae erant voluntates *τῶν ἐν τέλει*. Et facilior res esset, si adiuvarer ab iis, quorum maior est autoritas. Sed Deum oro, ut adsit nobis, et gubernet exitum. ὁ *αὐτοκράτωρ* nihil ostendit hostile. Putatur disputationem earum controversiarum, de quibus non conveniet, reiecturus in alium tempus *), et interea pacem concessurus.

---

*) Properabat enim in Africam. C. W.

In Pannonia scito *Budam* exercitu Regis *Ferdinandi* obsideri. Dicuntur advenire mediocres Turcorum copiae, ut *Budam* obsidione liberent. ἀλλὰ τούτων οὐ μέλει τοῖς βασιλεῦσι, qui interea de futili confessione disputant. Scribo brevius, quod nesciebam, an recta ad te iturus esset adolescens. Erit mihi propter dextram opus Thermis. Spero igitur me ad vos venturum esse. Bene vale. die XX. Maii, Ratisbonae.

Philippus Melanth.

No. 2288. (h. t.?)

De sacramento et missa.

Editum a Pezelio in Mel. Consil. lat. P. I. p. 493 sqq. — Apographa in cod. Goth. 19. p. 51., cod. Mehn. II. p. 180 b, et in cod. Monac. 66. p. 183. — Pezelius refert hoc scriptum ad ann. 1541. Quod si recte fecit, hoc tempore exaratum putaverim, quo de Missa disputabatur. Vid. epist. ad Princ. Electorem d. d. 21. Maii. — Simile scriptum habes infra ad d. 16. Decb. 1548.

De abusu multiplici Sacramentorum: Et de vero usu coenae Dominicae: Et de missa Pontificia scriptum Phil. Melanth.

Multae sunt in Prophetarum concionibus tristissimae querelae de ceremoniarum seu sacrificiorum abusu, unde iudicari potest, omnibus aetatibus, etiam in eo populo, qui est Ecclesia Dei, late vagari tales abusus. Magna pars in Israël, prorsus ignara quid ageret, pecudes [1]) mactabat usitato more, victum inde quaerens, ut tibicines in ipsis sacrificiis, nihil de promissionibus, nihil de fide et significationibus cogitantes.

Alii superstitiosi cogitabant, hanc munificentiam mereri remissionem peccatorum: Ideo cumulabant sine modo. Natura enim hominum ignara fidei seu fiduciae, quam ardere in nobis et acquiescere in Deo oportebat, prona est ad superstitionem, et nostra exercitia et signa transfert ad hanc opinionem de merito. Ideo apud Ethnicos nemo recte ceremoniis utebatur. Plurimi enim, ritus tanquam ludos institutos esse putabant. Alii minus profani existimabant esse merita, et hac persuasione, ut valde placarent Deum, cumulabant sacrificia, et subinde nova instituebant. Imo ut hostiis valde caris Dei iram lenirent, offerebant filios et filias.

Hos furores miramur in Ethnicis: et interea cogitamus Ecclesiam sine idolis, et sine abusu rituum esse aut fuisse. Imo vero maxima pars Ecclesiae [2]) plerumque in similibus erroribus versatur. In Israël, et postea Pharisaeorum tempore, alii ignari, quid ageretur, alii superstitiosi, cum opinione meriti, pro peccato sacrificabant. Quod eo recitamus, ne multitudo errantium excusetur praetextu huius dicti: *Ecclesia non errat.*

Sic in Ecclesia post Apostolos et fuit et erit semper magna multitudo, quae ceremoniis abutitur. Nec negari potest, ingentem multitudinem †et" fuisse et esse, in toto orbe Christiano, quae ceremonias missae propter consuetudinem servavit et servat, neque intelligens, neque cogitans quid agat. Alii vero docti et superstitiosi censuerunt [3]), esse sacrificium pro peccato, ut adhuc libri praecipuorum, Thomae, Scoti, et aliorum, et precationes in maiore et minore canone testantur.

Interea tamen fuisse aliquos necesse est rectius sentientes. Et quidem extant testimonia melius sentientium. Cum enim Deus immensa misericordia servet Ecclesiam et ministerium Evangelii, ut Ephes. 4. scriptum est, ne prorsus totum genus humanum pereat: subinde Prophetas, inde usque a Noha, et post Apostolos excitavit Doctores, per quos rursus accensa luce doctrinae et vera invocatione, aliquantisper repressi sunt errores, alias magis, alias minus vagantes [4]).

Ac recentissimi temporis consuetudo in toto orbe Christiano, in omnibus templis et monasteriis consideretur. Omnia plena fuerunt venalium missarum, hisce trecentis annis, postquam monachi confirmarunt opiniones de sacrificio pro peccato, et de applicatione. Et plurimi sacrificabant conscientiis vulneratis turpitudine vitae. Nulla autem potest invocatio fieri, cum conscientia manet saucia. Quare multa peccata concurrebant, in illa missarum multitudine.

Cum autem scriptum sit: *Qui sumit indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini*, non dubium est, Deum horribiliter irasci profanationi coenae Domini, et multas magnas calamitates, pu-

---

1) *victimas* cod. Goth.

2) *in ecclesia* cod. Goth. et cod. Monac.

3) Pezel. *senserunt.*

4) *vagati* codd.

blicas et privatas, horum delictorum poenas esse. Quare necesse est, Ecclesiam recte et fideliter doceri de vero usu Sacramenti, ut de caeteris articulis fidei.

Primum igitur in Ecclesiis nostris taxata est Ethnica inscitia et negligentia maxime [5]) multitudinis, quae nec curat, nec scit, nec cogitat, quid agat. Nam afferre tantam negligentiam ad hoc mirandum opus, quod [6]) voluit filius Dei pignus esse suae praesentiae, et suorum beneficiorum, est Ethnica profanitate ludere, et deridere Deum. Haec magna delicta violant primum praeceptum decalogi et secundum.

Secundo reprehensus est † et" error de sacrificio pro peccato, seu applicatione pro aliis, ac ostensum est, coenam Domini non mereri aliis remissionem, nec applicandam esse pro aliis, ut mereatur iis remissionem peccatorum, vel alia bona. Quia sacrificium pro peccato unicum est, obedientia filii Dei, in morte, et in omnibus eius afflictionibus, et cruciatibus, sicut scriptum est: *Unica oblatione consummavit sanctos.* Haec sententia adeo evidenter vera est, ut homines non profani assentiri cogantur. Cum autem haec persuasio de merito a magna multitudine, docentium ordinario loco, recepta fuerit, fatendum est, late grassari posse errores in Ecclesia.

Reprehensa est et applicatio ad impetranda bona corporalia, ut ad prosperam navigationem, et similia, qua depravatione missa valde vendibilis facta est. Certissimum est autem, institutam esse coenam Domini, ut monstret consolationem conscientiae, quaerenti remissionem peccatorum, et quomodo monstret, postea dicetur, nec transferenda est ad bona corporalia, sicut baptismus non est transferendus ad tollendam lepram. Diserte enim dicitur: *Hic est calix novi testamenti in meo sanguine, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum.* Fit igitur commonefactio de remissione peccatorum, non de navigationibus aut emtionibus.

Tertio. Sed non tantum reprehendendi sunt abusus: monstrari etiam verum usum necesse fuit. De quo pie et fideliter secuti sumus institutionem in Evangelio expresse traditam, et veterem Ecclesiae purioris consuetudinem. Nam nec novas opiniones, nec novos cultus in Ecclesia comminisci licet, nec mutandi, nec mutilandi sunt cultus divinitus traditi.

Retinemus igitur ritum coenae Domini traditum voce Evangelii; et retinemus integre, et doctrinam de vero usu populo fideliter proponimus. Verba Evangelii expresse instituunt distributionem et sumtionem corporis et sanguinis Christi.

Ut autem de usu Sacramentorum in adultis universaliter sentit vera Ecclesia, oportere ea fide accipi, sic de usu pias mentes docemus, principalem hunc fructum [7]) esse coenae Domini, ut per eam fides exuscitetur, et confirmetur in sumente: Sicut et verba nominant testamentum, et mentionem faciunt remissionis peccatorum. Et postea dicitur: *Hoc facite in mei recordationem.* Non prodest igitur gestus sine cogitatione [8]), quid agatur, quando [9]) et cur institutus sit hic ritus. Recordatio autem filii Dei multa complectitur, videlicet, et ipsius mediatoris agnitionem, et promissionum ac beneficiorum considerationem, sicut Esaias loquitur: *Notitia eius iustificabit multos.*

Sit igitur recordatio fidelis, non scenica. Sciamus nobis in Ecclesia, non in perpetua dubitatione manendum esse, an simus recepti a Deo, sed hoc statuendum esse, nos recipi, et exaudiri et propter hanc consolationem [10]) promissiones et Sacramenta tradita esse. Hanc doctrinam de promissionibus et Sacramentis familiarissime notam omnibus esse oportet. Sic igitur fiat sumtio coenae Domini, ut nostra peccata, iram Dei, sacrificium filii Dei, remissionem peccatorum, et reconciliationem cogitemus, et in vera poenitentia fide erecti, statuamus nobis remitti † peccata" non propter hanc sumtionem, aut opus sacerdotis, sed propter sacrificium ab ipso filio Dei in ipsius obedientia et morte factum.

Ut autem voce Evangelii, ita in Sacramentis memoria huius beneficii conservatur et propagatur. Ita in hoc mirando ritu filius Dei nos sibi tanquam membra adiungit, et sanguine suo nos abluit. Sed necesse est accedere fidem, quae statuit [11]) nos vere recipi. Hac fide et sumtione

---

5) Pezel. *maximae.*
6) Pezel. *ad hanc actionem, quam.*
7) *finem* codd.
8) *cognitione* codd.
9) *quomodo* codd.
10) Pez. *rationem*, quod mendum habeo.
11) *statuat* codd.

propria, fit applicatio. Nec prodest ipsa sumtio propter gestum, seu, ut vulgo loquuntur, ex opere operato, nec propter sacerdotis opus, sed propria fide et sumtione fit applicatio.

Haec fiunt [12]) illustria in vera consolatione, cum fides vincit pavores, intuens bonitatem filii Dei, qui hoc testimonio nos sibi adiungit, et in hac consolatione Spiritus sanctus est efficax, accendit invocationem, gratiarum actionem, bonum propositum, et alios pios motus, ut + alibi" saepe copiose exponitur.

Hunc esse verum Sacramenti usum, quem recensuimus, nihil dubium est; de hoc usu praecipue doceri Ecclesias omnibus temporibus oportet. Sed obiiciunt aliqui, nos retinere unam partem missae, scilicet usum Sacramenti, relinquere vero alteram partem, scilicet oblationem, quae proprium sacerdotis opus est, et sacrificium. Hic, inquiunt, iuge sacrificium omittitis. Atrox accusatio est, quae primum hoc modo perspicue refutatur: Fatemur totam actionem coenae Domini sacrificium laudis, seu, ut vocant, commemorationem esse: et ea, quae ad talis sacrificii substantiam pertinent, omnia retinentur in nostris Ecclesiis, videlicet consecratio continens recitationem verborum Evangelii, quibus coena instituitur, distributio, et sumtio corporis et sanguinis Domini, invocatio, seu oratio ad Deum, petens remissionem + peccatorum", propter sacrificium factum ab ipso filio Dei, fides applicans, gratiarum actio, in qua mens laeta et accedens ad Deum subiicit se ei, et celebrat eum voce, confessione, et moribus. Item concio de filio Dei, et de quacunque parte doctrinae.

Ut enim ab initio mundi fuerunt certae ceremoniae publicae, ut nervi essent congressuum publicorum; quia Deus vult in genere humano conspici et exaudiri Ecclesiam, sonantem Evangelii vocem, ac propterea vult honestos congressus esse, et eos sua bonitate multis [13]) mirandis liberationibus tuetur [14]): Ita vult hunc ritum publicum esse, ut ministerium Evangelicum conservetur, et in publicis congressibus vox Evangelii perpetuo sonet, ut dicit: *Hoc facite, donec veniam.* Et quia sacrificium in genere significat opus a Deo institutum, faciendum principaliter hoc fine, ut Deum honore afficiamus, et testemur, hunc vere Deum esse, quem sic colimus, fatemur et nos, totam actionem in coena sacrificium esse, sicut et antiquitas locuta est. Et manifestum est, verissima sacrificia esse, invocationem, fidem, spem, laetitiam conscientiae, gratiarum actionem, confessionem, bonum propositum, quae omnia concurrere in coena Domini necesse est. Et horum operum omnium sacerdos est inchoator καὶ ἔξαρχος, qui nomine universae Ecclesiae agit gratias Deo, quod miserit filium, et mirandum decretum de redemtione patefecerit, quod colligat et servet [15]) aeternam Ecclesiam. Postea et bona petit, propter hunc filium, nomine Ecclesiae, et populus, audiens hanc publicam gratiarum actionem, adiungit sua vota.

Sic nos ipsi adsumus coenae Domini, hanc gratiarum actionem cum reliqua Ecclesia mente et lingua recitantes. Retineri igitur omnia substantialia sacrificii manifestum est, et sic de sacrificio loquitur + ipsa" vetustas, quae non intelligebat gestum aliquem sacrificium esse, sed totam actionem, ut Graecus canon inquit: *Offerimus tibi hanc* λογικὴν λατρείαν, id est, invocationem, fidem, spem, gratiarum actionem. Et Augustinus inquit: *In veteribus figuratio fuit, in hoc sacrificio gratiarum actio et commemoratio est.* Et Cyprianus: *Pietas inter data et condonata se dividens* [16]) *gratias agit* [17]) *tam uberis beneficii largitori*, id est, pietas intuetur data, et condonata, hoc est confert inter se magnitudinem beneficiorum Dei et magnitudinem nostrorum malorum, peccati et mortis, et agit gratias [18]).

Denique firma [19]) regula est: *Nullum opus in novo testamento sacrificium esse ex opere operato*, ut loquuntur. *Scriptum est enim, veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate.* Quare hic ritus fit sacrificium, cum accedunt hi motus cordis, fides, invocatio, gratiarum actio, et alii. Et typi sacrificiorum veterum, Abel, Melchisedech, iugis sacrificii, et alii, recte congruunt ad hoc sacrificium, dexte accommodati.

Haec satisfacere omnibus debebant. Sed aliqui obiiciunt, hoc deesse, quod non dicimus:

12) Pez. mendose: *sunt.*
13) *de sua bon. et multis* cod. Goth.
14) *doceat* cod. Goth.
15) Pez. *colligit et servat.*
16) *sit evidens* cod. Goth.
17) *agat* cod. Goth.
18) + *exclusive et inclusive* cod. Goth.
19) Pez. *scientiae.*

Offerimus tibi filium. Ad hoc respondemus: Nec verba Evangelii sic loquuntur, nec sic locuta est antiquitas. Et tamen definitio quaeratur. Si haec phrasis: *Offerimus tibi filium*, significat idem, quod: Oramus te aeterne pater propter filium: non accusentur nostrae Ecclesiae, quia et nos in hac tota actione mediatorem, et summum sacerdotem stantem coram patre, et pro nobis deprecantem, invocamus, et celebramus. Et quidem his verbis utimur: *Oramus aeternum patrem, ut propter filium, quem mediatorem constituit, nos recipiat: Oramus te fili Dei Domine Iesu Christe, qui es λόγος et imago aeterni patris, et humanam naturam assumsisti ex virgine matre, ac sedes ad dexteram aeterni patris, et mediator constitutus es, miserere nostri, et intercede pro nobis apud aeternum patrem tuum, et sanctifica nos Spiritu sancto tuo.*

Definitio igitur quaerenda est in hac phrasi: *Offerimus tibi filium.* Nam ecclesia nequaquam [20]) illum illo modo [21]) offert, quomodo sese obtulit ipse, ut epistola ad Hebraeos loquitur: Filius se ipsum obtulit patri ingrediens in sancta sanctorum. Novit filius pectus patris, scit etiam iram adversus nostra peccata, scit mirandum decretum de reconciliatione, et caussas intelligit. Haec coram videre, est ingredi in sancta sanctorum. Deinde et in sese derivavit iram patris, et se subiecit [22]) eius voluntati, ut iustitiae divinae satisfiat. Haec subiectio est se offerre patri, ut in Psalmo scriptum est: *In capite libri scriptum est de me, ut faciam voluntatem tuam.* Ipsius igitur filii proprium fuit, sese in passione offerre. Nos tantum fiducia huius victimae petimus, ut propter eam recipiamur, et exaudiamur.

Eodem modo de verbo sistendi dicimus: *Filius Dei solus ingreditur sancta sanctorum*, id est, videt arcanum consilium patris. Cum hoc deliberat pater, hunc audit deprecantem. Nec ulla creatura adducit eum ad patrem. Quare illi, qui nunc dicunt, se filium Dei sistere coram patre, quid velint dicere, interpretentur.

Graecus Canon verecundior fuit, qui correctionem addit: *Tu es προςφέρων καὶ προςφερόμενος*, q. d. Tuae Maiestatis est, ingredi in sancta sanctorum. Tu cernis voluntatem aeterni patris, et es summus sacerdos, et deprecator pro nobis, in illo arcano consilio.

Haec modeste recitamus, non ut certamina augeamus, sed ut Ecclesias tot regionum consolemur † et excusemus", et ostendamus, nos retinere integrum ritum, et veram doctrinam de usu, ne turbetur eorum invocatio, sed ut bona conscientia pie utantur Sacramentis, et fide non trepidante invocent et celebrent Deum. *Quod enim alii amplius postulant, ut fateamur oblationem necessariam esse, et prodesse universae Ecclesiae, vel ut meritum, vel ut medium applicans, et oportere fieri hanc oblationem, etiamsi nulli adsint communicantes; et cum prosit ad multa spiritualia et corporalia impetranda, et fiat a plurimis et celeberrimis, concedendum esse, etiam prodesse eam ex opere operato, si necessaria est universae Ecclesiae:* Haec neque in Evangelio expressa sunt, neque tradita sunt a vetustate, et pugnant cum his regulis: *Sine mandato divino non sunt cultus in Ecclesia instituendi.* Item *Non valent in novo testamento cultus ex opere operato.* Quod autem [23]) applicatio necessaria est, affirmamus propria cuiusque fide, et propria sumtione fieri applicationem.

No. 2239. 21. Mai

Burchardus ad Pontanum.

† Ex autographo Burckhardi in Tabul. Vinar. Reg. E. Fo. [illegible] Vol. V. p. 192.

Dem Ehrbaren und Hochgelahrten Herrn Greg[illegible] Bruck, der Rechte Doctorn ꝛc.

S. D. Clarissime domine Doctor, Patrone observande. Post contentionem de Eucharistia incidit certamen non minus vehemens in articulo absolutionis seu confessionis, ex qua quidem [illegible] factum est, quod D. *Philippus* gravissime ap[illegible] Caesarem delatus sit, adeo ut existimassemus, [illegible]turum hunc finem institutae conciliationis. S[illegible]

---

20) Pez. *neque* pro *nequaquam*.

21) Pez. *illo modo eum* pro *illum illo modo*.

22) Codd. *derivat — subiicit.*

23) *Quia vero* cod. Goth.

quia Caesar adeo rem ursit, nostri duxerunt, non esse refragandum, atque ita ad alios articulos coeperunt progredi.

De articulo *matrimonii* nulla fuit controversia. Extremam *unctionem* si vellent servare Papistae correctis et abiectis in ea abusibus, nostri dixerunt, propterea se non pugnaturos, ut tamen ecclesiae nostrae et aliae, quae vellent, suam servarent libertatem.

Actum est deinde de *ordine Hierarchico*, ut vocant, in quo ea, quae ad Episcoporum et Pontificis auctoritatem pertinent, continentur. Isque articulus tantum lectus, et de eo ultro citroque sermo habitus est; sed mansit res ita in suspenso. Accesserunt postea alia quaedam, videlicet de *cultu sanctorum* et *missa privata*, de qua iam disputaturi et nostri acerrime abusus illos idololatricos reprehenderunt, quos etiam alteri tueri non possunt. Ac fatentur, esse opus emendatione; sed tamen libenter cuperent quoquo modo errores quosdam fucare, ne videretur ecclesia in tantos abusus prolapsa esse. Sed Dom. *Philippus* per Dei gratiam veritatem fortissime tuetur, adeo, ut mihi persuadeam et sperem, nostros nihil alieni a scriptura adprobaturos esse. Nam confessionem augustanam volunt simpliciter esse salvam. Ego sane admodum fui et sum sollicitus, verum consolatur me D. *Philippi* constantia et integritas, et quod non dubitem ex multis coniecturis, hanc tractationem in gloriam Evangelii cessuram. Coguntur enim adversarii ipsi fateri ecclesiam magnis abusibus obrutam; qui si noti fuerint, quemadmodum Caesar hoc prae se fert, accidet de toto papatu, quod fieri solet cum ruinosum aliquod aedificium movetur, ubi, concusso et quassato uno aut altero tigno, tota moles corruit. Contra larvas Pontificis et Episcoporum nostri acriter disputaverunt, posita hac propositione, quod nullus esset episcopus, qui non vero Episcopi officio et munere fungeretur; ac negaverunt, esse episcopos omnes paene eos, qui iam hoc solo titulo feruntur, cum re ipsa longissime ab Episcoporum officio absint. Fremunt haud dubie nostri illi Caiphae; sed haec ferre coguntur, et haud dubie longe graviora, si qua coepta fuerit reformatio ecclesiae, in quam Caesar totus incumbere dicitur. Habet secum primarium consiliarium dominum *de Prato*, aequissimum causae nostrae, et Doct. *Navis* videtur addictissimus esse veritati. Sed D. *Granvellam* existimant magis Pontifici addictum, et fortassis etiam minus intelligit hoc negotium quam alteri duo, de quibus iam dixi. Audit ac legit iam Caesar ea, quae antea nunquam audire ac legere potuit, et fertur plerosque abusus intelligere. Cupit etiam, sibi catalogum abusuum offerri, idque nostros facturos existimo. Et sunt haud dubie in altera parte multi Nicodemi, qui veritatis lucem expetunt et sperant, et non desinent causam Evangelii, quacunque poterunt occasione, promovere.

Ego brevi existimo finem colloquii instituti de religione hic futurum. Nam vix quatuor adhuc tituli in libro restant, qui habent gravissimas et difficillimas materias, de quibus nostri haud dubie cum altera parte convenire non poterunt. Ideoque fortassis eo res delabetur, ut et illi et nostri suam sententiam de iis articulis perscriptam Caesareae Maiestati offerant; et id meo iudicio non parum conducet ad informandum Caesarem de his controversiis.

Haec dom. Vest. pro mea observantia scribenda duxi, ac optarem, ut antea etiam scripsi, vel Illustrissimum huc venire, vel vest. dom. hic esse. Fui his diebus magna imbecillitate et gravedine capitis vexatus et adhuc, sed spero, deo volente me melius habiturum. Commendo me dom. Vest. ut patrono mei amantissimo. Bene valeat do. vest. Datae Ratisbonae XXI. die Maii anno dom. 1541.

Do. vest. studiosissimus
Franciscus Burchart
Cancell.

No. 2240. (20. vel 21. Maii.)

Carolo Imperatori.

Mel. Select. epist. p. 50 sqq. — Epistol. lib. II. p. 1 sqq. (edit. Lond. lib. II. ep. 1.). Recusa etiam a Pezelio in Mel. Consil. lat. P. I. p. 454.

Epistola ad Carolum V. Imperatorem, Ratisbonae scripta 19. *Maii. Anno* 1541.

S. D. Invictissime Imperator, Auguste, Domine clementissime. Non inusitatum est eos, qui adhibentur ad conciliationes, in[1]) utriusque partis odia incurrere et utrinque plagas accipere. Id mihi non nunc primum accidit. Nostri me accusant, quae-

---

1) *in* om. Peuc. in lib. II. et Pez.

dem a me languidius[1]) defensa esse. Et fateor me quaedam studio pacis et concordiae, quae disputari diutius[2]) poterant, concessisse alteri parti. Quid ad communem concordiam utilius esset, quam quod de autoritate Episcoporum respondimus? Non pugnavi de iis ceremoniis, de quibus hactenus collocuti sumus, cum tamen quaedam sine gravi causa flagitarentur. Sed in contentione de autoritate Synodorum ut essem acrior, et veritate et publica Ecclesiae necessitate movebar. Eaedem me causae moverunt, ut, cum de privata absolutione moderatam et utilem sententiam proposuissemus, tamen Ecclesiis necessitatem enumerationis imponi nollem. Hic intelligo me accusari apud Caes. M. V.[3]) tanquam durum et pertinacem. Et, ut audio, suspiciones contra me ex his causis ortae sunt, quod fertur[4]) me a *Luthero* habere instructionem, incitari etiam sermonibus caeterorum concionatorum, qui adsunt. Postremo, quod me forte Legatus Gallicus allocutus est. Cum autem maxime optarim, tanto Principi, non solum potentia sed multo magis heroica bonitate et clementia excellenti, et cupienti iuvare Ecclesiam, maxime probatam esse meam voluntatem, iudicavi necessario suspiciones illas refutandas esse; et cum summa reverentia oro, ut hanc meam purgationem simplicem et veram Caes. M. V. clementer accipiat. Verissimis testimoniis confirmare possum, me a *Luthero* nulla mandata habere, qui ipse, si ad haec negotia adhiberetur, facilius fortassis ostenderet rationem sarciendae concordiae, quam plerique alii. Dux *Saxoniae* generalia mihi mandata dedit, ne a veris sententiis discedam; id praeceptum alioqui infixum esse cuiusque animo debet, etiam sine Principum mandatis. Quod autem dicor communicare consilia cum caeteris concionatoribus qui adsunt, fateor mihi quosdam familiares esse, sed viros graves et moderatos, quibus cum interdum colloquor de negotiis, vel ut ipse de rebus tantis cogitare accuratius possim, vel ut quorundam suspicionibus occurram, quae interdum oriuntur ex fabulis, quae in populo sparguntur, ut solet fieri. Nec tamen illorum magis quam meo iudicio dixi, et scripsi ea quae hic a me proposita sunt. Nec pugnavi usquam de re non necessaria. Duae causae fuerunt, altera de Synodis, altera de enumeratione. Nec dubito subire iudicia bonorum et doctorum virorum toto orbe terrarum. Quis enim non intelligit quantum periculum sit Ecclesiae, si tribuatur Synodis, id est, certae hominum multitudini, quod errare et labi non possit, cum Propheta dicat, *Maledictus qui confidit in homine?* Quis etiam non videt legem de enumeratione peperisse horribiles dubitationes, et obscurare fiduciam, qua mentes amplecti Christi beneficium debent? Spero doctos et bonos viros ubique terrarum probaturos esse meum consilium, quod de his tantis rebus acrius contendi, ac intellecturos, me in hac re non alienis adfectibus, sed necessitati Ecclesiae serviisse. Nota sunt mea studia multis in hoc conventu, ac praecipue collocutoribus. Hi testes esse possunt, me multas controversias moderatum esse et diremisse. Sed habeat[5]) suas metas moderatio. Luceat in Ecclesia veritas, quam Filius Dei ex[6]) sinu Patris allatam patefecit. Ac optarim Caes. M. V. introspicere meum pectus, et videre animum, ut vere indicare possit[7]), quod sit meum consilium, quae voluntas tot iam annos in his controversiis. Volui extare doctrinam veram, proprie explicatam, certam, Ecclesiae utilem. Hic fuit mihi semper studiorum et actionum scopus, ut multa testimonia ostendunt. Quare boni consulendum est, si corruptelas rectae doctrinae stabilire aut adiuvare non volo. Tertia querela de congressu cum Gallico Legato, si quos movit, hi me prorsus non norunt. Sum scholasticus, et alienus ab omnibus aulicis negotiis, et colo scholasticas amicitias, quae mihi sunt etiam cum aliquibus Gallis, propterea quod hoc tempore maxime floret Gallia doctrinae studiis. Adierunt ergo me hic quoque aliquot studiosi[8]) adolescentes. Cum his loquor de Philosophia, de eloquentia. Sunt etiam qui mecum[9]) interdum de doctrina Christiana sermones miscent. Per hos adolescentes veni in notitiam legati Gallici, qui me semel tantum in via, forte deambulantem cum Gallico adolescente, paucis verbis salutavit, adiiciens etiam se optare ut concordia Ecclesiae feliciter hic constitueretur, deploravitque haec

1) Peuc. in lib. II. et Pez. *languidius a me*, hoc ord.
2) Peuc. in lib. II. et Pez. *durius pro diutius.*
3) Pez. *tuam pro V.*; ac similiter postea.
4) Peuc. in lib. II. et Pez. *ferunt.*

5) Peuc. in lib. II. *habet.*
6) Peuc. in lib. II. *e* pro *ex.*
7) Peuc. in lib. II. *posset.*
8) Peuc. in lib. II. *studiosi quidam* pro *aliquot studiosi.*
9) *mecum* om. Peuc. in Select. epp. et Pez.

dissidia in Germania. Haec fuit summa orationis. Si quis aliud suspicatur actum, de utroque errat. Hanc simplicem et veram purgationem spero Caes. M. V. satisfacturam esse. Sed satis animadverto ex his seu narrationibus seu suspicionibus, quosdam malle me abesse ab his conciliationibus, quae institutae sunt. His ago gratias. Nam ut ex animo cupio fideliter Ecclesiae Filii Dei servire, ita profecto ab his fucosis conciliationibus abhorrui, et nunc dimitti me etiam atque etiam oro. Etsi enim non dubito, quin Caes. M. V. optima voluntate has conciliationes instituerit, et cupiat Ecclesiae consulere, et communem concordiam constituere: tamen multa sanctissimis conatibus obstare vidi. Difficile est aliquid admittere contra communem consuetudinem, quamvis recentium temporum. Ideo cogitavi futurum, ut aut iuberemur dogmata nostra prorsus abiicere, si qua dissentiunt a consuetudine ubique recepta, aut decurrendum esse ad ambiguas et flexiloquas conciliationes, sicut olim accidit in Syrmiensi Synodo. Ideo fateor me maximo in metu semper fuisse de exitu harum actionum. Sed tamen cum propter virtutem et pietatem Caes. M. V. putarem non omnino desperandum esse, passus sum me adhiberi ad has actiones. Principia fuerunt mediocria. Sed postea utrumque accidit. Iubemur abiicere articulum de Enumeratione. Deinde multa sunt in libro flexiloqua, ubi [10]) recepti abusus excusantur, et novis coloribus pinguntur; et tamen semina retinentur. Hic cum adsentiri sine offensione conscientiae non possim, quid aliud faciam, quam ut dimitti me orem? Scio doctrinam Ecclesiarum nostrarum vere esse doctrinam Catholicae Ecclesiae Christi; idque fateri multos sapientes arbitror. Sed hi nos arbitrantur in abusibus tollendis fuisse duriores quam opus fuit. Ipsi retineri aliquam Sanctorum invocationem, privatas Missas, et similia quaedam cupiunt; ideoque nos regredi volunt, volunt semina abusuum [11]) a nobis adprobari. Id cum non possim facere, iterum me dimitti etiam atque etiam peto.

---

10) Pez. *ibi.*

11) *abusuum* om. Peuc. in lib. II.

No. 2241. 22. Maii.

Narratio de colloquio.

† Ex Actis in Tabul. Vinar. Registr. E. fol. 48. Vol. I. p. 418.

Den verschienen Freitag, Sonnabend nach Cantate und Sonntag Voc. Iucundit. seind die übrigen Titel des Buchs verlesen und gehandelt worden, nämlich in der Lehre, so durch die Kirche erklärt und angenommen seind: vom Brauch der Sacrament; von der Kirchen Disciplin; von des Volks Disciplin.

In dem vordersten jetzt gemeldten Artikel wird gehandelt von der Heiligen Anrufen und der Messen. Und wiewohl er etwas gefärbt ist, denn sie bekennen die groben Mißbräuche in der Heiligen Anrufen, item in der Privatmessen: so ist er doch also verdunkelt, daß die Wurzel solcher Mißbräuche bleiben. Darum es auch die Unsern nicht annehmen wollen, und sich zur Declaration erboten.

Dergleichen im andern Artikel vom Brauch der Sacramente, ist es also gestellt, daß sie bekennen, daß der Brauch des ganzen Sacraments der Einsetzung Christi gemäß sey; darum er auch frei zuzulassen, und nicht zu verdammen sey. Aber gleichwohl, dieweil dieses eine Ceremonia, und der Brauch also in die Kirche gekommen einerlei Gestalt zu gebrauchen, sey solches auch nicht zu verdammen; welches die Unsern nicht approbiren mögen, dieweil es unsers Herrn Christi Institution ungemäß.

Item von der Messe wird in solchem Artikel angezeigt, daß es recht und christlich sey, daß in der Messe Communion gehalten (werde); aber gleichwohl möchte man auch Messe halten ohne Communicanten, hintangesetzt und abgestellt die groben Mißbräuche von der Application ex opere operato etc. Das haben die Unsern auch nicht approbiren mögen.

Item in solchem Artikel wird eingeführt, wie es in primitiva ecclesia mit der Priester Ehe gehalten, und welcher Gestalt dieselbige durch die Canones zugelassen und verboten; und dieweil so viel Aergerniß derhalben unter den Geistlichen vor Augen, solle auf Maaß und Wege getrachtet werden, wie demselbigen zu rathen. Würde also die Priesterehe ausdrücklich nicht verboten noch zugelassen. Darauf die Unsern angezeigt, daß in alleweg die Priesterehe vermöge der göttlichen Schrift müsse frei gelassen werden.

Von Klostern wird in dem Artikel auch angezeigt, daß sie einer Reformation hoch bedürftig. Als ist von den Unsern angezeigt, daß die beste Reformation sey, daß man die Klöster ganz abgehen lassen, und mit der Zeit Schulen daraus gemacht würden, da es gelegen und sonst christliche Verordnung, wie es durch die Oberkeit möchte bedacht werden.

Die letzten zween Artikel von der Disciplin haben keinen sondern Streit, denn die stehen auf der Reformation.

Und nachdem das Buch durch die Verordneten zu der Unterrede zum Ende bracht, ist für gut angesehen, daß die Herren Theologen solches wiederum übersehen sollen, und darneben in Margine anzeigen, worinnen man einig oder nicht, und alsdann Kais. Maj. desselben Bericht thun.

Darneben aber seind die Unsern bedacht, bei jedem strittigen Artikel nothdürftige Declaration zu thun. Solches wird in 2 oder 3 Tagen noch verfertigt werden.

Es ist auch, vor den vier obgemeldten, ein Artikel von dem Kirchenregiment und Ceremonien gelesen, darinnen des Papsts Autorität subtil mit eingeführt, darwider dieses Theils Theologen ihre Meinung angezeigt, daß sie den Primat nicht wüßten einzuräumen.

No. 2242. 28. Maii.

Burchardus ad Pontanum.

† Ex autogr. Franc. Burch. in Tabul. Vinar. Registr. E. fol. 48. Vol. V. p. 250.

Dem Hochachtbaren und Hochgelahrten Gregor Bruck, der Rechte Doctorn rc.

S. D. Clarissime dom. Doctor, Patrone observande. Intellexi ex literis dom. vestrae quae causae Illustriss. Principem adhuc remorentur, quod eius Cels. se nondum huc conferat. Eae profecto mihi quoque maximi ponderis esse videntur. Nam licet multa sint ad quae videatur Illustriss. ipsius Celsitudinis praesentia conductura, quaeque tum publico tum privato bono futura sint: tamen illae ipsae rationes a dom. vest. significatae meum quoque animum diverse trahunt, ut non queam adfirmare utrum quid factu sit optimum. Et in causis tam magnis eventus est plerumque incertissimus. Videtur animus Caesaris non nihil a Pontifice abalienatus. Videtur etiam reformationem cupere et necessariam esse fateri. Sed interim tamen omnia fiunt, ut ego quidem coniicio, cum consilio legati ipsius quem alteri ad colloquium relligionis destinare, non audent offendere. Imo video ipsum *Granvellam* admodum parcere dignitati et auctoritati pontificis, et dicunt, vereri se, ne pontifex novas tragoedias et conspirationes contra Caesarem moliatur, si resciscat, Caesarem nimium velle suae auctoritati derogatum. Ideoque caute agendum. Hoc quod sit, facile intelliget dom. vestra. Volunt reformare ecclesiam illo idolo retento; volunt pulveres abusuum discutere servata radice, ut eo facilior occasio sit repullulandi istius mali. Ideoque mihi quidem plane aliud adparet esse illorum consilium, quam nostrorum. Nos enim veritatem lucere, illi qualem qualem nebulam obfusam cupiunt, ut rectissime sentit etiam dom. vestra. Ideoque nostris eo cautius est agendum. Et profecto constantissime agit dom. *Philippus.* Sed dici vix potest, quantae struantur insidiae, quas tamen ipse per Dei gratiam, quantum possibile est, cavet.

Hisce diebus de quibusdam praecipuis articulis est tractatum, videlicet de missa, canone et aliis, ac iam haerent in articulo *de primatu,* quem tecte stabilire cupiunt. Nolunt adperte adserere eum esse iuris divini, neque tamen pati volunt, ut a nostris clare negetur; adeo, ut mihi videatur esse caput huius totius tractatus, si possint quoquo modo hunc obtinere dominatum. Nam etiamsi omnia concederent alia, cum tempore sperarent, se posse iterum in pristinum statum rem redigere, et ita veluti postliminio pristina sua iura recuperare. Hic certe erit vigilandum, et spero, D. *Philippum* fortem futurum, cui quidem *Pistorius* constanter adsistet, sed tertius (*Bucerus*) in hac parte satis friget. Intra paucos dies videbimus, quorsum res evasura sit. Ego quantum possum singulis paene horis D. *Philippo* monitor et hortator adsum, licet per Dei gratiam per se sit promptissimus. Tamen abundans cautela, ut dici solet, non nocet. Vellet D. *Philippus* omnino se liberatum esse ab hac tota tractatione; idque spero futurum. Dici non potest, quantum D. *de Granvella* hoc negotium urgeat, qui tamen non audet aut non vult offendere pontificem. Fatetur tamen nostros iustissimas ob causas abusus illos ecclesiasticos reprehendisse, ac Caesarem aliter de multis informatum fuisse. Promittit quidem opti-

ma quaeque de reformatione, sed ego metuo, eos vocare reformationem levium erratorum et praecipue quantum ad mores attinet Ecclesiasticorum, quorum nullus, ut in confesso est, suum facit officium. Sed de erratis doctrinae in his video eos frigidius agere, imo cupere fucatos non sublatos errores. Sed quidquid erit, brevi videbimus exitum huius actionis, quam tamen non dubito in gloriam evangelii redundaturam, licet Pontificii haud dubie aliud spectaverint. Et Deus hactenus omnes illos conventus pro gloria nominis sui gubernavit. Spero propter preces piorum etiam nunc causam suam, hoc est propagationem piae et sincerae doctrinae, Deum non deserturum esse.

Haec duxi iam Vest. dom. rescribenda, meque dom. Vest. etiam atque etiam commendatum cupio, hoc quoque addito, quod optarim adhuc, V. do., si commode fieri possit, hic adesse. Bene valeat do. V. Datae Ratisbonae XXIIII. die Maii anno dom. 1541.

V. do. studiosissimus
Franciscus Burchart
Cancell.

No. 2243. 28. Maii.

Protestantes ad Franciscum Galliae regem.

Mel. Epist. lib. III. p. 4 sqq. (edit. Lond. lib. III. ep. 2.). — A Melanthone exarata est haec epistola.

Ad Franciscum I. Regem Galliae, Illustriss. Principum atque ordinum Imperii protestantium nomine, a Philippo Melanthone scripta Epistola.

Salutem et obsequium nostrum. Serenissime atque Christianissime Rex. Quoniam ea benevolentiae signa Regia dignitas vestra nobis semper exhibuit, quae argumento esse possint, Regiam Maiestatem vestram optimo esse et amicissimo erga nos animo, aliquoties etiam experti sumus apud Regiam Cels. vestram nostras preces non parum habuisse momenti. Itaque nunc etiam de quorundam privatorum incolumitate, qui partim in variis regni vestri locis, praesertim *Gratianopoli*, et aliis Provinciae Urbibus capti tenentur, partim cum parvis liberis miseri reliquerunt suas domos, et in cavernas fugere coacti sunt, propterea quod de doctrina Christiana idem sentiant quod Ecclesiae nostrae profitentur: ad Reg. Cels. vestram scribendum et pro illis intercedendum duximus.

Magno dolore afficimur, quod, cum negari non possit, multos veteres abusus haerere in Ecclesiis, ita tamen exarserit iracundia passim, ut et salutares sententiae obruantur, et non solum homines privati, sed etiam gentes totae veniant in periculum. Quae cum supplices fiunt Regiae Cels. vestrae, existimet Regia Cels. vestra non nos tantum, sed ipsam Ecclesiam Christi lugentem iacere ad pedes summorum regum, et opem implorare ac petere, ne lux exorientis Evangelii extinguatur, et ut modestis hominibus ac Christi membris parcatur.

Scimus hos, qui propter piam doctrinam sunt in odio, interdum praegravari aliis criminibus, ac dici seditiosos. Vidimus autem confessionem aerumnosorum illorum oblatam curiae *Gratianopolitanae*, et purgationem obiectorum criminum. Quare magis deprecandum esse pro eis duximus, quia doctrinae confessio pia est, et haud dubie pura sententia Catholicae Ecclesiae Christi, quam et nos profitemur.

Oramus igitur Regiam Cels. vestram, ut tum captivorum illorum, tum aliorum, si qui propter easdem causas periclitantur, vitae parcat, eosque dimittat incolumes.

Audimus quidem nonnullis ita veniam concedi, ut abiiciant confessionem doctrinae, quam ipsi piam esse non dubitant. Quod cum facere ipsa morte sit acerbius, oramus ut Regia Cels. Vestra id quoque propter Deum mitiget. Neque enim ignorat Maiestas vestra, quam grave sit aliquid, praesertim in Religione, contra conscientiam approbare.

Erit haec clementia grata Deo, et habebit praemia divinitus, sicut Psal. inquit, *Beatus qui intelligit super egenum et pauperem, in die mala liberabit eum Deus.*

Quare ut hac in re erga miseros illos, ubicunque sint, se clementem praestet Regia Maiestas vestra, etiam atque etiam oramus. Idque erit tum nobis, tum omnibus istis, qui nobiscum eandem Religionem profitentur, maximi beneficii loco, praesertim si intelligamus illos nostra intercessione fuisse liberatos: et apud bonos omnes non vul-

garem clementiae et moderationis laudem Regia dignitas vestra obtinebit.

Nos etiam si haec impetrabimus, quemadmodum bona spes est, studebimus vicissim, quibus poterimus officiis memores et gratos animos testari, optantes ut Deus Opt. Max. Cels. vestram diu servet incolumem et florentem. Datae Ratisponae XXIII. Maii, Anno Christianae salutis, M.D.XLI.

Principes, Legati, Status et ordines coniuncti Augustanae confessionis: iam Ratisponae congregati.*)

No. 2244. 23. Maii.

Melanthon ad eundem.

Mel. Consil. latin. P. I. p. 476 sq.

Ad Regem Franciae Franciscum I. intercessio: pro iis qui per provinciam in Gallia Merindoli religionis caussa persecutionem patiebantur, Ratisbonae scripta a Philippo Melanthone, nomine Principum, Legatorum, Statuum, et Ordinum Religionis Christianae, quos Augustanae Confessionis nominant, Mense Martio [immo *Maio*], 1541.

Inclyte et Christianissime Rex. Ut in publicis libertatis nostrae periculis saepe nos ipsos commendavimus Regiae Celsitud. vestrae, propter excellentem et heroicam virtutem, et bonitatem vestram: ita nunc de privatorum quorundam incolumitate ad R. C. V. scribendum esse duximus, qui in urbe R. C. V. N. capti tenentur. Quos audimus de doctrina Christiana idem sentire, quod Ecclesiae nostrae profitentur. Magno igitur dolore afficimur, quod, cum negari non possit, multos veteres abusus haerere in Ecclesiis, tamen sic exarserit iracundia passim, ut et salutares sententiae obruantur, et non solum homines privati, sed etiam gentes totae veniant in periculum. Hae cum supplices fiant R. C. V., existimet R. C. V. non nos tantum, sed ipsam Ecclesiam Christi languentem iacere ad pedes summorum Regum, et opem implorare, petere cognitionem aequam, et rogare, ne lux exorientis Evangelii extinguatur, et ut modestis hominibus et membris Christi parcatur. Scimus hos, qui propter piam doctrinam sunt in odio, interdum praegravari aliis criminibus, ac dici seditiosos. Audimus autem captos modestos et doctos viros esse. Oramus igitur R. V. C. ut vitae illorum captivorum parcat, eosque dimittat incolumes. Erit haec clementia grata Deo, et habebit praemia divinitus, sicut Psalmus inquit: *Beatus, qui intelligit super egenum et pauperem.* Toties de nobis ipsis iudicari sentimus, quoties boni, et modesti, et pie sentientes rapiuntur ad supplicia. Maxime autem optaremus nobis concedi aliquando in Synodo vel aliis honestis conventibus coram R. C. V. libertatem exponendi nostrarum Ecclesiarum doctrinam. Quod si fieret, non dubitaremus R. C. V. iudicium profuturum universae Ecclesiae, et futurum, ut periculo ipsi liberaremur. Deus gubernet Regiam Celsitudinem vestram, et servet incolumem et florentem. Ratisbonae 1541. 23. Martii.*)

No. 2245. 23. Maii.

Georgio Anhaltino.

Ex autographo Melanthonis in Tabul. Anhalt. edita a Cl. Lindnero in den theologischen Studien und Kritiken (herausg. von Ullmann und Umbreit) Jahrg. 1835. p. 359.

Illustri principi ac Domino D. Georgio, principi in Anhalt et Ascania, praeposito Ecclesiae Madeburgensis, Domino suo cum observantia colendo.

S. D. Illustris princeps. Initio colloquii propositus est nobis Liber, nomine Imperatoris scriptus, ut animadverto, a *Gropero* Coloniensi, in quo quia quaedam erant moderationes controversiarum, existimatum est scriptum illud quasi viam ad concordiam monstraturum esse. Cepimus legere primum de Iustificatione, sed cum haberet multa perplexa et flexiloqua, nec *Eccio* nec mihi liber placuit. Quare re ipsa primum per aliquot dies disputata, tandem decurritur ad qualemcunque formulam, in qua iustificatio tribuitur fidei, iuxta Evangelii doctrinam. Postea redeundum fuit ad librum. Lectus est articulus de Ec-

*) Haec subscriptio praetermissa est in edit. Lond.

*) In mense manifestus est error, et legendum: *Maii.*

clesia. Ibi ingens certamen ortum est; contendebant adversarii, synodos generales non posse errare. Tandem, cum non cederemus adversariis, seposita est haec quaestio. Secutae rixae de Conversione panis in coena domini; sed multo acrius certamen fuit de Enumeratione in confessione. Hanc volebant esse necessariam. Nec mutant sententiam. Postea disputatum est de potestate Episcoporum, de Invocatione sanctorum, de Missa. Cumque in his articulis dissideamus, breviter percurrimus reliquum libri, et nunc nostra acta Imperatori exponemus.

Habetis historiam usque ad diem Maii 23., quam aliquando coram narrabo copiosius. Opinor eos, qui librum illum Imperatori commendarunt, nunc aliquantulum reprehendere suum consilium. Sed coram haec. Nostri multo gravius fecissent, si initio testati essent, se non discessuros esse a confessione et se reddituros rationem sententiae suae Imperatori et legitimis conventibus omnibus, nec velle corrumpi res veras fucosis [1] conciliationibus. Sed deus etiam ex hoc periculo nos liberabit. Et fortassis ad hoc proderit haec agitatio, ut Imperator de aliquibus materiis melius doceatur nunc et resciscat, sententias nostras non adeo absurdas esse, ut traducuntur ab adversariis. Bene valete. die 23. Maii.

Philippus Melanthon.

No. 2246. 24. Maii.

Alberto Duci Pruss.

Ex autographo edita a Fabro ep. 9. p. 38 sqq.

An den Herzog Albrecht von Preußen.

Gottes Gnad durch unsern Herrn Jesum Christum zuvor, Durchleuchtigster hochgeborner gnädigster Furst und Herr, Wie sich der Anfang und fürder die folgende Handlung des Gesprächs in Religion-Sachen allhie zugetragen, werden E. F. G. aus beigelegter Schrift vernehmen. Gott wölle uns gnädiglich aus diesem Flickwerk helfen. Man redet davon, als sey K. M. zu einer ziemlichen Reformation geneigt, und aus dieser Hoffnung haben sich etlich eingelassen, in diese Handlung, Aber daß man solche vermeinte Reformatio daran anfahen will, an unser Lahr Zerrüttung, oder Verdunkelung, dazu hab ich nit Lust, von diesen Sachen will ich zu Ausgang des Reichstag, durch Gottes Gnad, lautern Bericht zuschreiben. Denn diese ganze Handlung ist mit mancherlei Anschlägen practicirt, und ist nit gut, daß menschliche Weisheit sich also in göttliche Sache menget. Aber es muß die rechte Kirch mancherlei Anfechtung haben, Gott bewahr E. F. G. allezeit. Datum Regensburg 24. die Maii 1541.

E. F. G.

unterthäniger Diener

Philippus Melanthon.

1) Lindnerus edidit: *Incesis*? — Sed dubio caret, legendum esse *fucosis*.

Historia Conventus Ratisponensis.

Eadem hist. legitur in cod. Rehd. Vratisl. Vol. III. et magnam partem etiam in cod. Bav. II. p. 298. Iisdem verbis incipit historia uberior de conventu d. 23. Iulii, quae conferenda est.

(Autographon Melanthonis.)

Initio conventus postquam exposuit Imperator *Carolus*, se deliberationes institui velle de controversiis Ecclesiasticis dirimendis, coniuncti confessioni Augustanae petiverunt pertexi disputationem *Wormatiensem*, ut ex ea explicatione Imperator et principes cognoscere possent, et quae res veniant in controversiam, et qui sint fontes.

Quomodo enim eligi verae sententiae a principibus possunt, nisi res hoc modo collatae et diserte explicatae eis proponantur? Sed [1]) hoc consilio repudiato, Imperator ostendit se paucos [2]) delecturum esse, non ut sententiae inter se pugnantes defenderentur, sed ut quaererentur [3]) quae dogmata [4]) conciliari possint. Ac ne quid periculi esset ex hac deliberatione partibus, praefatus est velle se non teneri [5]) quenquam his deliberatis, nec vim ea [6]) praeiudicii habere, sed omnia rursus ad consilium principum referenda esse.

Postulavit item, ut sibi permitteretur, ut suo iudicio quos vellet deligeret.

Nihil mirum est in re tanta dissimiles esse hominum voluntates, dissimilia studia, et iudicia. Sed erant quidam, qui ab hoc toto consilio conciliationum abhorrebant, propter magnitudinem periculi.

Multa enim sunt, et vetera et recentia exempla, quae admonent in talibus conciliationibus plerumque decurri ad ambiguos flexiloquos, fu-

1) Cod. Bav. *exponantur, et* pro *eis proponantur? Sed.*
2) † *quosdam* cod. Bav. 3) Fab. *querentur* mendose.
4) † *inter se* cod. Bav. 5) Cod. Bav. *tueri* mendose.
6) *ea* om. cod. Bav.

cosos et fallaces articulos, quibus veritas obruitur, et non sanantur Ecclesiae, sed magis dissipantur.

Alii contra disputabant, hanc viam etiam profuturam esse ad declarandas sententias, quas profitentur Ecclesiae[7]), quae amplexae sunt Augustanam confessionem, praesertim si interfuturi essent boni viri, qui Imperatori recitarent, ut res posceret, disputationum summas[8]), Et imperator dixerat se velle inquiri veritatem. Futurum autem animum Imperatoris mitiorem, si intelligeret, non tam absurda esse dogmata Ecclesiarum nostrarum, ut a pontificibus, monachis et aliis Sycophantis traducuntur[9]). Addebant item, si colloquii huius deliberata referrentur ad principes, quosdam dicturos esse liberas et honestas sententias.

Tandem igitur eo decurritur, adsentimur Imperatori, ut hoc angustius colloquium instituatur, sed ita[10]), ne condantur flexiloqui articuli, sed ut simplex veritas patefiat. Et testatus est Imperator velle se inquiri veritatem.

Et in delectu hac usus est aequitate, Ex pontificiis tres legit, *Iulium*, *Eccium*, *Gropperum*. His addit[11]) ex altera parte tres, *Philippum*[12]), *Bucerum*, et *Nidanum pastorem*. Petitum est ut addantur principes ceu gubernatores colloquii, et aliqui[13]) auditores seu testes, ut acta recitari tum Imperatori, tum aliis principibus fidelius possint. Delecti sunt gubernatores Dux *Fridericus* Palatinus et *Granvelus*[14]).

Adiuncti auditores, Comes *de Manderschied*. *Eberardus Rhude*[15]). Cancellarius palatini Electoris. Cancellarius Saxonicus. Cancellarius Hessiacus. *Iacobus Sturmius*[16]).

Initio congressus Dux *Fridericus* rursus adhortatur delectos, ut sedatos et pios animos ad tantam deliberationem adferant, et dirimere controversias studeant.

Narrat ipsi Imperatori tot iam annos eam rem maximae curae fuisse, eoque multorum doctorum et bonorum explorasse sententias. Cum igitur quidam exhibuerint ipsi scriptum quod propter moderationem aliorum consiliis durioribus ante tulerit, velle Imperatorem ut delectis liber ille proponatur, qui quasi viam monstret ad dirimendas controversias.

Liber est exhibitus aequissima conditione, ut, quae non probarentur nobis, dicere liceret, et censuram adderemus. Etsi autem tutius videbatur nonnullis ex delectis percurrere Augustanam confessionem, tamen cum alii librum anteferrent, et incivile videretur nolle inspicere scriptum propositum ab Imperatore, sine iniquis conditionibus, convenit ut liber legeretur, et ordine dicerentur sententiae.

Initia non habebant controversias de conditione hominis, de lapsu, de libero arbitrio, de causa peccati, de vitio originis. De his locis nunc quidem rixae nullae fuerunt.

Secutus est locus de reconciliatione hominis seu Iustificatione, de quo farrago illa neutri parti satisfaciebat, et quia novas quasdam sententias continebat, et quod pleraque erant obscura, impropria et flexiloqua ut alias videretur recte dicere, fide propter Christum iusti sumus, alias contra, propter donatas virtutes iusti sumus, ut Thomas seu ut Plato loquitur.

Seposito igitur libro de summa rei libere disputatum est, et tandem ad formulam decursum, in qua recepta et explicata est sententia, Fide propter Christum gratis iustificamur, non propter virtutes nostras.

Cum de hoc loco convenisset, redire ad librum iussi sumus. Lectus est locus sequens de Ecclesia. Hic ut facilius obtineri sequentia possent, insidiose addita est hypothesis, communem consensum Ecclesiae, et Synodos legitimas non errare. Hic magnum certamen ortum est, cumque per aliquot dies de hoc loco diligenter disputassemus, et pars delectorum scripsisset contrariam sententiam, iussi sumus reiicere hanc partem in aliud tempus.

Lectus est locus de Sacramentis, in quo cum ventum esset ad coenam Domini, rixae ortae sunt de conversione substantiae panis. Reiecta est et haec disputatio in aliud tempus. Postea acerrima contentio de re non magna secuta est. An in confessione, ut vocant, necessaria sit delictorum enumeratio. Defendebatur regnum confessionum a nonnullis, vel propter autoritatem ordinis sacerdotum, vel propter culinas monachorum. Sed ab aliis exhibita est contraria sententia copiose explicata.

Ventum est ad locos de potestate Episcoporum, de invocatione sanctorum, et de oblatione

7) *sed magis* etc. om. cod. Bav. ob homoeoteleuton.
8) *disput. summas* om. cod. Bav. 9) Cod. Bav. *praedicatur*.
10) *ita* om. cod. Bav. 11) Cod. Bav. *addidit*.
12) *Philippum* post *pastorem* transp. (*et* omisso) cod. Bav.
13) Cod. Bav. *alii* pro *aliqui*. 14) Cod. Bav. *Granvellius*.
15) † *consiliarius Moguntinus* cod. Bav.
16) Hic finitur historia in cod. Bav., ubi tamen add.: *Inchoatus est congressus delectorum XXVIII. Aprilis.*

in coena Domini, seu de adplicatione Missae, ut vocant. De quibus materiis cum non potuerit convenire, rursus erunt contrariae sententiae exhibendae. Tandem igitur abiecta spe conciliationis reliquum libri percurrimus, et scriptum adornatur in quo Imperatori Acta nostra referantur.

No. 2247. 24. Maii.

Reibisch ad Medlerum.

Ex apographo in Volum. epist. Meining. ep. 98. et apogr. in cod. Bav. II. p. 419., e quo edidit Danz. in epp. ad Medler. ep. 7.

Clarissimo Sacrae Theologiae Doctori D. Nicolao Medlero etc.

S. D.[1]) Quod tibi et[2]) aliis amicis officium meum gratum fuisse tantopere praedicas, pro candore tuo facis. Ego mehercle, si qua possum voluntate vel opera tibi et aliis amicis libenter gratificor. Quare ista magnifica gratiarum actione opus non fuisset, tanto minus, quod te mihi propterea ad ἀντίδωρα obstrinxisses[3]), cum me[4]) tibi propter ius hospitii multis nominibus adhuc devinctum habeas, qua obligatione me nondum exsolvi[5]). Ut autem significatione aliqua officii tibi meam qualemcunque[6]) operam aliquo modo testatam faciam, ad historiam instituti conventus pertexendam redeo[7]).

Collocutores de omnibus propemodum articulis et maxime praecipuis sunt conciliati, nisi quod huiusmodi tractatus consensu Imperatoris et aliorum ordinum publice nondum sit approbatus, nec communicatus etiam; et quanquam proxime scripseram[8]) tibi, eam collocutionis formam servari, quae in confessione nostra iuxta seriem articulorum est praescripta, tamen in hoc, ab alio male informatus, deceptus sum. Sed ita se res habet. *Gropperus*, unus ex collocutoribus, librum quendam comportavit, in quo talem qualem[9]) conciliationem doctrinae nostrae et adversariorum est complexus, simulque[10]) obtulit Imperatori. Ex hoc iuxta illius praescriptum instituta collocutio perficitur. Hunc librum ille pro sua φιλαυτίᾳ δόξᾳ[11]) mordicus tenet, ita ut et difficulter veritate et fundamentis scripturae etiam convictus, invitus cedat nostris, quae res D. *Philippo* spem futurae et durabilis conciliationis propemodum praecidit. Quia vero res magnae maximos aestus et varias vicissitudines habent, quibus hinc inde agitantur[12]) adhuc de concordia, ut mihi videtur, non est desperandum. Hoc est certum[13]), Imperatorem de nostra et Evangelii causa melius informatum esse, quam fuerit hactenus, et hic etiam serio colloquium urget, etsi integram et exactam rationem verae doctrinae nondum teneat, sicuti[14]) fieri non potest, quem si hoc modo et per istiusmodi colloquium lucrifacere possemus, profecto nobis magnificam victoriam in hoc conflictu peperissemus[15]).

Eccius febri correptus aliquamdiu a colloquio abfuit, et adhuc propter valetudinem non est adhibitus. *Gropperus* etiam male habuit, sed est restitutus, qui tamen cum *Eccio* se nostris apprime opponit; de quibus nostri facile triumpharent, si certamen aequis conditionibus susciperetur. Sed tandem vincet veritas.

Rumores apud vos sparsi, de quibus mihi scripsisti, sunt inanes[16]). Quid autem de plerisque sit futurum (intelligis quos putem)[17]), eventus comitiorum[18]) declarabit. *Turcam* aiunt cum 60,000 militum nuper in Pannoniam traiecisse, quibus copiis duas Waschas[19]), ut vocant, praefecit. His rex *Ferdinandus* 30,000 occurret, qui numerus quotidie augetur.

---

1) *D.* add. cod. Bav.
2) Danz. *ut* pro *et* mendose.
3) *tanto minus* etc. praetermissa sunt in cod. Bav. et ap. Danz.
4) Cod. Bav. et Danz. *nos.*
5) Pro *me nondum exsolvi* cod. Bav. et Danz. *nondum absolvi.*
6) Cod. Bav. et Danz. *qualemqualem.*
7) Danz. *prodeo* mendose.
8) Cod. Bav. et Danz. *scripserim.*
9) Cod. Bav. et Danz. *quandam* pro *qualem.*
10) Cod. Bav. et Danz. *simul*, *quem* mendose.
11) Danz. φιλαύτῳ δόξῃ, ex arbitrio.
12) Apogr. Meining. *agitatur.*
13) Danz. *rectum*, mendose.
14) Cod. Bav. et Danz. *sicut.*
15) Cod. Bav. et Danz. *reperissemus.*
16) *Rumores* etc. non habet cod. Bav., nec Danz.
17) Danz. ex arbitrio *futurum intelligis*, *et propediem* pro *futurum*, (*intelligis quos putem*).
18) Danz. *Conciliorum*, mendose.
19) Cod. Bav. et Danz. *duos Bassas.*

Hic in aulis nostrorum principum quotidie Evangelium praedicatur, et a *Landgravii* ministris et praedicatoribus etiam sacramenta porriguntur, ad quod connivet Imperator. Vale in Domino. Ratisponae 24. Maii anno 1541.

T. I. R.[20])

De collocutoribus hoc scomma hic publice circumfertur, quod ab illusore quodam est inventum et in ore est omni populo: *Sie pfluegen, eggen, graben, malen, putzen und backen*[21]), *und richten nichts aus.* Quod si cuiusque nomen contuleris effectum et sententiam illius facile deprehendes[22]).

(*Adiecta fuit huic epistolae pagella, quam codex Bavari et Danzius non habent, haec:*)

Herzog Heinrich, der wüthende unruhe, hat ohne Vorwissen des Kaisers mit dem Kammergericht über die vorige Suspension der Acht wider die von Goslar gehandelt so viel, daß zu Regensburg am Thum wider die von Goslar ward angeschlagen, unter andern mit seinem Inhalt, daß sie declarirt worden als sträffig, ihr Hab, Leib und Gut jederman frei, aus dem Friede in Unfried, wie man ihnen abbrechen könnte, gestürzt worden, und Herzog Heinrichen würden die von Goslar in demselben angeschlagenen Brief zu straffen überantwortet und befohlen. Da solchs vor dem Kaiser kam, und ihm angezeigt, ward er unwillig und ließ forschen, wer denselben hätt angeschlagen ohne sein Beiwissen über die Suspension. Da war niemand, auch Herzog Heinrich nicht, der sich darzu bekennen durft. Also ließ der Kaiser, nachdem der Brief anderthalben Tag stundt, ihn abreißen, und die erdichtete falsche Acht zu nicht machen.

No. 2248. 25. Maii.

Narratio de colloquio.

† Ex Actis in Tabul. Vinar. Registr. E. fol. 48. Vol. I. p. 429.

Verzeichniß der Religion-Handlung den vier- und fünf und zwanzigsten Tag May. 1541. Regensburg. (Inscriptio in tergo huius scripti a Consiliariis Duci Sax. Electori missi.)

Den 24. und 25. Tag May haben die Herren Theologen sämmtlich, ausgenommen Doctor Ecken, der noch schwach ist, im Beiseyn des Herrn von Granvel und etlicher der Zugeordneten das Buch von neuem überlesen, und die Artikel, der man einig oder nicht, vor die Hand genommen und conferirt.

Nun ist etlicher Artikel halben, wie in dem nächst übersandten Verzeichniß gemeldet, kein sonderer Streit, und in etlichen haben die Herrn Theologen dieses Theils ihre Meinung schriftlich übergeben, nämlich von der Kirchen und Concilien Auctorität, vom Sacrament des Leibes und Blutes Christi, von der Absolution oder Beicht, wie solche Artikel alle unsern gnädigsten und gnädigen Herrn zugeschickt worden, darbei es auch dieses Theils Theologi wenden [bewenden] lassen, und sich auf solche ihre Schriften und Artikel referirt (haben).

Und nachdem die Theologen jenes Theils einen neuen Anhang de satisfactionibus an den Artikel von der Buß oder Beicht gemacht, wollen die Unsern dargegen ihre Meinung auch in Schriften gestellt übergeben.

Als auch ein Artikel von der Kirchen Regiment im Buch gesetzt, darinne des Papsts Primat angerühret, wiewohl nicht mit ausgedruckten Worten, Item von der Bischöffe Gewalt: haben die Theologen dieses Theils, nach allerlei Rede und Disputation, einen kurzen Artikel gestellt und übergeben, hiebei mit A verzeichnet.

Folgends auf den Artikel der Lehre, so von der Kirchen angenommen. Dieweil in demselbigen von Anrufung der Heiligen allerlei eingeführt, haben dieses Theils Theologen auch ihre Meinung schriftlich übergeben, lauts der Copei mit B notirt.

Deßgleichen von der Messen. Dieweil im Buch derselbige Handel weitläuftig disputirt, und die Application, wiewohl verdunkelt und gefärbt, mit angerühret, haben die Unsern ihre Meinung auch schriftlich übergeben, Inhalts des Artikels mit C gezeichnet*).

In diesem Artikel von der Lehre, so von der Kirche angenommen, ist etwas von der Heiligen Gebein und von Bildern mit eingeführt, doch also gestellt, daß es keine Beschwerung hat. Darum derhalben kein Streit

---

20) i. e. *Tuus Io. Reibisch*. Bav. inscriptioni addidit: *Ioannes Ripsch Cancellarius Anhaltinus in Dessau.*

21) Pontificii: *Pflug*, *Eck*, *Gropper*, quibuscum agebant Melanthon, Bucerus et Pistorius. — Caeterum cod. Bav. *packen* pro *backen*.

22) Hoc Postscriptum *De collocutoribus* etc. praetermisit Danzius.

*) Haec scripta non habentur in Actis.

gewesen. Denn es wird von der Heiligen Gebein, so man gewiß ist, daß sie rechter wahrer Heiligen seind, also geredt, daß solche Gebein, als heiliger Leute und christlicher Gliedmaß Gebein, ehrlich mögen gehalten werden, doch daß keine Superstition oder Mißbräuch dabei seind. Darum dieses Punkts halben keine Disputation gewesen, dieweil man auch das Anrufen der Heiligen verworfen, vermöge gemeldts Artikels mit B verzeichnet.

So habe es auch keinen Streit, daß man Gemälde oder Bilder in der Kirche haben möge; doch die Mißbräuche auch hintangesetzt.

Vom Brauch des Sacraments ist der Artikel im Buch also gestellt, daß zweierlei Opinion von der Messe angezeigt: die erste, daß keine Messe ohne Communicanten zu halten; solches haben die Unsern sich gefallen lassen, denn es der Schrift gemäß; die andre Opinion: daß auch ohne Communicanten möchte Meß gehalten werden; das haben die Unsern nicht approbiren mögen. Dergleichen Opiniones sind von der Communication unter beider und einer Gestalt des Sacraments des Leibes und Blutes unsers Herrn Christi auch in solchem Artikel angezeigt. Darauf die Unsern ihre Meinung, nach allerlei Disputation, schriftlich zu übergeben sich erboten, dabei es die Theologen jenes Theils auch haben müssen wenden [bewenden] lassen; und wenn solche Schrift verfertigt, soll sie unsern gnädigsten und gnädigen Herrn förderlich zugeschickt werden.

Sonsten ist in solchem Artikel auch berührt, in welcher Sprache die Messen gesungen und dergleichen zu halten. (Dieses) ist also moderirt, daß es keinen Streit gehabt; denn es wird nicht definirt, in welcher Sprache solche Gesänge, Messen und anderes in der Kirche zu halten, sondern daß hievon durch fromme, gelehrte Leut solle gerathschlagt werden, wie solches am christlichsten und besten ohne Aergerniß geschehen möchte, und wird also derhalben nichts statuirt.

Von der Kirchendisciplin. In diesem Artikel wird vom Coelibat der Priester, item Reformation der Klöster allerlei eingeführt, darauf die Unsern ihre Meinung auch schriftlich übergeben wollen.

De disciplina populi. Ist also gestellt, daß es keinen Streit hat; denn es wird auch nichts definirt, sondern daß die Disciplin dahin sollte gerichtet werden, daß ein jeder nach seinem Amt, Stand, Wesen, als Herr, Knecht, Frau, Mann, Vater, Sohn rc. sich christlich und seinem Beruf nach halte.

Item, daß öffentliche Laster mit der Execution zu strafen, davon auch ferner soll geredt werden.

Item, daß mit den Traditionibus vom Verbot der Speise, und andern, die Gewissen nicht beschweret, und davon ferner, was christlich, gerathschlagt werden solle.

No. 2249. 26. Maii.

Legati Saxon. ad Electorem.

† Ex autographo in Actis in Tabul. Vinar. Registr. E. fol. 48. Vol. I. p. 421.

An Churfürst Johann Friedrich, und Herzog Johann Ernst, Gebrüdere, Herzoge von Sachsen.

Ew. L. und F. G. wollen wir nicht bergen, daß die Artikel, so in dem vorgelegten Buch, davon wir Ew. Ew. hievor geschrieben, verleibt, durch die sechs verordneten Theologen gestern von Datum zu Ende bracht und fertig worden, also, daß es nunmehr darauf stehet, daß der Kais. Maj. davon Bericht geschehen solle. Nun haben Ew. Ew. aus zweien unsrer nächsten Schreiben und überschickten Verzeichnissen vermerkt, wie es mit der Handlung auf die Artikel berührtes Buchs gelegen. Und wiewohl wir freundlichst und unterthänigst geneigt und willig, Ew. Ew. Abschrift von dem Buch zuzuschicken, damit Ew. Ew. daraus hätten sehen mögen, wie es damit eine Gelegenheit hat: so haben wir doch darzu nicht kommen können. Denn der Herr von Granvel, wie Magister Philippus und der Canzlar berichten, hat dasselbe gemeiniglich zu sich genommen, und allein in der Handlung vorgelegt. Und thun demnach Ew. Ew. weiter ein Verzeichniß, wie die Handlung sider [seit] berührtem unsern nächsten Schreiben sich zugetragen, zuschicken, und sobald wir von gemeldtem Buch Abschrift erlangen mögen, wie sonder Zweifel nicht verbleiben wird, wenn den Ständen der Bericht geschehen soll: so wollen Ew. Ew. wir desselbigen Copeien und nothdürftigen Bericht der Handlung förderlich übersenden, und Ew. Ew. fernern Bescheids und Befehls erwarten, uns auch desselbigen Fleißes halten. — — — — — — — — — — — — — — — —

Datum Regensburg, Dornstag Ascensionis domini anno XLI.

Wolfgang Fürst zu Anhalt, und andere Räthe gegen Regensburg verordent.

(*Pagella inclusa:*)

Nachdem Magist. Philippus mit Stellung der Artikel de satisfactionibus, de privata missa, de

coelibatu etc. eben jetzt auch fertig worden, hätten wir dieselben gerne verdeutschen lassen. Dieweil es aber die Post hätte aufhalten mögen, und damit Ew. L. Chur- und F. G. derhalben auch Bericht empfahen; so thun Ew. Ew. wir dieselben lateinisch überschicken, und Ew. Ew. hieneben befinden werden. Datum ut s.

(*Alia pagella inclusa*:)

Es ist auch durch den Herrn von Granvel von den drei Theologen dieses Theils begehrt, der Kais. Maj. Bericht der Mißbräuche, so Ihres Bedenkens in der Kirche eingerissen, zuzustellen; und, wiewohl die Herren Theologen derselben etliche, und so viel sie sich erinnern können, zusammen zu ziehen sich erboten, weil wir es aber dafür achten, Ew. Ew. werden hie zuvor, da diese Sache auch vorgewesen, allerlei Verzeichniß der Mißbräuche zusammenbracht haben, und bringen lassen: stellen wir zu Ew. Ew. Bedenken, ob sie uns solche Verzeichniß anherschicken wollten, dieselbige den Theologen zu untergeben, und was dienstlich daraus ziehen zu lassen. D. ut s.

No. 2250. 26. Maii.

Burchardus ad Pontanum.

† Ex autographo Burckhardti in Tab. Vinar. Reg. E. fol. 48. Vol. V. p. 222.

Dem Hochachtbaren und Hochgelahrten Gregorius Brucken, der Rechte Doctorn 2c.

S. D. Clariss. domine Doctor, Patrone observande. Finitum est aliquando per Dei gratiam negotium institutae conciliationis in causa relligionis; et ita quidem ut in praecipuis articulis controversiae remanserint, sicut do. V. ex iis, quae Illustriss. Principi iam scripta sunt, intelliget. Et quoniam D. *Philippus* graviter et constanter egit hoc negotium, et rationes suae sententiae scriptas semper addidit, nihil dubito, quin tota illa tractatio in laudem nominis divini et incrementum evangelicae veritatis cessura sit. Omnino apparet, a principio aliud spectasse partem adversam, quam iam in exitu rei experti sunt. Nam tota causa relligionis hac agitatione haud dubie illustrior fiet, et veritas, etiam invitis inferorum portis, emerget. Ego sane non possum aliter iudicare quam omnes Principes et Status coniunctos sincerae relligioni hic esse maxime consentientes. Et adhuc *Macedo* constanter egit magis, quam ipsius theologus *Bucerus*, qui tamen in illo postremo certamine cum de praecipuis articulis actitatum et negotium finitum est, satis dextre egit, adeo, ut illo die mihi magis quam alias placuerit. Nam postremo die cum liber relectus fuit, suam sententiam de gravissimis illis articulis *Philippus* dixit, cui *Bucerus* et *Pistorius* simpliciter adsenserunt, nempe de satisfactionibus, officio episcoporum, de missa, communione, coelibatu et similibus. Itaque cum Dom. *Granvella* intelligeret et videret, nostros constanter manere in sententia, ita visum est, ut liber ille, quem Caes. Maiestas praelegendum proposuerat, iterum discideretur et nostrorum sententia adscriberetur de quibus convenisset vel non convenisset, atque ita fieret relatio Caesari. Idque iam agitur, ut descripto libro nostri suam addant censuram et ita Caesari offerant.

Quid porro futurum sit brevi adparebit. Hoc constat, admodum displicuisse rem Domino *de Granvella*, qui fortassis cuperet nunquam esse coeptum negotium. Et dixit mihi quidam vir bonus, actum esse cum *Macedone*, ut persuaderet nostris, ut adhuc in quibusdam articulis cederent; sed hoc ille simpliciter renuit, et dicitur hodie *Macedo* Doctorem *Gereonem* Am........*) virum amantissimum veritatis misisse ad *Granvelum* cum scripto in quo significet, se simpliciter non posse recipere articulos, quos nostri improbassent, ideoque non esse, quod Caesar ab eo peteret, ut negotium illud amplius promoveret in illis saltem articulis, qui probari non possint. Nam vellet Caesari omnia officia praestare, quae deberet et honeste posset, sed contra conscientiam adprobare nihil vellet. Ac quantum ego coniicio erit alia ratio actionum hic, nempe de pace conservanda, instituenda. Et sunt, qui Caesarem non ita brevi hinc discessurum existiment, eamque esse causam, cur negotia ita extrahantur.

Ac interim mirabiles quaeruntur practicae, de quibus quid mihi secreto significatum sit, Illustrissimo Principi scripsi. Ego a principio arbitratus sum, optimum fore, ut hic adsit Ill. Princeps noster, sed iam quanto magis magisque de his rebus cogito et rescisco quaedam, incertissimus sum, utrum sit melius hic adesse

---

*) Fortasse: *Augustanum*. Nam loqui videtur de Gereone Sayler, Augustano.

suam Celsitudinem, an non. Ae *Macedo*, ut ex ipso intellexi, non diu manebit, et praetexetur fortassis aegritudo Ducis *Henrici* Saxoniae, quem aiunt non bene valere.

Haec duxi optimo animo significanda do. vest., quaesoque, ut in bonam partem accipiatis. Nam cum non dubitem, do. vest. de negotiis hic admodum esse sollicitam, praesertim quod ad negotium relligionis attinet, volui ad ea, quae Illust. Principi scripta sunt, haec quoque do. vest. addere et significare. Sum enim ego quoque iam longe quietiore animo postquam deus exitum huius conciliationis ita gubernavit, ut non dubitem redundaturum in gloriam Evangelii. Nam profecto ex re periculosa per dei gratiam nostri evasisse videntur, oremusque Deum, ut ipse etiam deinceps nostrorum consilia gubernet.

D. *Philippus* nondum convaluit ex brachio, sed est tamen bono animo se ex hoc pistrino liberatum. Ego me do. vest., ut patrono amantiss., commendo. Datae Ratisbonae in die ascensionis Christi, anno dom. 1541.

do. vest. studiosissimus
Franciscus Burchartus
Cancell.

No. 2251. 27. Maii.

Feilitzsch Watzdorfio.

† Ex apographo manu Medleri facto in Vol. Epist. Meining. ep. 106.

Dem gestrengen und vesten Wolradt von Watzdorf Vortehalter zum Burgel, meinem freundlichen lieben Schwager. *Copia.*

Meine willige Dienst zuvor. Gestrenger, vester, lieber Schwager. Ich weiß euch nichts zu schreiben von dem Reichstag, denn daß die Fürsten am Auffahrtstag Christi mit Kaiserl. Maj. gegen Kirchen gezogen. Da ist m. g. H. [mein gnädiger Herr] Marggraf Georg mit Herzog Heinrich von Braunschweig des Standes halben in der Kirchen uneins worden*), daß die Fürsten den mehrern Theil wieder herauszogen sind. Es geschehen auch täglich viel Klag über bemeldten von Braunschweig. Item es seyend die Stände des Reichs noch kein Mal aufm Rathhaus zusammenkommen. Die gemeine Sag ist, daß sich die Theologen, so in des Glaubens Sach verordnet, mit einander verglichen, und die Artikel Kais. Maj. überantwortet haben; doch welcher Gestalt, wird heimlich gehalten. Man läßt sich dünken, Kais. Maj. sey itzt besser auf der evangelischen Seiten, denn seine Majestät zuvor gewesen. Auf Montag, schierst nach dato**), versieht man sich soll ruchtbar werden, was sie sich allerseits mit einander verglichen. Ich acht, werden uns Deutsche glauben lassen was wir wollen. So wird man die Spaniolen, Franzosen, Walen, Polen und Portugalische auch nicht zwingen, daß sie glauben, was wir Deutschen in der heiligen Schrift für gottseliglich halten. Gott wirds nach seinem göttlichen Willen wohl machen. Man sagt, der Türk sey überaus stark in Ungarn. Gott verleih seine Gnad, dem seyd auch treulich befohlen. Datum Regensburg Freitag nach Ascensionis ann. 41.

Sigmund von Feilitzsch.

No. 2252. 28. Maii.

Elector ad suos legatos.

† Ex Actis in Tabul. Vinar. Registr. E. fol. 48. Vol. I. p. 407.

Dem — Herrn Wolfgangen, Fürsten zu Anhalt, und Seiner Lieb zugeordneten Räthen und lieben getreuen jetzo zu Regensburg.

Wir haben E. Lieb und Euer Wiederschreiben am Datum haltend zu Regensburg Dornstag nach Cantate verschienen an der vergangenen Mittwoch allhie zu Zwickau sammt den übersandten Verzeichnissen und Copeien empfangen. So viel nun die Religion-Handlung betrifft, vermerken wir, aus was Ursachen Ihr uns bisher dieselbige stückweis nicht habt mögen berichten, auch welchergestalt die Verordnung der sechs Theologen von K. Maj. geschehen, nämlich allein auf Gott in dieser Handlung zu sehen, zudem daß die Artikel, die sie beiderseits stellen und sich mit einander vergleichen werden, auf beiderseits Churfürsten, Fürsten und Stände

*) In alia epistola (Volum. epist. Mein. ep. 101.) de hoc certamine haec narrantur: In der Kirchen wollt Herzog Heinrich von Braunschweig über Markgrafen Georgen (von Brandenb.) stehen, darauf Markgraf Georg gesagt: daß ein Feldflüchtiger über ihn stehen sollt, das könnt er nicht leiden, daraus fast etwas, so Kais. Maj. nicht verschonet wäre worden, gefolgt hätte."

**) i. e. auf den nächsten Mondtag.

Schluß und Bewilligung stehen sollten. Nun wissen wir solchen K. Maj. Befehl nicht zu tadeln in dem, daß gemeldete Sechs allein auf Gott und niemand anderes sehen sollen, wo es nicht mehr dahin gemeint wäre worden, die Theologen dieses Theils unter solchem scheinlichen Vorgeben von ihren Oberkeiten zu trennen, und dann mit allerlei gütigen auch geschwinden Anhalten hinter sie zu kommen, damit man sie ja jetzt in diesem jetzt in jenem Artikel fällen, und dem Papstthum dießmal etwas zu gut abzwacken möchte, in Hoffnung, zur andern Zeit, wenn wir, die Stände, so jetzt den Sachen verwandt sind, und die vornehmsten Gelehrten zum Theil verstorben, so wollten sie das andere alsdann auch wohl vollends hinnach holen und wiederkriegen. Man hat zu Augsburg uns mit Dräuen und Pochen wollen abschrecken. Dieweil aber unser Herr Gott gewehrt, und sein ewiges Wort und Wahrheit immer weiter ausgebreitet, so vermeint man nun mit guten Worten und hohem Erbieten, als ob man auch nichts denn die Ehre Gottes und seines Worts suche, hinter uns zu kommen. Zum wenigsten wollte man uns gerne zu einem Unbestand leiten, so man in dem einen und andern entwiche, damit sie hernach zu sagen und auszuschreiben hätten, als wären wir nicht beständig und unsre Lehre und Sache nicht gewiß, darum sollt sich das Volk vor unsrer Lehre hüten, wie sie in Gleichung nach dem Tage zu Augsburg der Handlung halben im Ausschuß daselbst auch thaten. Man spricht, der Betrug sey ein sehr behendig Ding und könne allein aus allerhand gegeneinander gehaltenen Umständen vermerkt werden, und sonst nicht. Wo diese Gesprächshandlung aufrichtig, rechtschaffen und Gott zu Lob, auch zu Erforschung der Wahrheit gemeint wäre worden, so sollt es ja nicht bedurft haben, den Sachsen so hart einzubinden, wie wir vermerken geschehen ist, daß ihre Handlung vor dem Ende an keines Theils Stände sollten gelangt werden; zu dem, daß es allein unser, dieses Theils, halben gemeint auch gehalten hat sollen werden. Auf dem andern Theil hat man es keine Scheu, wie wir vermerken, gehabt, sondern alle Handlungen seind mit des päpstlichen Legaten Vorwissen, und ohne Zweifel Mainz und andern ergangen. Wenn es die Widersacher in Sachen der Religion dahin brächten, daß wir und die Unsern müßten gefährliche Befehl und Geschäfte annehmen, und denen gehorsamen, so würden sie es wohl bald weiter bringen.

Wir verhoffen aber zu Gott, dieweil keine Bußfertigkeit bei dem andern Theil befunden wird, sondern allein lauter Gefährung, und daß sie lieber bei allen ihren Irrthumen noch heut zu Tage gänzlich wollen bleiben, denn die allergeringsten abstellen, seine Allmächtigkeit werde nunmehr dem Gespräch ein Ende machen. Und haben ganz gerne aus Eurem fernern Schreiben, welches am Datum Dienstag nach Voc. Iucunditatis gehalten, und uns Freitag darnach zu Zwickau antroffen, verstanden, daß die drei dieses Theils in den fernern Artikeln in Nichtes entwichen, damit die Artikel, so von der Justification und andern gestellt, auch wieder zu nichte werden, der Protestation nach, die man in dem Fall dieses Theils gethan hat. Denn daß wir einige zerstückte Vergleichung mit dem andern Theil, als unbußfertigern Abgöttern und Gotteslästerern, sollten bewilligen, wie sich Kais. M. Meinung dahin anscheinen läßt, daß sie auf das, so man sich in berührtem Gespräch verglichen, eine Concordia und Frieden gerne wollt aufrichten, und die unverglichenen Artikel bis zur andern Zeit suspendiren, und die Pfaffen wiederum in guten Willen des Volks mit unsern ungewissenhaften Zuthun bringen, unter dem Schein man wäre einig gemacht, und dazu mit unserm Schimpf, gleich als wären wir unbeständig und unsre Lehre nie gewiß gewest: davor soll uns der Allmächtige gnädiglich behüten.

Damit aber die Sachen den Weg nicht erreichen, oder wir die abgeredten oder verglichenen Artikel mit mehrem Unglimpf selbst müssen umstoßen; so ist an Ew. L. unsre freundliche Bitt, an euch andre unser Begehren, ihr wollet mit dem Philippo reden, daß er es in alle Wege dahin richte, dieweil man sich nicht gänzlich nach aller, auch bei weitem nicht des mehrern Theils der Artikel verglichen, daß er und die andern seine zween Zugeordnete am Ende des Gesprächs repetiren ihre Protestation, die sie am Anfange desselben gethan, und sonderlich, wo man sich nicht würde aller Artikel vergleichen, daß auch der von der Justification und andern sollten nichtig seyn, und daß man dieses Theils darin nicht wollte verstehen, darum sie auch solche Abreden nun wollten für unvorgreiffentlich und unbündig halten.

Und da dann Kais. Maj. gleichwohl dieselben verglichenen Artikel wollt an die Stände beider Seits lassen bringen, mit Begehr, darauf sämmtlich zu schließen, und dieselben zu bewilligen; so wollen es Ew. L. und Ihr bei dem Landgrafen und den andern unsrer Confession Verwandten je dahin richten und fleißigen, daß solche Artikel auf der Theologen gethane Protestation abgeschlagen, und nicht erwartet werde, ob sie der andere Theil erstlich würde vielleicht abschlagen. Denn dem Volk ist nicht zu vertrauen; es ziehet mit eitel Listen um. Hierauf wollen auch Ew. L. und Ihr unsern halben gänz-

lich beruhen, und obgleich Kais. Maj. Ew. L. und Euch erfordern würde lassen und dringen wollen, die abgeredten Artikel von unsern wegen, dieweil Ew. L. und Ihr mit ganzer Vollenmacht allda wäret, zu bewilligen, oder würden begehren, daß E. L. und Ihr solche Ihrer K. Maj. Begehrung an uns gelangen solltet: so wollet der keines bewilligen noch annehmen, sondern dawider repetiren die Protestation, welche E. L. und Ihr sammt den andern Verwandten gethan, als die Niedersetzung der Sechse zugelassen. Item, mit was Protestation die Theologen dieses Theils sich in das Gespräch Kais. Maj. zu Unterthänigkeit begeben, und daß auch der Gewissen halben, wie Ihre Maj. erachten könnt, unmöglich wäre beiden Theilen sich etlicher Artikel halben zu vergleichen, da man nicht aller verglichen wäre, und dieweil denn Ew. L. und Ihr vollkommen Gewalt von uns zu allen Handlungen hättet, und bei euch nicht befinden könntet, daß die Artikel zu bewilligen wären: so bätet (ihr), Kais. Maj. wolle euch entschuldigt haben, Ihre Begehrung derhalben an uns zu gelangen, zudem, daß es auch E. L. und Ihr für ganz unfruchtbar hieltet. Und werden also E. L. und Ihr den Unglimpf ein wenig müssen über sich gehen lassen.

Ew. L. und Ihr wollen sich auch herwider gar nichts anfechten lassen, ob Kais. Maj. würde vorwenden, Ihre Maj. befinde jetzo gleichwohl so viel aus den ergangenen Handlungen, daß allerlei Irrthum und große Mißbräuche in der Kirche eingewurzelt wären, die einer Reformation bedürfen; dazu wäre Ihre Maj. ganz geneigt und entschlossen, dieselbige zu fördern und vorzunehmen; aber Ihre Maj. könnte dazu nicht kommen, wo nicht in etwas zuvor eine Vergleichung und Einigkeit zwischen beiden Partheien sollt gemacht werden, damit die Gemüther etwas gelindert; darum sollten E. L. und Ihr die Sachen dahin fördern helfen, damit solche Reformation nicht verhindert, sondern mehr als das höchste christliche Werk gefördert werde: so wollen sich Ew. L. und Ihr solches nichts anfechten lassen. Denn daß es mit der Reformation dermaßen nicht gemeint, wie es vorgegeben wird, ist aus deme wohl zu verstehen. Denn die höchste Reformation will an der Lehre und Doctrin haften. Wenn man derselben einig, so wäre schon alles im Grunde reformirt. Sollten wir auch in solche Reformation willigen und uns dieselbe gefallen lassen, so wollt uns der Kaiser heimlich damit dahin geführt haben, daß wir dadurch schon gewilligt sollten haben in ein päpstlich Concilium, und also in des Papstes Primat, und alles das, dadurch sich der Papst der Hoheit angemaßt. Darum werden E. L. und Ihr des Philippi auch der andern unsrer Theologen Bedenken zu hören wissen, wie solche Reformation unsers Theils weiter füglich abzuwenden. Denn uns will an des Papsts und seiner Cardinäle und Bischöffe eingezogenem Wesen wenig gelegen seyn, wo nicht bekenntlich gemacht wird, in welchem allein sie bisher geirret und das Volk verführet haben.

Und dieweil wir leben, so sollen durch Verleihung des Allmächtigen die Worte: Vergleichung in der Religion, bei uns unsrer Person halben nicht mehr Statt finden, sondern wollen es dahin stellen, und dabei bleiben lassen: wer sich vergleichen will, der vergleiche sich mit Gott und seinem Wort, und nehme dasselbige und diese Lehre an, wie wir andern dieses Theils auch gethan haben. Wer mit Flickwerk will umgehen, der fahre hin. Wir besorgten uns solcher Dinge zu Frankfurt vor zweien Jahren wohl, da der Artikel von der Vergleichshandlung hineinbracht ward, es würde ein solch Ding daraus werden; können auch nicht anders gedenken, denn daß es aus des Butzers und etlicher Getrieb des Orts, weil sie viel Unterrede mit dem von Lunden hatten, hergeflossen sey.

Daß sich auch Magister Philippus in der Handlung standhaftig und beständig erzeigt, solches haben wir gnädiglich und gern gehört, der Hoffnung, der allmächtige Gott werde ihn in solcher Bahn gnädiglich erhalten. Daß er aber bei Sr. Kais. Maj. seines Bestands [Beständigkeit] halben angegeben und verunglimpft wird, glauben wir wohl; aber wird sich unsers Versehens solches nicht irren lassen, sondern allein auf den sehen, deß die Sachen seyn. — *).

Wir haben auch gern vernommen, woher sich Kais. Maj. Vorhaltung Licentiaten Ambsdorf halben verursacht. Nun hat er in dem nichts denn die lautere Wahrheit gepredigt, und wenn er gleich die Worte geredt, wie sie Kais. Maj. seind vorgebracht worden. Haben auch gerne gehört, daß K. Maj. an vorgewandter Entschuldigung zufrieden gewest.

— — Datum Zwickau Sonnabend nach Ascensionis domini anno XLI.

Joh. Friedrich Churfürst.

---

*) Praeterivimus hic multa alia ad Colloquium non pertinentia.

No. 2253. 29. Maii.

Io. Weinlaubio.

Ex autogr. in cod. Seid. Dresd. ep. 28. edita in Wegscheideri Progr. II. ep. 10. p. 14. Eandem epistolam, iisdem verbis, nisi quod absunt ea, quae de Sabini negotio in fine habentur, manu Philippi descriptam in usum amici (ut videtur) habes in cod. Rehdig. Vratisl. Vol. III.

Viro clarissimo et egregia virtute et doctrina praedito D. Iohanni Weinlaub, Consiliario Illustrissimi Electoris Marchionis, suo amico.

S. D. Etsi propter luxationem dextrae non sine cruciatu calamum guberno, tamen, cum apud *Sabinum* forte audissem, postridie mane iturum[1]) esse tabellarium ad Vos, subito hanc ad Te epistolam scripsi. Nihil imperator *Carolus* in conventu prius agendum putavit, quam de controversiis ecclesiasticis. Cetera negotia differuntur. Fuerunt autem delecti sex, qui de dogmatibus colloquerentur, *Iulius*, *Eccius*, *Groperus* Coloniensis, *Bucerus*, *Pistorius* Hessiacus*) et ego. Imperator iussit nobis exhiberi librum, qui videretur ita scriptus, ut moderatione quadam controversias tolleret. Et fateor quaedam fuisse moderate et commode in eo scripta. De iustificatione[2]) sententiam probat, quam nos in ecclesiis nostris docemus. Sed postea de autoritate synodorum, de enumeratione delictorum facienda in confessione quotannis apud sacerdotem, de satisfactionibus, de privata missa, erant, quae nos approbare non potuimus: diximus igitur nostras sententias. Iam expectamus imperatoris deliberationem de libro illo et de nostris sententiis. Credo imperatoris animum natura a saevitia abhorrere et optare non solum concordiam, sed etiam ecclesiae communem reformationem. Sed res tantae non possunt subito perfici, praesertim cum pontificii viribus et arte obsistant. Deum oremus, ut et imperatoris animum gubernet et ecclesiam suam servet ac augeat. Habes historiam omnium, quae hactenus in conventu acta sunt. Librum, de quo scribo, vidisse Te arbitror in aula Vestra. Nostras sententias etiam aliquando videndas mittam, ut videas moderate nos respondisse[3]). Negotium generi mei Sabini de accessione, quam Illustrissimus Princeps ei decrevit, Tibi ita commendo, ut magnopere orem, ut perfici rem cures. Scio Te ea virtute praeditum esse, ut haec officia humanitate metiaris, ideo non dubito Tibi talia negotia commendare. Etsi autem fortunae tenuitate impedimur, quo minus Tibi optime merenti reddere gratiam possimus, tamen polliceor, animi gratitudinem nunquam nobis defuturam esse. Valde oro, ut hanc rem perfici cures. Bene vale. Die 29. Maii Ratisbonae 1541.

Philippus Melanthon.

1) *iterum* edidit Wegsch.

*) *Ioann. Pistorius*, Superintendens Niddensis, natus 1503., mort. 1583., de quo cf. *Strieder* Hessische Gelehrtengeschichte. T. XVII. p. 119. (*Wegsch.*)

2) Mst. Rehd. *satisfactione.*

3) Hic desinit cod. Rehd.

No. 2254. 31. Maii.

Articuli Protestantium Caesari traditi.

Prodiit hoc scriptum latine in Melanth. Actis in Conventu Ratisb. Lit. M. 1. et eiusd. opp. T. IV. p. 437. Item in Buceri Actis Conventus Ratisb. (lat.) p. 29. — Germanice in Buceri Actis Ratisb. german. p. 72. et ex illis in Hortlederi libro vom deutschen Kriege T. I. lib. I. c. 37. et in opp. Lutheri editis a Walchio T. XVII. p. 798. Item sed non ubique cum Bucero conveniens in Melanthons christlichen Bedenken p. 169. cuius vero versio sequitur textum latinum, ut editus est a Melanthone. — Scriptum hoc Melanthonem habet auctorem, qui illud latine et germanice conscripsit. Quum autem singulae partes primum lingua latina scripta sint, textum latinum solum dare placuit. — Compositum vero est hoc scriptum ex pluribus brevioribus, quae a Melanthone in disputatione cum catholicis de libro Caesaris exarata fuerant, quare autographa et apographa singulorum articulorum, ex conventu ad Ducem Saxon. Pr. Electorem missa, inveni in Actis huius conventus manuscriptis, ut videbis in singulis locis s. articulis. Disputatum enim est inde a d. 4. Maii fere usque ad 26. Maii cum catholicis de libro a Caesare proposito, et finita disputatione de singulis locis, Evangelici suam libro addiderunt declarationem. Ex epistolis et aliis scriptis intelligitur, scriptum A. *de Ecclesia* factum esse fere d. 5. Maii; scriptum B. *de sacramento corporis et sanguinis domini*, de quo disputatum est inde a d. 5. Maii, traditum esse d. 10. Maii; C. *de secunda* §. *in articulo de poenitentia*, et D. *de enumeratione delictorum etc.* item *de satisfactionibus*, d. 18. Maii; E. *de unitate Ecclesiae* etc. F. *de Sanctis*, G. *de missa*, et H. *de privata missa* etc. tradita esse d. 25. Maii, et J. *de coelibatu* d. 26. Maii. — Denique autem hae declarationes iunctim latine et germanice traditae sunt Imperatori d. 31. Maii. Cf. responsum Imperatoris d. 8. Iun. et epist. ad Medlerum d. 23. Iun., item epist. Burchardi d. 26. Maii. Dedimus et hic ea scripta coniuncta, ut prodierunt in libris modo nominatis.

„Articuli, quos delecti ex coniunctis Augustanae confessioni exhibuerunt oppositos certis locis in libro non receptis.)*

I.

Autographon Melanthonis huius articuli habetur in Actis Colloq. Ratisb. in cod. Goth. 647.

A.

De Ecclesia.

redemtionem inveniens. Nec iussit offerri se in coena ab aliis, sed distribuit aliis hoc pignus. Item: Quisque propria fide sibi applicare debet beneficia Christi. Ergo oblatio non meretur alteri. Item, Pontifex noster Christus in Coena tantum distribuit discipulis, non obtulit, nec iussit offerri Sacramentum pro aliis, sed inquit: *Accipite, manducate.* Non licet autem aliud facere nobis quam quod ibi fecit [7]) ac iussit fieri noster Pontifex Christus.

Quod autem maneat oblatio pro aliis seu applicatio, si retineantur privatae Missae, inde constat, quia qui eas Missas retinent in Canone dicunt, fieri hanc oblationem ad redemtionem animarum pro vivis et mortuis; et manet persuasio in populo, qui putat oblationem illam praecipuum cultum esse valentem pro caeteris. Et ob hanc causam curat pro se celebrari Missas, et simili persuasione curat Missas pro mortuis celebrari. Hae opiniones et hi abusus erant reprehendendi. Sed si constituto consensu doctrinae ubique doceretur [8]) populus de usu Sacramenti, de fide, de vera invocatione, et docendo traxaretur illa applicatio oblationis pro aliis, et concederetur volentibus omittere privatas Missas, nullum esset publicum certamen, cum de doctrina conveniret, etiamsi non statim singuli consuetudinem suam mutarent.

De usu integri Sacramenti [9]), valde oramus, ut ratio earum conscientiarum habeatur, quae in multis locis iam vehementer anguntur. Norunt, fuisse Ecclesiae morem, uti integro Sacramento; sciunt etiam a Christo hunc morem traditum esse, ut Paulus inquit: *Accepi a Domino, quod tradidi vobis.* Et cum hominis Testamentum non sit violandum, quanto minus licet violare Christi Testamentum. Commendat autem Christus nobis hoc Sacramentum nomine Testamenti, inquiens: *Hic est calix novi Testamenti.* Haec norunt multi iam, et, ubi non porrigitur integrum Sacramentum, alii abstinent prorsus, alii cum quadam perturbatione conscientiae accedunt. Maxime autem praestandum est, ut hoc Sacramentum, quod consolationem adferre et excitare fiduciam debet, tranquilla et alacri conscientia sumatur, ut mens erecta fide gratias agat Christo, et sit, sicut appellatur, Eucharistia.

Porro, constituto consensu doctrinae, si populus invitaretur ad hunc usum, et usus restitueretur, esset iam concordia. Quia enim persecutio cessaret, et doctrina sincera proponeretur, etiamsi non subito mutarent suam consuetudinem singuli in usu, tamen discordia publica non esset, quia nostri non accusant nondum satis institutos ac dociles, sed persecutores et contrariam doctrinam defendentes, scilicet, quod liceat mutare Christi institutionem, aut mutationem probare.

Nec propterea Ecclesia superioris aetatis damnatur, quia habet etiam sancta Ecclesia interdum aliquas stipulas, ut docet Paulus, quas Deus condonat, sicut alias ignorantias iis, qui tamen fundamentum seu caput tenent, hoc est, fide propter Christum petunt remissionem. Et in abusu Missarum et cultu Sanctorum plus vitii fuit. Ideo praedictum est, postrema tempora Ecclesiae plena periculi futura esse. Ut multis exitio fuerunt Lex de coelibatu, superstitiones Monasticae; sic etiam multi propter abusum Missarum et cultum Sanctorum perierunt. Nunc igitur patefacti abusus non sunt defendendi, sed emendandi.

IX.

Autographon Crucigeri manu scriptum in Act. Vinar. Reg. E. fol. 48. Vol. I. p. 458.

De coelibatu.

Autor libri satis graviter queritur de vitiis, quae Lex de coelibatu peperit, et optat emendationem. Sed deliberationi et autoritati gubernatorum permittit, ut de modo emendationis deliberent, an sit concedendum coniugium, an Canones veteres aut novi servandi sint. Interim modeste significat, quid velit. Optamus autem [1]) et nos, ut gubernatorum autoritate consulatur tot hominum saluti, et tollatur ex Ecclesia Lex iniusta, quae est fons abominandae turpitudinis. Paulus vocat prohibitionem coniugii doctrinam daemoniorum. Hoc dictum satis comprobat eventus. Sunt enim in conspectu flagitia orta ex hac lege, sed in novissimo iudicio magis apparebit, quan-

7) Mel. et Peuc. *fecit.*
8) Buc. *doceatur.*
9) Verba: *De usu integri sacramenti* apud Bucerum nova sunt inscriptio.

1) *autem* abest ab autogr. Crucig.

tam ruinam Diabolus hac lege traxerit in Ecclesia, quanta animarum agmina perdiderit. Vera est enim vox coelestis, *Fornicatores, adulteri*, etc. *non possidebunt regnum Dei.*

Extant autem satis multa scripta nostrorum, in quibus perspicue ostendimus, legem de coelibatu pugnare cum iure divino et naturali. Quare cum Deo magis obtemperandum sit, quam hominibus, recte faciunt idonei coniugio, quod malunt pie in coniugio vivere, quam in coelibatu periculose aut turpiter.

Paulus vult Presbyterum esse maritum. Est autem Apostolica vox longe anteferenda omnibus traditionibus humanis. Ideo oramus, ut ex Ecclesia tollatur haec iniusta et perniciosa Lex de coelibatu.

Prima esse cura in Ecclesia debet recte constituendi ministerii Evangelii. Ut igitur possint haberi idonei, pii et docti ministri, sentimus non esse impediendum ministerium ullis iniustis vinculis. Sit liberum eligere idoneos tum maritos tum coelibes; sit liberum coelibi electo etiam postea ducere uxorem. Est enim praeceptum generale: *Vitandae scortationis causa habeat unusquisque uxorem suam.*

Quod vero de voto obiicitur, copiose alibi respondimus. Nec Synodi veteres adeo durae fuerunt iis, qui contra votum contrahebant, ut recentia decreta. Sed regula est certa, votum contra mandatum Dei factum irritum esse. Cum autem votum coelibatus pugnet cum mandatis divinis, in iis, qui non sunt idonei ad coelibatum, sentimus nec sacerdotum nec Monachorum voto impediri coniugium. Praeterea in utroque voto multae haerent superstitiosae opiniones, quae non exiguas tenebras induxerunt doctrinae de iustitia fidei et de veris cultibus.

Romanus Pontifex *Syricius* cum praeciperet Hispanicis sacerdotibus, ut uxores dimitterent, citat hoc testimonium: *Qui in carne sunt Deo placere non possunt.* Sive per inscitiam, sive superstitione [2]) detorsit hoc dictum ad coniugium, certe exemplo ipso confirmavit pravas opiniones. Porro cum voto impliciti sunt superstitiosi cultus, certum est ex secundo mandato Decalogi, tale votum non placere Deo. Cum enim dicitur: *Non usurpes nomen Dei vane*, vetat etiam se invocari per vitiosos cultus. Ideo vota superstitiosa irrita sunt. Qualia sunt, si coelibatus existimetur † esse [3]) opus excellens, propter quod fiat Deus placatior homini, si coniugium putetur aut non placere Deo, aut vix placere, aut vitae genus polluens Sacerdotes aut administrationem Sacramentorum; cum scriptum sit: *Omnia munda mundis.*

Sed de hac tota causa referimus nos ad caetera nostra scripta de coniugio et de votis Monachorum; quorum vitae genus, ut fuit hactenus, quam multum habeat errorum alibi declaravimus. Quod cum ita sit, renovari eos errores, aut stabiliri nollemus. Et cum in multis locis desint stipendia Pastoribus Ecclesiarum, et docentibus literas ac scholasticis pauperibus, necessitas publica postulat, praecipue [4]) illis ex reditibus Monasteriorum consuli [5]). *Nemo militat suis stipendiis*, inquit Paulus. Et hae opes datae sunt Ecclesiis ad conservationem ministerii et literarum. Ideo hinc stipendia sumantur, ut Ecclesia ministros habeat et doctores, ac pauperes scholastici ali possint.

No. 2255. (hoc temp.)

P. Medmanno.

Edita a Strobelio in Melanchthonianis p. 150.

Petro Medmanno.

Cum te propter virtutem tuam et singularem benevolentiam vicissim plurimum amem, reprehendo ipse interdum meam segnitiem, quod assiduitate litterarum tibi non declaro amorem meum. Sed notae sunt tibi, mi *Petre*, meae occupationes, vel ut verius nominem, aerumnae. Totum hoc biennium in conventibus et in acerrimis certaminibus consumitur. Accessit nunc dextrae luxatio, quae me graviter affligit. Quanquam igitur nunc non sine cruciatu scribo, tamen gratiam habeo Domino *Comiti Isenbergio Antonio*, qui

2) Mst. Crucig. *superstitione*, Mel. et Peuc. *superstitionem*, Bucerus *per superstitionem*, Versio germ. oder Heuchelei.

3) *esse* addidi ex autogr. Crucig. — Buc. pro *existimetur* habet *existimaretur*.

4) Buc. *primum*.

5) Buc. *conferri*.

me impulit, ut tandem aliquid litterarum ad te mitterem. Praedicat enim tuam erga se observantiam, ac narrat, se a te impetrasse, ut apud filium suum in Academia nostra per semestre mansurus sis. Haec mihi oratio periucunda fuit. Maxime enim frui iterum tua consuetudine cupio. Sed usuram temporis breviorem nobis polliceris, quam et ego et Comes vellemus. Mihi si apud te vivere liceret, vel in horridiore loco tali conditione, non unum semestre meae cupiditati sufficeret, sed haererem apud te, quamdiu concederetur. Te miror non polliceri nobis longius tempus, cum sis futurus in eo loco, ubi non solum amicorum consuetudo, sed etiam artium optimarum varietas detinere hospitem magna cum voluptate potest. Carneadem quidem non diu, sed senem audierat, qui sibi plus profuisse eam consuetudinem exigui temporis narrabat, quam si minorem multo diutius audisset, quod vehemens ingenium florente aetate sibi magis indulsisset. Senis autem oratio fuisset velut Nestorea dulcior et gravior. Idem tibi accidit audienti nostros Professores. Saepe sum in Principum conventibus. Video Senatorios consessus augustos, sed profecto non antefero eos nostris congressibus et disputationibus, ubi maior est bonarum artium varietas et veritas quaeritur maiore candore et sine sophistica. Sed de scholasticis et regiis congressibus plura dicam, cum una erimus. Nam hic quoque expertus sum studium veritatis maius esse in scholis quam in conventibus. Redeo ad Comitis orationem. Multis causis movetur, ut te promittere longius tempus aut saltem annum cupiat. Cum enim filius procul domo mittendus sit, plurimum refert diutius apud eum versari hominem notum. Si primo semestri statim quaerendus erit alius praeceptor ignotus adolescenti, quantam solicitudinem parentibus, quantam molestiam ipsi adolescenti allatura sit mutatio illa praepropera, facile potes iudicare. Nec Achilles quidem carere Phenicis consuetudine potuit. Quid tam tenera aetate adolescens faciet? quo animo feret? si tu, cui sciet se a patre commendatum esse, quemque iam loco patris observare didicit, tam cito discesseris. Ac vixisti tu quidem antea Heroicis familiis, nec ignoras in illis tenera aetate omnia plena esse humanitatis, et qui tales sunt, aegerrime patiuntur a se avelli amicos. Scis etiam primis studiis obesse crebras mutationes docentium. Tam multae honestae causae cum concurrant, te etiam atque etiam rogo, ut Comiti *Antonio* longioris temporis usuram pollicearis. Vides, mi *Petre*, non ita multos esse nobiles homines, qui faveant litteris, eo magis meliorum et saniorum inter illos studia nobis retinenda sunt. Praeclare de rep. meretur, quisquis hominem nobilem vel ad amorem litterarum flectit, vel etiam erudit. Nam eius ordinis vox multum in rep. valet. Servies igitur in hoc numero reipublicae, si et patris voluntatem erga nostras litteras tua comitate confirmabis, et adolescentis studia provehes. Ego non propter ullas privatas utilitates ambivi interdum benevolentiam aliquorum eius ordinis et alicubi Philosophia severior reprehendere hanc ambitionem potuit, sed profecto hoc tantum spectavi, ut illos invitarem, ut Ecclesiam, ut litteras magis respicerent ac tuerentur. Haec scripsi pluribus verbis, quam fortasse opus fuerit apud te, cui huius officii rationes non sunt ignotae, sed volui ostendere me serio petere, ut Comiti gratificeris: dabis etiam aliquid meae cupiditati, frui enim consuetudine tua et quidem diuturna cupio et oro, ut Deus studia adolescentis et consilia patris et tua gubernet.

De *conventu* coram, ut spero, colloquemur in Academia, ubi tantum locus est philosophicae libertati. Exhibitus est nobis hic ab Imperatore *Carolo* Augusto liber, quem ferebant eo scriptum esse, ut quaedam pia moderatione tolleret controversias. Legimus et diximus nostras sententias non astute sed candide. Erant enim ibi multa ambigue scripta fortassis non malo animo. Sed tamen Ecclesiis utilius est dicere scapham scapham et ficum ficum. Nunc expectamus deliberationem Imperatoris *Caroli* de eodem libro. De nostris sententiis Imperatoris animum notum a saevitia abhorrere iudico, et videtur cupere, ut Ecclesiis vere consulatur. Sed vides, qui impediant mitia et pia consilia. Deum oremus, ut et Imperatoris animum gubernet, et Ecclesiam suam defendat, augeat et servet. Bene vale, Ratisb. 1541.

No. 2256. **1. Iun.**

Legati Sax. ad Electorem.

† Ex scriptura prima (Concept) Fr. Burckhardi in Actis Tabul. Vinar. Regist. E. fol. 48. Vol. I. p. 446. — Epistola ex parte *numeris et signis* scripta est, potissimum omnia nomina propria. Ut intelligat lector, quae notis secretis scripta sint, ea hic formis litterarum maioribus exscribi curavimus.

(An den Churfürsten Johann Friedrich von Sachsen.)

Wir seind diese Stunde vertraulich berichtet worden, wie daß die Kais. Majest. etliche als nämlich Fürst Johansen zu Anhalt, Matias von der Schulenburck und Alexandrum Alesium Scotum zum förderlichsten von hinnen gegen Wittenbergk zu Doctori Martino zu schicken und zu verordnen willens, mit Befehl, ihn zu vermögen, in etliche Artikel der Religion so man bei E. Philippo und den zugeordneten nicht erhalten mögen, zu bewilligen oder zu toleriren, und daß sie sich mit ihrer Reise also schicken sollten, daß sie in XV Tagen wiederum allhie seyn möchten.

Wiewohl wir nun solches Ew. L. und Churf. G. nicht ferner noch andrer Gestalt als für gewiß anzeigen mögen, denn wie es an uns durch eine vertraute Person in höchstem Geheim gelanget *), so haben wir es doch Ew. L. und Chf. G. alsbald freundlicher und unterthänigster Meinung zu erkennen zu geben bedacht, damit sie solches Wissens haben, auch dießfalls Doctorem Martinum mit Zuschickung beiverwahrten Magistri Philippi Brief**) gnädiglich verwarnen möchten. Sobald wir auch vermerken und sehen werden obgemeldter Personen Abreisens, können wir gedenken, daß es sich also verhalten werde, wie an uns vertraulich gelanget, und wollen solches alsdann E. L. und Ch. F. G. unverzüglich auch zu wissen thun. — Dat. Regensburg Mittwoch nach Exaudi um vier Uhr nach Mittage, anno domini 1541.

Von Gottes Gnaden Wolfgang Fürst in Anhalt und andere
E. Ch. F. G.
unterthänigste gehorsamste Diener Räthe zu Regensburg.

(*Pagella inclusa:*)

Es hat mir, Canzlarn, Philippus angezeigt, daß er in Ew. Chf. G. gnädiges Gefallen gestellet haben wolle, ob E. Chf. G. seinen Brief an Doctorem Martinum wollte lassen überreichen, und seines Schreibens Bericht und Anzeige vernehmen, und folgends denselbigen Brief D. Doctori Martino übersenden. Dat. ut s.

*) Ea de re in epistola seriori ad Pr. Electorem, scripta d. 21. Iun. 1541. (Reg. E. fol. 48. Vol. II. p. 137.), Consiliarii haec dicunt: „Der Schickung halben zu Doct. Martino haben Ew. wir hievor in einem Zettel gemeldet, daß solches nicht durch den Marggrafen Churfürsten, oder Fürst Hansen zu Anhalt, sondern durch eine andre vertraute Person an uns gelangt. — So haben wir des Landgrafen Gemüth nicht anders vermerkt, denn daß ihm solche Schickung zuwider gewesen, wie er sich denn deß gegen dem Philippus, auch sonsten, soll haben vernehmen lassen, und haben sich Seine Lieb und Fürstlich Gnaden mehrmals lassen hören, daß sie in nichten, das wider Gott und Gewissen wäre, zu weichen gedächten, und auch der Meinung von hinnen abgereiset und darin verharret."

**) Haec epistola periit.

No. 2257. 2. Iun.

Elector ad legatos suos.

† Ex autographo in Actis Tabul. Vinar. Regist. E. fol. 48. Vol. I. p. 132.

Dem Hochgebornen Fürsten Wolfgangen zu Anhalt — — und unsern feiner Lieb zugeordneten Räthen jetzt zu Regensburg.

Euer Schreiben am Datum Regensburg Dornstags am Tag Ascensionis domini ist uns Mondtags darnach, samt den übersandten Copeien zu Mildenfort zukommen. Daraus haben wir verstanden, daß die Artikel, so in dem vorgelegten Buch verleibt, durch die sechs verordneten Theologen des Tags vor Datum berührtes euers Schreibens zu Ende bracht worden, also daß es nunmehr darauf stünde, daß Kais. Maj. Bericht geschehen würde.

Und wiewohl nicht ohne, daß wir aus zweien eurer vorigen Schriften und überschickten Verzeichnissen vermerkt, wie es etlicher Artikel halben, in gemeldtem Buch verleibt, gelegen: so hätten wir doch darüber gern alle Artikel, davon auf das vorberührte Buch geredt, und sonderlich die dafür angesehen worden, als ob sie nicht viel Streits bedürften, zeitlich auch wissen mögen, auf daß wir die ganze Handlung Doctori Martino und Pomerano hätten schicken, und ihr Bedenken und Gemüth darauf auch vernehmen können, eher denn die Ding an die Stände beider Seits gelangt. Dieweil es aber vielleicht bisher nicht hat geschehen mögen, wollen wir doch nunmehr förderlich Ueberschickung der Abschriften vorberührtes Buchs gewärtig seyn. So haben auch Ew. L. und Ihr aus unserm nähern Schreiben, das wir von Zwickau aus an euch gethan, unser Gemüth vernommen, welchem Ew. L. und Ihr ohne Zweifel Ihrem Erbieten nach also Folge und Nachsetzung thun werden. Denn wir besorgen uns allerlei beschwerlicher Einführungen und Illation, die der Kaiser aus solcher Handlung würde ziehen wollen, wo ihm eine stückliche Vergleichung sollte eingeräumt werden; wie denn auch aus der Suchung des von Granvel wohl

zu vermerken, daß die Theologen bei dem Buch ihre Meinung verzeichnen sollen. Wir wüßten es auch gegen Gott unser Gewissen halben in keinem Wege zu verantworten, daß man dieses Theils in eine stückliche Vergleichung und darauf in einen Frieden sollt geführt werden, dadurch dem Papstthum ein Deckel gemacht sollt werden, als wäre man so weit verglichen und vereinigt bis zu ferner Handlung, daß kein Theil wider den andern des Glaubens halben ferner schreiben oder sonst anrühren sollt bis auf eine christliche Reformation, so Kais. Maj. vorzunehmen und zu fördern willens. Denn was wäre solche anders, denn uns ihrer Abgötterei und Verführung theilhaftig zu machen, und dem christlichen Volk den Weg zur Selikeit verschließen helfen, davor uns der Allmächtige behüten wolle, sollt gleich nunmehr kein Friede aufgerichtet werden. So haben auch unsre Mitverwandten und wir vormals solches noch dergleichen nicht verwilligen wollen, darum wir uns zu ihnen allen dergleichen Bestands nochmals auch versehen wollen. — — — — — — — — —

Datum Mildenfort, den andern Tag des Monats Junii anno XLI.

Jo. Friedrich, Churfürst.

(*Pagella inclusa:*)

Uns sind auch von Ew. L. und Euch weiter Schriften zukommen, so am Datum gehalten auf Sonnabend nach Ascensionis domini. Darauf wollen wir euch auch, und sonderlich etlicher Punkt halben ferner schreiben. Nachdem wir aber unter andern daraus vermerkt haben, daß der Granvel von den dreien Theologen unsers Theils, als aus Befehl Kais. Maj., soll begehrt haben, daß sie Bericht wollten geben von den Mißbräuchen, so ihres Bedenkens in der Kirche eingerissen; so stärkt solches unsern Wahn und Fürsorge, davon wir droben vermeldet, nicht geringlich, daß man mit Betrug umgehe. Denn die großen Mißbräuche haften in des Papstthums verführischer Lehre, daraus alle andre ihre Mißbräuche erwachsen seyn, deren bis in 400 und mehr auf dem Reichstag zu Wormbs Kais. Maj. übergeben worden, welche uns dieses Theils nunmehr wenig zu schaffen geben, dieweil wir uns aus des Papsts und seiner Bischöffe unrechten Gewalt und geistlichen Jurisdiction gezogen, aus dem [dem Grunde], daß sie Verfolger Gottes und der rechten christenlichen Lehre seyn. Wenn sie die Wahrheit annähmen und zuließen, so könnten sie bald selbst erkennen, was sie für Mißbräuche haben, dürfen bei uns über unsre Confession keinen weitern Bericht derselbigen halben suchen. Wir haben, Gott Lob, nunmehr eine rechte reine Lehre und darzu die Sacramente nach göttlicher Einsetzung, und seind alle ungöttliche Mißbräuche bei uns ausgefegt. Derhalben uns ihre Mißbräuche, dieweil wir in der Lehre mit ihnen nicht verglichen seyn, nichts zu schaffen geben. Denn wollen sie unreine Lehren, so kann nicht fehlen, daß sie auch müssen gottlose und verführische Kirchenbräuche haben. Und wir hätten leiden mögen, daß dem Granvell auf sein Ansinnen solches eben und mit der Kürze wäre zur Antwort gegeben worden; als wir uns denn auch nicht versehen, daß sich die drei Theologen ohne dieß nicht weiter derhalben werden eingelassen haben. Denn wir besorgen, es sey solche Suchung allein darum geschehen, wo man etliche stückichte Mißbräuche auf unserm Theil übergebe, daß man davon ein wenig auf ihren Theil nachlassen, und den bösen Baum an wenigen bösen Zweigen, zum Schein gegen uns und dem gemeinen Volk, verschneitteln wollen, auf daß die Pfaffen durch eine gefährliche Scheinvergleichung oder Friedeshandlung gleich als durch unser Mitbewilligen wiederum in Gunst des Volkes geführt, und doch gleichwohl ihre greuliche Irrthumen darunter wahrhaftig und beharrlich bleiben sollen.

Dieweil wir uns dieser Gedanken, daß man damit umgehen werde, nicht entschlagen können, so zweifeln wir (nicht), Ew. L. und Ihr werdet samt den unsern Mitverwandten hierin vorsichtig seyn; denn wir wissen und habens nun so oft erfahren, daß bei den Leuten mit nichts, denn mit Betrügerei in Gottes und der Seligkeit Sachen umgegangen wird. Und haben es Ew. Lieb und Euch auch nit unangezeigt lassen wollen. Datum ut s.

Jo. Friedrich Churfürst.

No. 2258. 8. Iun.

Legati Sax. ad Electorem.

† Ex autographo in Tabul. Vinar. Reg. E. fol. 48. Vol. II. p. 1.

Dem — Churfürsten Johann Friedrich, und dem Herz. Johann Ernst von Sachsen.

Ew. Liebden, Chur- und F. G. Schreiben Datum Zwickau Sonnabend nach Ascens. Dom. haben wir ehegestern vor Datum empfangen, und so viel erstlich die Religion-Handlung betreffen thut, haben Ew. Ew. aus vorigen unserm Schreiben verstanden, welcher Gestalt es sich mit derselben allenthalben zugetragen, und daß sich solche Handlung zwischen den verordneten Theo-

[illegible] genehm. Denn sie am nächst verschienen [illegible] *), der Kais. Maj. das zugestellte Buch samt [illegible] dieses Theils Theologen überantwortet, [illegible] hievor übersendet, auch gestern vor [illegible] von dem Sacrament des Leibes und [illegible] Christi zugeschickt, und, wie wir [illegible] berichtet, haben die Theologen [illegible] Artikel vom Sacrament, [illegible] und Adoration gedacht, nicht [illegible], noch denselbigen der Kais. [illegible], sondern es bei dem Artikel [illegible] nicht mehr denn die Transsubstantiation [illegible] bleiben lassen; derwegen jetzt [illegible] Theils Theologen Artikel also gestellt, [illegible] Brauch und Nutz des Sacraments [illegible] Transsubstantiation nicht approbirt [illegible] wird.

[illegible] werden Ew. Ew. aus den zugeschickten Ver[illegible] vermerken, wie es um die Handlung der Re[illegible] blieben, nämlich also, daß neun Hauptartikel [illegible] zu Augsburg nie sollen angefochten worden [illegible] daraus leichtlich abzunehmen, was aus solcher [illegible] für eine Concordia erfolgen möge. — — — —

Auch mögen wir Ew. Ew. nicht bergen, daß wir berichtet, daß nicht ohne Vorwissen des Päpstlichen Gesandten die Handlung allhie geschehen, welches uns denn auch zu allerlei Nachgedenken bewog. Und ist gleichwohl an uns gelangt, daß Mainz, Bayern und Braunschweig solcher Handlung wenig Gefallens getragen haben sollen, und gerne hören, daß sich dieselbige gestoßen. Aber die Kais. Maj. läßt sich für ihre Person, wie die Worte lauten, nicht anders vermerken, denn daß sie gerne eine christliche Concordia, darinnen die Wahrheit erhalten, und Gottes Lob gesucht werden möchte, gefördert sehen wollte. Denn dieweil diese Sache also geschaffen, daß man zu entlicher Vergleichung nicht kommen mag, so haben dieses Theils Theologen und sonderlich Mag. Philippus die Sache dahin gerichtet, daß sie in den vornehmsten strittigen Artikeln ihre Anzeigung in besondern Schriften übergeben, dabei sie auch bis anhero geblieben, und noch zu bleiben gedenken.

Daß aber Ihre Maj. gesucht und befohlen, den Handel in geheim zu halten, haben Ihre Maj. gleichwohl daneben anzeigen lassen, daß es J. Maj. nicht entgegen, daß den vornehmsten Herren und Ständen, so diese Sach belangen thät, auch sonsten vertraulichen 884
Personen, der Sachen Bericht und Anzeige geschehen möchte. Denn wo dieselbe sonsten unter viel Leute ausgebreitet werden sollte, besorgten sich Ihre Maj., daß ihrer viel seyn würden, auch des andern Theils, die die Handlung lieber gehindert denn gefördert sähen. — — — — — — — — — —

Wir achten auch, wie Ew. Ew. anzeigen, daß das Wort Vergleichung in der Religion ganz fährlich, und (daß) der sicherste Weg vor Gott sey, die Wahrheit und Evangelium einfältiglich zu bekennen und darbei zu bleiben. Dieweil man sich aber in die Handlung, wiewohl unverbindlich, eingelassen, so will darauf zu sehen seyn, wie man ohne Verletzung Gottes Ehre und Gewissen wiederum heraus kommen möge; welches ob Gott will geschehen wird, da man von den Hauptartikeln der christlichen Lehre und gethanen Confession nicht abweicht, wie wir denn anders nicht vermerken, denn daß durch Gottes Gnade alle Fürsten und Stände dieses Theils darbei zu bleiben und zu verharren ganz geneigt seyn.

So hat es auch Mag. Philippi halben die Meinung, wie wir Ew. Ew. mehrmals geschrieben; und befinden ihn nicht anders denn ganz beständig und aufrichtig zu Vertheidigung der Wahrheit. So läßt er sich auch nicht viel anfechten, daß er deßhalb angegeben und verunglimpft wird. — — — — — — — —

Des Landgrafen Bedenken des Artikels halben von der Justification ist darauf gestanden, daß, wiewohl S. L. und F. G. etlicher Worte halben, als nämlich das von dem freien Willen und dem Verdienst der Werke gemeldet, in solchen Artikel wohl Bedenken hätten, dieweil aber S. L. und F. G. vermerkten, daß solcher Artikel der Substanz des Artikels der Justification in der Confession nicht entgegen, noch dadurch anderer Confession Ichts begeben würde, so hätten S. L. und F. G. desselben Artikels halben keine Beschwerung. — — — — — — — — — —

Datum Regensburg Freitag nach Exaudi anno dom. XLI.

Wolfgang Fürst zu Anhalt und andere — — Räthe gegen Regensburg verordnet.

(*Pagella inclusa.*)

Ew. Ew. wissen wir auch nicht zu verhalten, daß der Churfürst von Brandenburg und Bischoff von Lunden heut dato bei den Ständen dieses Theils

*) d. 31. Maii.

um Unterhandlung der neun strittigen Artikel angesucht, — — — darauf diese Stände — sich entschlossen, solche Unterhandlung füglich abzuschlagen ꝛc. — Dat. ut s.

No. 2259. 7. Iun.

Elector ad legatos Sax.

† Ex autogr. in Act. Tabul. Vinar. Regist. E. fol. 48. Vol. I. p. 448.

Dem Fürsten Wolfgang zu Anhalt, Hansen von Dolzig, Rittern, Hansen von Pagk, unserm Amtmann zu Düben, und Franzen Burkhardt, unserm Canzlar, jetzo zu Regensburg.

Ew. Lieb und Euer Schreiben, so am Datum Mittwoch nach Exaudi — gehalten, haben wir aufm Pfingsttag — zu Torgau empfangen, und daß uns solche Anzeig fürderlich geschehen zu Gefallen vermerkt. So haben wir Magister Philippsen Brief, den er am genannten Tage Doct. Martin geschrieben, auch erbrochen und uns den mit dem Lesen verdolmetschen lassen, daraus wir verstanden, welcher Artikel halben solche Schickung, davon berührte Schreiben melden, geschehen soll.

Nun konnten wir uns nicht genug verwundern, wie doch Kais. Maj. solche Ding mag vorgeben, und haben unsern Oheimen, den Churfürsten zu Brandenburg, darin nicht unbillig verdächtig, dieweil seiner Lieb Leute zu solcher Schickung, wo die fortgehet, gebraucht werden, und sich gebrauchen lassen, und sehen und vermerken je länger und mehr, daß bei dem Herrn kein rechter Bestand der Religion halben seyn will. Denn sonst könnten wir nicht gedenken, mit was Gewissen doch seine Lieb die ungöttliche, verführische, irrige Ding möchten durch die handeln und sollicitiren wollen lassen. Befrembet uns auch von Ew. Lieb Vettern, Fürsten Hansen von Anhalt, daß sich derselbe darzu gebrauchen läßt, dieweil denn unwidersprechlich wider Gott und Gewissen gehandelt wird; zudem, daß sein Lieb sammt ihren Brüdern die Augsburgische Confession angenommen, auch vorm Jahr zu Schmalkalden bei derselben und den Artikeln, deren sich alle Theologi daselbst mit einander verglichen, entlich zu verharren durch ihre Geschickten haben mitbewilligen lassen. Wir wollen aber Ew. L. und Euch nicht bergen, daß wir zur Stund an Doctorem *Martinum* neben Ueberschickung Euers und des Philippi Brief geschrieben, und ihn verwarnet, darauf hat er uns auch wieder beantwortet, und wollen uns versehen, er werde den Gesandten eine ehrliche und christliche Antwort geben.

Und dieweil wir aus berührtem euern Schreiben verstehen, daß die Suchung auf zweierlei Wege soll ruhen, nämlich daß Martinus die Artikel entweder ganz und gar wolle zulassen, oder eine Zeit lang toleriren; so verstehen wir nun klärer, wie wir uns bis anher allweg haben verdunken lassen, daß man die Religion und den äußerlichen Frieden vermeint zusammen zu knüpfen, und uns mit dem mordbrennerischen*) und abgöttischen Haufen freund zu machen, und daß ein Theil den andern soll glauben lassen bis auf ein Concilium, wie er jetzt glaubt, soll ihn darum nicht beschuldigen noch schelten lassen, auf daß der andre Theil das Volk bei seiner Abgötterei in Gehorsam möge erhalten; und, wo es sich auflehnet, oder bei uns dieses Theils Gottes Wort hören und das Sacrament nach göttlicher Einsetzung empfahen thät: so sollten wir das Volk helfen zwingen und zu strafen, dessen wir uns zu Schweinfurt und Nürenberg durch die Gnade Gottes erwehrt haben. Wir hoffen er werde uns weiter davor behüten.

Aber Ew. Lieb und Ihr wollen uns je fürderlich schreiben, wie Ihr des Landgrafen Gemüth vermerkt, wofür Seine Lieb solche Schickung ansiehet, und ob auch seine Lieb darein zu willigen gemeint möge seyn, wenn Gott Doctorem *Martinum* schon fallen ließ, daß er solche Artikel zulassen wollt, dafür ihn Gott der Allmächtige behüten wird. — — Dat. Torgau, Dienstags in der Pfingstwochen den siebenten Tag Iunii, anno dom. 1541.

Joh. Friedrich Churfürst.

(*Pagella inclusa:*)

Wir haben auch aus den eingelegten Zeddeln vernommen, daß Kaiserlicher Maj. das Buch, sammt den von dieses Theils Theologen begriffenen Artikeln übergeben sey; und halten es wohl dafür, daß keine Antwort darauf werde gefallen, eher denn die Botschaft von Wittenberg gegen Regensburg wieder komme. So haben wir auch gelesen den Artikel des Sacraments des Leibs und Bluts Christi, wie er gestellt. Derselbe gefällt uns auch ganz wohl, denn er ist ganz rein und förmlich begriffen. Das wollten wir E. L. und euch auch nicht unangezeigt lassen.

Dat. ut s.

---

*) Hoc ad Henricum Ducem Brunsvicensem referendum.

No. 2260. 7. Ian.

(Scriptum.)

Editum in libello: „Scripta quaedam de usu integri sacramenti et Missa Theatrica. De potestate Pontificis et Episcoporum et aliis quibusdam controversiis, collecta opera et studio *Casparis Crucigeri* Doctoris Theologiae, partim anno 1540. in conventu Schmalcaldensi, partim anno sequenti in conventu Ratisbonensi. — Recusus est hic libellus in libro: Libelli aliquot utiles Philippi Melanthonis. (Witteb. 1560. 8.) p. 98. — ubi hoc Mel. scriptum legitur p. 142.

De Eucharistia non administranda, nisi adsint quibus ea distribuatur.

Cyprianus epistola 3. lib. 2. In administratione huius sacramenti nihil aliud quam quod Christus fecit facere debemus: facite, inquit, hoc in meam commemorationem. Dominus autem dedit panem et poculum discipulis atque dixit: Accipite et bibite, hic est sanguis meus. Quando igitur hoc mysterium celebrandum est, oportet convenire discipulos Christi et sacramenta illa distribuere, sicut fecit dominus.

Tempore Apostolorum et postea, circiter 400 annos, in Ecclesiis celebratissimis fuit haec consuetudo: una Missa celebrabatur, in qua cum factae essent orationes et concio, plures sumebant Sacramentum corporis et sanguinis Christi, Nec solebant fieri Missae sine plurium communione, sed accedebant pii et usu Sacramenti suam fidem excitabant et confirmabant. Hic mos primus convenit institutioni factae a Christo ipso, cum dicitur, Accipite, manducate, Hoc facite in mei recordationem.

Hinc Paulus 1 Cor. 10. morem sui temporis describens addit, se a Domino accepisse, quod tradidit: Discernit hanc coenam a profana et monet hunc morem non esse inventum humanum, sed rem divinitus institutam et ordinatam, et clare iubet simul sumere in publico coetu: convenientes ad manducandum, inquit, expectate vos mutuo. Item, unus panis, unum corpus multi sumus, omnes enim ex uno pane participamus. Ergo hoc mysterium cum multi conveniunt celebrandum est. Nec tamen plures panes, sed unus panis frangitur, Nam dicit, omnes de uno pane participamus, non, Aliqui de hoc, Aliqui de alio, ut hodie in uno coetu multae Missae habentur: Multo[1]) minus vero congruit, ut, multis convenientibus ad hoc sacramentum[2]), unus tantum de hoc pane et poculo participet.

Hunc morem diu mansisse in Ecclesiis sine ullis privatis missis testatur etiam Dionysius, qui multis verbis describens ritum Missae, narrat talem fuisse communionem plurium.

Clemens: Tot in altari holocausta offerantur, quot populo sufficient.

Nicena Synodus praecipit hoc modo: Accipiant Diaconi secundum ordinem post Presbyteros ab Episcopo vel a Presbytero sacram communionem.

Hinc apparet, unum fuisse, qui caeteris Presbyteris, Diaconis et populo porrigebat, nec fuisse singulorum Presbyterorum peculiares oblationes.

Chrysostomus ait: sacerdotem stare ad aram alios accersentem ad communionem, alios arcentem.

Capit. Peracta, Dist. 2. sic ait: Peracta consecratione omnes communicent, qui voluerint Ecclesiasticis carere liminibus, sic enim etiam Apostoli statuerunt.

Augustinus lib. 2. Retractationum: Ut hymni ad altare dicerentur de Psalmorum libro sive ante oblationem, sive cum distribueretur populo quod fuisset oblatum.

Item: Alicubi quotidie, alicubi certis intervallis dierum Dominica mensa praeparatur, et de Dominica mensa sumitur.

Item: Omnibus tamen Dominicis communicandum suadeo, si tamen mens in affectu peccandi non sit. Item ad Paulinum: Fiunt orationes, cum illud quod est in Domini mensa benedicitur et sanctificatur, et ad distribuendum communicatur[3]).

Chrysostomus in epistola ad Ephes. Homil. 3. scribit: Quicunque mysteriorum consors non est, improbus et impudens astat. Et: Qui non dignus sit communione, eum, ait, etiam indignum esse precatione. Item: Quomodo, cum manseris, de mensa ista non participas?

1) Text. *Multa* ex mendo.

2) Text. *sacrū*, quod esset: *sacrum*; sed sine dubio scribendum *sacramentum*.

3) Text. *comminuitur*, quod pro mendo habeo.

Item: Non, ut in veteri lege, partem Sacerdos, partem populus comedebat, Sed nunc unum corpus et unum poculum omnibus proponitur.

Cyprianus de lapsis: Ubi vero solennibus adimpletis calicem offerre Diaconus praesentibus coepit, et advenientibus caeteris, locus puellae advenit etc.

Ex concilio Toletano: Post orationem Dominicam etc. panis et calicis benedictio in populum sequatur, et tum demum corporis et sanguinis Domini sacramentum sumatur, eo videlicet ordine, ut Sacerdos et Levita ante altare communicent, in choro clerus, extra chorum populus.

In utroque Canone Graeco et Latino verba testantur, fuisse morem communicandi pluribus, ut cum dicunt: sacramenta quae sumpsimus etc.

Ratisbonae 7. Iunii
anno 1541.

No. 2261. 8. Iun.

Caesar ad Ordines.

Editum germanice in Actis Buceri German. p. 88. et ex eo in opp. Luth. Hal. XVII. p. 858. Apographon in Tabul. Vinar. Reg. E. fol. 48. Vol. II. p. 29. — Latine idem legitur in Buceri Actis latin. statim post praefationem. Sitne textus latinus, an vero germanicus genuinus ea de re nihil quidem legitur in Actis. Sed quum alia, quae Imperator ordinibus misit scripta, vernaculo sermone conscripta sint, etiam hic textum germanicum dedimus.

Scriptum, quo Imperator acta colloquii Ordinibus imperii primum expendenda proposuit, ac sententiam de conciliatis et non conciliatis articulis rationeque reformationis instituendae illos rogavit. (Inscriptio latina ap. Bucerum.)

Wie die Kais. Maj. die Handlung des Gesprächs den Ständen zu berathschlagen übergeben hat.

Die Römisch Kais. Maj., unser allergnädigster Herr, setzt in keinen Zweifel, Churfürsten, Fürsten und Stände, und der Abwesenden Botschaften und Gesandte tragen noch in frischer Gedächtniß, was ihre Kais. Maj. im Anfang dieses gegenwärtigen Reichstags und in ihrer ersten Proposition ihnen anzeigen lassen, und aus was Ursachen derselbige vorgenommen, auch wie folgend mit ihrer, der Stände, Bewilligung in der streitigen Religion Sachen, als dem Hauptpuncten dieser Reichshandlung, etliche gelehrte Personen aus ihnen, den Ständen beiderseits, verordnet wären, die streitigen Artikel vor die Hand zu nehmen, zu erwägen, zu bedenken und zu berathschlagen, wie die in eine christliche Vergleichung gebracht werden möchten. Und was sie also, doch unvorgreiflich und allein berichtsweise, unter einander handeln würden, daß sie dasselbige alsdann wiederum an die Kais. Maj., auch Churfürsten, Fürsten und gemeine Stände bringen und gelangen lassen sollten, sich darauf desto besser haben zu entschließen, auch mit Päpstlicher Heiligkeit Legaten vermöge des Hagenauischen Abschieds zu communiciren. Damit nun dieselben verordneten Collocutoren eine Form und Weg haben möchten, in solchem ihren Gespräch zu procediren, so hätte ihre Kais. Maj. einen schriftlichen Begriff durch etliche gelehrte und gottesfürchtige Personen, wie ihre Maj. berichtet worden ist, zusammengetragen und ihrer Maj. behändet, auch darin Weg und Mittel angezeigt, dadurch ihres Achtens solche streitige Artikel vereinigt werden möchten, ihnen, den Collocutoren, zustellen lassen, mit Befehl, denselben Bericht im Beiseyn ihrer Maj. zugeordneten Präsidenten und Anhörern vor die Hand zu nehmen, von einem Artikel auf den andern zu verlesen, und was sie darin zu Vergleichung dienlich und annehmlich befinden und ansehen würden, dasselbe aufzumerken, was aber nicht anzunehmen, dasselbige zu corrigiren und zu bessern, und nachdem solches alles vollbracht, alsdann ihrer Maj. davon schriftlichen Bericht zu thun. Demselben wären gedachte Collocutores gehorsamlich nachgekommen, und hätten allen möglichen Fleiß vorgewandt, auch sich darin so viel bearbeitet, daß derselbigen streitigen Artikel eine gute Anzahl, und nicht die geringsten, doch auf ihrer Kais. Maj. und der Stände Wohlgefallen, vereiniget und verglichen, und soviel die übrigen Artikel belangt, so noch unverglichen blieben, hätten der Protestirenden Collocutoren ihr Bedenken und Meinung insonderheit übergeben.

Nun hätten folgends die gemeldten Collocutoren beiderseits sämmtlich den angezeigten Bericht außerhalb desjenigen, so sie mit gemeinem Rath einhelliglich darin corrigirt und gebessert, abschreiben lassen, und sammt berührten unverglichenen Artikeln ihrer Maj. unterthäniglich überantwortet, mit Anzeige, daß sie denselben übergebenen Bericht durchaus, außerhalb gemeldter Artikel, für ihre Personen, doch sonst unvorgreiflich, verglichen hätten, der unterthänigen Hoffnung, ihre Kais. M., sammt Churfürsten, Fürsten und gemeinen Ständen würden Weg und Mittel zu finden wissen, die übrigen Artikel mit Verleihung des Allmächtigen auch zu

vergleichen; und hätten darauf ihre Maj. unterthäniglich gebeten, solchen ihren fürgewandten Fleiß, Mühe und Arbeit gnädiglich anzunehmen; Welche Schrift mit sammt beiliegenden Artikeln ihre Kaiserliche Majest. Churfürsten, Fürsten und Ständen hiebeneben überantworten lassen.

Und nachdem ihrer Majest. Begierde je und allwegen gewest, und noch (ist), diese Sache vornehmlich Gott, dem Allmächtigen, zu Lob und Ehr, und gemeiner Christenheit und zum vorab dem heiligen Reich deutscher Nation zu guter Ruhe, Fried und Einigkeit je dahin zu fördern, damit der hochnachtheilige Zwiespalt der Religion hingelegt, und Fried und Einigkeit erhalten, auch aller Unrath, so daraus entstehen möchte, verhütet bliebe: so ist Kais. Maj. freundliches, gnädiges und fleißiges Ansinnen und Begehren, daß Churfürsten, Fürsten und Stände, vermöge angeregter ihrer Majest. ersten Proposition, sich hierin nicht weniger denn ihre Majestät als christliche Churfürsten, Fürsten und Stände erzeigen und beweisen, und wollen solche Schrift zum förderlichsten fleißig ersehen, berathschlagen und erwägen lassen, und ferner ihrer Majest. ihr Gutbedünken in diesem allen, und nicht allein auf diese Artikel, deren sich die verordnete Collocutores unter einander verglichen, sondern der andern halben auch, so noch unverglichen seyn, mittheilen was sie nach Gelegenheit und Nothdurft der Sachen für gut und räthlich ansehen und befinden werden.

Damit auch weiter Unrath und Nachtheil vorkommen [i. e. verhütet werde], wie und welcher Maßen Weg vorzunehmen, damit die beschwerlichen Mißbräuche, so allenthalben im geistlichen und weltlichen Stand eingerissen, wiederum abgestellt, und in eine christliche Reformation und Besserung gebracht werden mögen, (wie denn solches die hohe Nothdurft auch erheischt,) und Churfürsten, Fürsten und Stände solches jetzo bald vornehmen, deme fleißig nachdenken, und ihrer Maj. ihr räthlich Bedenken treulich mittheilen wollen, wie denn ihre Maj. nicht zweifeln, sie seyen solches ohne das zu thun ganz geneigt: so erbeut sich ihre Maj. nochmals, wie hievor, nichts an ihr erwinden zu lassen, auch keine Mühe, Fleiß oder Arbeit zu sparen, dadurch solches alles gefördert und zu guter Endschaft gebracht werden möge, und ist ihre Maj. der ungezweifelten Zuversicht, daß der Päpstlichen Heiligkeit Legat sich zu diesem auch werde geneigt finden lassen, alles zu thun, das an ihme seyn wird.

No. 2262. 9. Iun.

Legati Sax. ad Electorem.

† Ex autogr. in Tabul. Vinar. Registr. E. fol. 48. Vol. II. p. 27.

An Johann Friedrich, Churfürst, und Johann Ernst, Herzoge von Sachsen.

— — — — — — Es hat solches (die Uebersendung des vorgelegten Buchs) aus den Ursachen, die Ew. L. Chur- und F. G. wir hiezuvor angezeigt, bis anher nicht seyn mögen; denn die Relation solcher Handlung den Ständen bis auf gestern vor Datum verzogen, da dann die Kais. Maj. Churfürsten, Fürsten und Stände, und der abwesenden Gesandten und Botschaften in Ihrer Maj. Herberg von wegen der Irrungen, so sich der Session halben zugetragen, erfordern lassen, und hat Ihr Maj. stehend den Churfürsten, Fürsten und Ständen, welche auch ungefährlicher Weise gestanden, Vorhaltung thun lassen, wie Ew. L. und Chur- und F. G. aus inliegendem Verzeichniß zu befinden. Als haben Churfürsten, Fürsten und Stände um Abschrift solches Vortrags und des vorerwähnten Buchs sammt den übergebenen Artikeln gebeten. Darum es also verordnet, daß heut dato um 12 Uhr mit solchem Schreiben soll angefangen werden, welches wir auch, so bald es fertig, E. L. Chur- und F. G. zuschicken wollen.*) — — — — — — — — —

Dat. Regensburg Dornstag nach dem heil. Pfingsttag anno dom. XLI.

Wolfgang Fürst zu Anhalt und andere — — Räthe gegen Regensburg verordnet.

No. 2263. 9. Iun.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 362 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 239.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo summo in Academia Tubingensi,

S. D. Seriem actionum Conventus brevi narratione complexus sum, quam tibi mitto. Quan-

*) Respondit Princeps Elector Dienstags nach Viti, se velle, ut legati prorsus inhaereant Augustanae confessioni et articulis schmalcaldicis, quia nunquam se iterum subiecturus sit iugo Papae.

quam autem vere scripta est, tamen vides praeteriri ea, quae nos quidem πολιτικοὶ praecipue requirimus, quae cuiusque in tantis negotiis voluntas, quae fides, quod iudicium fuerit, quae semina sint, qui fontes negotii. Haec coram tibi exponere malim. Fuerunt enim crebrae et mirae *μεταβολαὶ*, quas consilio regere non est humanum. Deum oremus, ut nos et harum actionum exitum gubernet. Spero *Macedonem* brevi abiturum esse, qui si discesserit, ego ad thermas properabo propter dextram, quae mihi, mi Ioachime, contabescit. Plura nunc scribere non vacabat. Bene et feliciter vale.

De Negotio Lipsico etiam cum legatis hic locutus sum, fuitque mihi *Iulius* hortator. Ita mihi respondent, ut significent, se maxime cupere, ut res perficiatur. Sed haec alias copiosius, die IX. Iunii Ratisbonae. Salutem tibi optant D. *Franciscus Cancellarius* et *Caspar Cruciger*.

Philippus Melanth.

No. 2264. 9. Iun.

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 124 sqq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 534.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Norib.

S. D. Dum versor in cogitatione Concionis Petri, quae his diebus legitur, non possum non succensere istis Doctorculis et Principibus, qui fucosas conciliationes, et doctrinae sanae corruptelas componunt. *Effundam*, inquit *Deus*, *de Spiritu meo, et prophetabunt filii vestri.* At moderatores isti sine Spiritu Sancto volunt esse Prophetae, et doctrinae coelestis interpretes.

Post tuum discessum articulos ineptissimos nobis proposuit novus ille disceptator, quem meministi, † sed acceptus παρὰ τοῦ σκαρτοῦ." *) In his erat unus, de votis, *valere vota et servanda esse, facta aetate, quae iudicare potest; Sed temere concepta, nec fieri sine peccato, cum primum concipiuntur, nec violari sine peccato.* Impudentia est, tales ineptias proponere. Tandem autem decretum est, ut liber ille, qui hactenus fuit vere ἀπόκρυφος, proponatur Ordinibus Imperii. Hodie publice describitur, nec dubito, quin Senatus vester vobis librum iudicandum exhibiturus sit. Habes totam historiam eorum, quae post tuum discessum nunc quidem acta sunt. *Macedonis* discessum expecto.

Seruntur iam sermones περὶ εἰρήνης πολιτικῆς, quam utinam Deus concedat. Salutem opto D. *Hieronymo* et honestissimis matronis, Coniugibus vestris.

Bene vale. *Ioachimo* mitto Conventus historiam. Tu curabis, ut certo ad eum perferatur. Die 9. Iunii.

Philippus Melanthon.

*) σκαρτοῦ? Literae σκα τοῦ satis distincte leguntur, sed nescio an αρ, vel αρι, sit legendum. Quis vero sit σκάρτης, *saliens*, definire nolo.

No. 2265. 9. Iun.

Alesius ad Pontanum.

† Ex autographo Alesii in Tabul. Vinar. Registr. E. fol. 48. Vol. IV. p. 282.

Christianissimo et ornatissimo viro Dom. Doct. Gregorio Pontano Illustr. Electoris Sax. Cancellario et summo consiliario, suo domino et patrono.

S. D. Libenter ad vos venirem, si liceret propter nescio quas suspiciones nostrorum legatorum. Iam hodie octiduum est, quod Ratisbonae fuimus, et tamen nobis in Dessavia nudius tertius dictum est, sparsos esse Vitebergae rumores de nostro adventu. Id valde aegre tulerunt nostri, et nescio quid non suspicantur. Sed ad rem. Ea vera esse, quae vobis in transitu narravi, non dubito quin ex vestrorum literis intellexeritis; sed postquam *Landgravius* sensit insidias constantissime adhaesit vestris, nec digitum quidem latum vult discedere a sententia D. *Philippi*. *Bucerus* etiam sua constantia vicit suspiciones. Iam postquam vident se frustra tentasse adversarii, ut hos a vobis divellerent, agunt cum nostro *), ut nescio quam quaerat moderationem a doctore *Mar-*

*) Marchione Electore Brandenburg.

vorbehalten haben. Und wiewohl ich hoff, es werde die Antwort mit mehrern sonderlichen Anhängen gefallen seyn. Ist sie aber also schlecht hingegeben, so würde nun der Kaiser einen seltsamen Frieden darauf machen wollen. Aber der Allmächtige schicke es alles zu seinem Lob und Preis, Amen.

Es stund auch noch ein Artikel in der Instruction, der lautet dahin, daß der Churfürst zu Brandenburg Martinum erinnerte, daß er sich dennoch hievor in etlichen seinen Büchern hätte lassen vernehmen: wenn allein die Doctrin eingeräumt würde, was der Bräuche wäre, darinnen wollt man sich mit dem andern Theil auch wohl zu vereinigen wissen. Aber meines Vernehmens macht der Marggraf eine gefährliche Theilung zwischen der Doctrin und den angegebenen Artikeln, gleich als sollten dieselben allein für Ritus und Mißbräuche anzusehen seyn.

Der Schotte sagt, Martinus würde mich ansprechen, wenn er wieder von ihnen zu Haus zöge. Deß will ich also gewärtig seyn. — — Dat. Wittenb. Freitags in der Pfingstwochen anno dom. 1541.

Ew. Chf. Gn.

unterthänigster gehorsamer Diener

Gregorius Bruck, der Rechten Doctor.

No. 2268. **14. Iun.**

Elector ad legatos suos.

† Ex autographo in Tabul. Vinar. Reg. E. fol. 48. Vol. II. p. 18.

Wolfgangen Fürsten zu Anhalt und den andern Seiner Lieb zugeordneten Räthen zu Regensburg.

Ew. Lieb und Euer Schreiben am Datum Freitags nach Exaudi haben wir auf Mitwoch darnach zu Torgau ganz spät empfangen.

3) Pez. *averti*; sed cod. *everti*; text. germ. umstoßen.
4) *multum*] non habet cod. — Text. germ. es sey ein Vortheil.
5) *igitur*] Pez. *ergo*, utroque loco.
6) *acerba*] Pez. *acerrima*; text. germ. eine grausame Verdammung.
7) Pez. *noluissemus*.
8) Cod. Gall. *pertinuisse*.

fiat, sed diserte protestati sumus, hoc ita concedi, si fieret illa reformatio Episcoporum, de qua nobis pollicentur quidam plane auream aetatem. Adnumerant[9]) autem sacramentis confirmationem et extremam unctionem. Scio hoc non fieri ab eis superstitiose, sed ut nobis aegre faciant; †dissimulavi tamen et dixi, me de his ritibus non pugnaturum esse. Sed" displicebat, quod, cum sacramentum definivissent signum infallibilis gratiae, nunc etiam confirmationem et extremam unctionem vocarent sacramenta. Dictum est etiam de tollendis abusibus in his †duabus" ceremoniis. De confirmatione censuimus[10]), ut restituatur Catechismus. Ita hic locus est praeteritus.

De *conversione panis* in coena domini magnam tragoediam excitavit *Eccius*.

Postea sequitur articulus, quem ipsi vocant *de hierarchico ordine*. Dissensi propter multas causas. Liber est insidiosissime scriptus; et ut callidus dux diversis locis disponit insidiatores, seu potius ut de lupis audio, qui quasi diversas stationes occupant: sic liber[11]) astute distribuit fraudes. Antea dixerat, Ecclesiam esse coetum bonorum et malorum; nunc addit: sub uno †capite," Pontifice Romano. Addit etiam, traditiones necessario servandas esse. Ergo vult[12]), Ecclesiam esse politiam Papae. Vult item, eos, qui traditiones non servant, avulsos esse ab Ecclesia. Hoc quid aliud est, quam nos horribiliter damnare?

Erant et haec errata in articulo, Episcopos successisse in locum Apostolorum: quo dicto multi errores continentur[13]). Alligatur Ecclesia ad successionem ordinariam, quasi impossibile sit, Episcopos errare, quia Apostolorum loca teneant, aut quasi hi sint Episcopi, qui sic vocantur, et necesse sit, eos tanquam Ecclesiae capita audiri. Tradebat item articulus potestatem Episcopis mutandi ceremonias divinitus institutas, ut excusaretur mutilatio sacramenti. Dicebat, traditionibus humanis fulciri fidem, et eos ritus esse bona opera, id est cultus. Tantus acervus erat in brevi pagella. Habuimus ergo adversandi necessariam causam.

Evolvi me ex his laqueis non sine difficultate. Postea reprehensi sunt articuli de confessione et satisfactionibus, de invocatione sanctorum, de applicatione missae, de privatis missis, de usu unius partis coenae domini, de coelibatu presbyterorum, de votis. Quosdam articulos praeterii, ut de picturis templorum, de ossibus sanctorum.

Haec est summa †historiae"[14]) nostri colloquii, ex qua[15]) apparet, nos usos esse moderatione, etiam maiori quam debebamus uti[16]), ut aditus fieret ad concordiam. Concessimus articulos, in quibus tamen est aliquid obscuritatis, et deinde aliquos praeterivimus spe concordiae, sed de quibusdam necessario pugnandum fuit. Nec muto meum iudicium de his articulis, quos si qui dicunt[17]) esse leves et condonandos infirmis, ut ipsi loquuntur, non satis considerant magnitudinem rerum, de quibus dicitur. Si volumus consuli infirmis, consulatur sine corruptelis doctrinae, et sine condemnatione nostrarum Ecclesiarum. Nam si eos in libro articulos reciperemus, aperte Ecclesias nostras damnaremus. Si ipsi sunt Ecclesia recte docens, nos scelerati sumus, qui ipsis non paremus[18]). Quod vero multi dicunt, pacem Germaniae his disputationibus anteferendam esse, non sum adeo ferreus, ut non movear[19]) cogitatione publicorum malorum, qua secum bella, praesertim civilia, trahunt, et scio quare non solum reliquis Germaniae Principibus[20]), sed maxime nostris opus sit pace: sed necesse est, nos omnibus rebus humanis mandatum dei anteferre: *Si quis me confessus fuerit coram hominibus* etc. Exitus vero commendemus deo, et precemur, ut gubernet Principum mentes ad pacem et ad salutaria consilia. Si quis autem haec, quae dico, non probat, ego non impedio, quo minus dicat ac faciat quod volet: nec ego velim, mea causa cu-

---

9) *Adnumerant*] sic cod.; sed Pez. *Addiderant*. Text. germ. zählet unter.

10) *censuimus*] cod. Gall. *dictum est*.

11) Cod. Gall. *ita hic liber*.

12) *etiam traditiones necess. serv. —— vult*] non habet cod. Galli.

13) *Erant et haec —— continentur*] cod. Gall. non habet.

14) *historiae*] excidit e textu Pez. — Text. germ. Summe der Handlung im Gespräch.

15) *ex qua*] cod. Gall. *in qua*.

16) *quam deb. uti*] Pez. *quam oportuit*.

17) *dicunt*] cod. Gall. *ducunt*.

18) Cod. Gall. *paruimus*.

19) Cod. Gall. *moverer*.

20) *Principibus*] cod. Gall. *populis*.

iusquam otium turbari. Noti sunt mei mores. Versor in hac causa sine cupiditate aliqua, et fortasse aliquanto plus odii et aerumnarum sustineo, quam alii multi. Equidem [21]) adhibui moderationem, quam iudicavi utilem esse et ad veritatem explicandam, et ad tranquillitatem Ecclesiarum: ideo rogo, ut ea, quae dico, existimetis me pio quodam studio dicere.

Nunc quia rogatis [22]), ut etiam de libro dicam [23]), an recipiendus sit? aut quomodo respondendum sit Imperatori [24]): primum iterum testor, me nihil praescribere aliis. Sit suum cuique liberum iudicium, maxime vobis gubernatoribus, qui et vestrae et multarum gentium saluti consulere debetis. De me privatim dicam.

Nunquam recipiam eos articulos libri, quos reprehendimus, quia sunt pleni errorum ac fraudum: ac iudico a me multo lenius [25]) taxatos esse, quam magnitudo causarum postulabat. Non video autem, quid liber allaturus sit momenti ad publicam concordiam, nisi totus recipiatur. Nam hi ipsi articuli in libro, si publicabitur, accendent nova et ingentia certamina. Deinde a nobis quaedam praeterita sunt propter spem concordiae, de quibus tamen diximus quid videretur, etiamsi non pugnaverim [26]), ut verba scriberentur. †De his necesse erit mentionem fieri."

Non concedendum erit, ut confirmatio et unctio dicantur infallibilia signa gratiae. Quae est absurditas, hos ritus aequare baptismo aut coenae domini? quasi similem promissionem habeant. In loco de libertate voluntatis nos addidimus annotationem †de impletione legis" repudiatam ab *Eccio*, quae tamen nisi recepta et explicata fuerit, tota res evertetur.

Postremo in conciliatis multa sunt obscura, quaedam etiam contumeliosa adversus nos: ideo non dubium est, quin multi ex nostris eos sint repudiaturi. In loco de iustificatione scio quid alii reprehenderint, sed ego alia desidero. Nusquam aperte dicit articulus, renatum non satisfacere legi, et non posse in hac vita satisfacere. Item, reliquum esse peccatum in sanctis, et quomodo placeat inchoata obedientia. Item, quale [27]) sit meritum, quod vocant, de condigno. Haec necesse est addi, ut doctrina cum de fide tum de operibus recte intelligatur. †Praeterea iam sunt hic editae propositiones absurdae et rabiosae, quae hunc articulum de fide aperte oppugnant."

In articulo de Ecclesia damnantur, si [28]) qui discesserunt a malis [29]); nec additur discrimen, ubi discedere, ubi non discedere liceat. Ibi etiam dicitur vinculo dilectionis unitatem Ecclesiae conservari, et postea in sequentibus articulis interpretantur hoc vinculum: obedientiam in traditionibus. Si hoc sensu articulum recipiemus, nos ipsos condemnabimus.

In articulo de poenitentia ait, mortificationem continere confessionem et satisfactionem castigatoriam. Cum postea de confessione et satisfactione nostras sententias opposuerimus, necesse erit hanc partem demi. Et per se absurdum est, fingere partes esse mortificationis confessionem et satisfactionem, cum mortificatio sit opus spirituale, confessio et satisfactio sint opera traditionum humanarum. Scimus autem, magnum inter haec discrimen esse.

Eodem loco, ut fucose ornentur satisfactiones, citatur Paulus 2 Cor. 7. Ubi in alio sensu [30]) legitur nomen satisfactionis in quadam versione.

De sacramentis recte dicunt (ut nos), non modo [31]) per ea significari gratiam, sed etiam sanctificari homines. Sed hic expresse apud ipsos usitatum errorem taxari oportuit, quod † in adultis etiam" putant ea ex opere operato gratiam adferre.

Cum igitur [32]) in articulis qui dicuntur conciliati restent quaedam emendanda et explicanda, non possum comprobare librum [33]), nisi his locis

21) *Equidem*] cod. Gall. *eamque*.

22) *rogatis*] cod. Gall. *requiritur*.

23) *dicam*] cod. Gall. *dicatur*.

24) *aut quomodo* etc. non habet cod. Gall.

25) *lenius*] cod. Gall. *levius*.

26) Cod. Gall. *etsi non pugnarimus*.

27) *Item quale*] cod. Gall. *Nec additur, quid sit sentiendum*.

28) *si*] cod. Gall. *hi*.

29) *malis*] cod. Gall. *nobis*.

30) *sensu*] cod. Gall. *intellectu*.

31) *modo*] cod. Gall. *tantum*.

32) Pez. *Cum ergo*.

33) *non possum* etc.] cod. Gall. *nec eam libri partem comprobare possum*.

emendatis et explicatis. Quaedam etiam ita sunt inepta in descriptionibus, ut ridicula videantur, quae omitto [34]). Nec video quid ambigua profutura sint ad concordiam [35]). Ac fatebantur ipsi, D. *Iulius* et D. *Gropperus*, opus esse longiore explicatione. Optarim certe illos articulos illustratos proponi Ecclesiis [36]); optarim initium fieri restituendarum Ecclesiarum. Et si meae de his ipsis articulis explicationes sunt methodicae et moderatae: apparet, me multis Ecclesiis prodesse voluisse. Quare meam voluntatem in his conciliationibus reprehendi posse non arbitror; sed si non volent [37]) explicatoria proponi alibi, nec patiuntur [38]) aboleri manifestos abusus, et simili asperitate eos defendent, ut hactenus defenderunt, quid prodest de hoc libro pacisci?

Intueamur etiam iudicia eorum, qui gubernant nostras Ecclesias. Hi, si hos articulos non comprobabunt, vel quia ambigua vitant, vel quia alicubi laedi nostras Ecclesias sentiunt: ego certe consensum nostrorum probabilem tuendum nobis censeo. Et cum confessionem Ecclesiarum nostrarum probem et ex animo complexus sim, ab ea nequaquam discedam [39]).

Dixi meam sententiam, et precor deum patrem liberatoris nostri Iesu Christi, ut mentes vestras spiritu sancto regat, ut salutaria Ecclesiae et Reipublicae statuatis. Credo tamen, opus esse Imperatori diserte exponi, quid probetis aut reprehendatis [40]).

B.

Philippi Melanthonis Relation von der Handlung des gehaltenen Gesprächs in Religionssachen auf dem Reichstag zu Regenspurg anno 1541. Auch Urtheil und Bedenken vom Buch von Kais. Majest. den Ständen des Reichs, als ein Weg und Zurichtung zur Einigkeit und Concordi in der Religion fürgehalten, ob es anzunehmen oder nicht.

Nachdem wir erfordert, von der Handlung des Gesprächs Bericht zu thun, und alsdenn unser Bedenken vom Buch anzuzeigen, will ich erstlich eine kurze Erzählung thun, wie sichs im Gespräch zugetragen, und welche Artikel gestritten sind oder nicht. Und so man das Buch gelesen hat, wo man weitern Bericht bedarf, will ich mich dazu erboten haben.

Als wir, so zum Gespräch verordnet, erstlich zusammenkommen, ist uns in Kais. Maj. Namen ein Buch fürgelegt, mit einer ernsten und wohlbedachten Rede, daß Kais. Maj., als die Ruhe und Besserung der Kirchen zum höchsten begehrt, viel bei sich betrachtet, und Anderer Rath gehört, was in dieser Spaltung fürzunehmen, hätte aber allezeit lieber gnädige und sühnliche Wege gesucht denn andere, daraus große Zerstörung folgen möchte. Und wiewohl Ihre Maj. viel Rathschläge zukommen, so wäre doch Ihrer Maj. dieses Buch insonderheit also gelobet, daß es ein Weg zur Einigkeit seyn, oder weisen sollt. Begehrte derwegen, wir, die Verordneten, wollten dieses Buch mit einander lesen, und erwägen, und darauf unterreden; doch alles unverbindlich, und was wir bedächten darin zu ändern, dazu oder davon zu thun, das sollte erlaubt seyn. Darauf ist eine kurze Unterrede gehalten, und, dieweil die andern alle das Buch dermaßen zu lesen bewilligt, bin ichs auch zufrieden gewesen, wiewohl ich alsbald Sorg hätte, dieses Buch würde nicht geringe Gezänk erregen.

Nun hat es im Anfang etliche Artikel, davon sehr kurz geredt ist, als vom freien Willen und Erbsünde; in diesen haben wir keine Aenderung gemacht, und wiewohl sie in gutem Verstande mögen hingehen, so habe ich doch nicht klein Mißfallen gehabt, daß der Meister des Buchs, wo er das Unsre zulässet, doch also dunkel redet und verstreicht, daß es wenig scheinet; wo er aber etwas hat auf der Papisten Seiten, das leidlich, dieses schmückt er und pranget damit. Nun hab ich Geduld gehabt, daß man nicht sagte, ich wollte die Handlung ohne große Ursache umstoßen. Bald folget der Artikel von der Justification, der nicht kurz gefasset, und war viel fremder Meinung und Reden eingeführt, die *Eccio* so wenig als mir gefallen. Ist derhalben bedacht worden, man sollte das Buch liegen lassen, und frei von der Sache reden, und so man eins würde, sollte man einen neuen Artikel stellen. Also ist heftige gestritten etliche Tage, daß ich wohl geneigt gewesen, die Handlung umzustoßen, so viel an mir gewesen; hab auch mein Bedenken den Collocutoren dieses Theils fürgehalten, und sie erinnert, wir würden hernach viel häßiger Artikel haben, die sich weniger würden vergleichen lassen, und könnten uns aus der Fahr helfen jetzund in diesem Artikel, da der Unglimpf auf Ecken liegen

34) *Quaedam etiam ita sunt* etc. in cod. Gall. non hic sed paulo ante post *gratiam adferre* leguntur.

35) *Nec video* etc.] cod. Gall. *Nam quid ambigua profutura sint ad concordiam, non video.*

36) Pez. *Ecclesiae.*

37) Cod. Gall. *volunt.*

38) Cod. Gall. *patientur.*

39) Cod. Gall. *discedo.*

40) *Credo autem* etc. non habet cod. Gall.

würde. Aber es ward widerrathen; mochten vielleicht etliche gute Hoffnung haben, und meinten, es wäre ein Vortheil, so wir doch diesen Artikel vom Glauben erstritten hätten. Und dieweil Gropperi Reden etwas besser waren, denn Ecken, haben etliche gesagt, ich hätte nicht Ursache dazu gehabt, das Colloquium umzustoßen. Haben also endlich diese Form, als gut sie ist, zusammengeflickt mit großer Arbeit, und hat der Gegentheil viel List gebraucht mit eilen, mit Wort wechseln, und sonst, uns zu betrügen, das gewißlich wahr ist. Und ist also diese kurze Form ins Buch gesetzt, und die vorigen langen Theudingen weggethan.

Nun hofft ich, wir wären des Buchs ledig; aber sie nahmens wiederum vor, und ward der Artikel gelesen von der Kirchen. Da stehet eine grausame Verdammung deren, so sich von der Kirchen absondern. Und wie wohl es in gemein geredt, so ist es doch gemeinet, uns zu beschweren, und sind etliche Wort, darin wir allzu öffentlich angerühret, geändert, und hab abermal Gedult gehabt; denn ich sahe, daß der folgende Artikel größer Streit machen würde von den Concilien. Im selben Artikel setzen sie die Kirche, das ist, wie das Buch hält, die Versammlung der Guten und Bösen, hab Gewalt, die Schrift auszulegen. Zum Andern, so soll einer, oder der kleiner Theil, nichts halten wider den großen Theil. Zum Dritten, was Concilia generalia, das ist, der größer Theil, geschlossen, das soll für gewiß und recht gehalten werden. Nun habe ich billige Beschwerung gehabt an diesem Artikel. Denn er macht aus der Kirchen ganz ein weltlich Königreich, da die Herrschaft Gewalt hat ihre Gesetz zu deuten, und soll man der Deutung folgen, der Herrschaft Gehorsam zu leisten. Aber in der Kirchen[1]) ist die Auslegung nicht eine Gewalt, sondern eine Gabe Gottes, und nur[2]) in etlichen, die andern zu lehren, welche folgen darum, daß sie gewisse und gleichstimmende Zeugniß in Gottes Wort finden, und werden selbst auch von Gott angezogen[3]), und solche Gabe ist allein der Frommen und nicht (der) Bösen, darum soll man nicht Gewalt daraus machen, und dazu dieselbige den Bösen zugeben. Zum Andern, so einer oder der kleinere Theil den großen nicht anfechten soll, so haben Elias, Jeremias und andere Propheten unrecht gehabt. Zum Dritten ist öffentlich, daß Concilia geirret, etliche alte als Syrmiense, Ariminense etc., etliche auch der neuen[4]), als Lateranum und andere, welche das Eheverbot, Möncherei, Beicht, Genugthuung, Transsubstantiatio, und andere mehr Irrthum bestätiget. Aus diesem allen ist wohl zu verstehen, daß hoch vonnöthen gewesen, diesen Artikel anzufechten, damit nicht die vorigen Irrthum bestätiget, auch nicht die Kirch ins künftig durch dieses praeiudicium beschweret würde, daß sie Irrthum annehmen müsse, wo etwa ein Concilium einen Muthwillen üben würde. Ich will auch den Herren nicht bergen, da ich zu Ecken sagt, ich merkte wohl, daß er so hart wär in diesem Punkt von wegen folgender Artikel von der Verwandlung des Brods im Sacrament und von der Beicht und andern, bekannte er frei, dieses wäre die Ursach.[5])

Nun übergaben wir einen Gegenartikel, und hofften, es sollt nun ein End seyn der ganzen Handlung; aber die Herren Präsidenten sagten, diese Sach sollt suspendirt seyn, und sollten im folgenden Artikel fortschreiten.

Nun folgen die Sacrament, und erstlich die ordinatio, darin wir uns ganz gelinde erzeigt, daß man uns nicht Schuld kann geben, wir haben nichts nachgegeben. Hie haben wir den Bischöffen die ordinatio wiederum angeboten, doch mit dieser ausgedruckten Protestation, so die Reformatio, davon man so groß vertröstet, ins Werk bracht würde. Ist auch dabei geredt durch *Bucerum*, daß wir unsre Pastores pro Episcopis halten.

Das Buch zählet die Confirmatio und Oelung auch unter die Sacrament. Davon hab ich klar gesagt, daß mir nicht gefalle, daß mans unter die Sacrament, die Christus eingesatzt, ziehet; doch wollte ich die geringe Ceremonien nicht hoch streiten, so fern die Mißbräuche abgethan würden, und durch die Confirmatio der Catechismus angericht würde etc. Habe sie also passiren lassen.

Von der Verwandlung des Brods im Sacrament ist fast der größte Streit gewesen. Ist doch zuletzt auch aufgeschoben, und ein Gegenartikel endlich übergeben. Bald ist gefolget ein harter Zank von Erzählung der Sünden in der Beicht, und von der Genugthuung, und sind Gegenartikel übergeben.

Darnach ist ein tückischer Artikel gefolget, den sie nennen: von Ordnung der Kirchenherrschaft. Der Dichter dieses Buchs hat gethan wie ein listiger Haupt-

1) His verbis incipit apographon in cod. Gall.
2) nur] cod. Gall. nicht.
3) Cod. Gall. gezogen, fortasse rectius.
4) als *Syrmiense* etc. non habet cod. Gall.
5) Hic desinit apogr. in cod. Galli.

genere Cavillatorum. Et tamen mihi crede, ut inter illos Gabriel videtur esse perspicuus. Sed ita est ut scribis, non solum defuit illis explicandi scientia, sed multo magis iudicium de rebus. Deinde propter inscitiam sermonis male intellexerunt vetera dogmata plurima. Sunt igitur omnia eorum scripta partim plena errorum, partim futilia et inania. Id possum ostendere, non solum tibi, qui ab his ineptiis alioqui abhorres, sed etiam aliis non fascinatis odio nostri, aut dexterioris doctrinae. Didici nugas illas, et mediocriter intelligo, immo rectius quam illi. Nam τὰ ἀκατάληπτα video non posse intelligi. Isti τετυφωμένοι putant se perspexisse. Sed haec aliquando coram.

Macedo hinc domum rediit, postquam videt τὰς διαλλαγὰς non procedere. Princeps *Philippus* Palatinus etiam multo ante discessit, cum D. *Brunsvicensis* certamen movisset, qui nam praecederent *Brandenburgios.* Frater ergo domi est. De libro, quem Imperator delectis sex viris excutiendum dedit, nondum dictae sunt sententiae. Fuerat enim a Marchione ad *Lutherum* missa legatio, quem sperarunt fore tractabiliorem, quam ego videor. Illius Achilleum stomachum [2]) si recte novi, ubi librum viderit, mihi etiam succensebit, quod tam multa praeterii. Ac rediit legatio, hanc intelligo ei non ostendisse librum, tantum de iis articulis, qui non sunt conciliati, rogasse ipsius sententias. Respondit se probare ea quae nos apposuimus. Nos enim miseramus. Ceterum et in formula περὶ τῆς δικαιοσύνης idem reprehendit, quod tibi displicet: de partiali agente. Ego etsi sciebam non illi, sed nostris insuave fore, tamen non volui reiicere, cum sit verum. Scribam alias plura.

Caspar Cruciger valde te rogat, ut mittas ea, quae in novum testamentum adnotasti.

Res *Ungaricae* hic occultantur, sed audio esse πρᾶγμα ἀτέλεστον. Hodie aiunt Regem *Ferdinandum* affuturum esse.

Misi tibi historiolam de conventu et nostris actionibus, cui attexam ea quae deinceps agentur, ut habeas rerum summas. Sed scito praetermitti certo consilio quorundam Sinonias fraudes. Ego mihi conscius sum, simplici animo ac studio a me omnia acta esse. Tuum somnium de mea manu cum iis litteris congruit, quas misi proxime. Expecto medicinam divinitus. Bene vale die XXI. Iunii.

Philippus Melanthon.

2) „quem Homer. Iliad. λ'. vs. 653 sq. Patrocli verbis ad Nestorem habitis depingit: εὖ δὲ σὺ οἶσθα, γεραιὲ Διοτρεφές, οἷος ἐκεῖνος δεινὸς ἀνήρ· τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόῳτο." Cl. K.

No. 2273. 21. Iun.

Elector ad legatos suos.

† Ex autogr. in Tabul. Vinar. Registr. E. fol. 48. Vol. II. p. 51.

(*Postscriptum, adiectum epistolae Principis Electoris Saxon. ad Consiliarios suos Ratisbonae, datae Dienstags nach Viti* 1541.)

Ew. Lieb und Euch wissen wir nicht unangezeigt zu lassen, daß uns Doctor Martinus sein Bedenken, als wir nächst zu Wittenberg gewest, angezeigt, dieweil er seine Antwort den Marggravischen Geschickten der Religion halben gegeben, und auch sonsten so viel befunden wird, daß keine rechtschaffene christenliche Concordia gemacht noch gemeint wird: so sollte das beste seyn, wir forderten unsre Theologen alle wieder abe. Denn des Philippi entbehre man mit großem Nachtheil aus der Universität zu Wittenberg länger.

So bedenken wir auch, dieweil Philippus alda vorhanden, so wird bis zum Ende des Reichstags nicht verbleiben eine Particular- und Privat-Handlung über die andere Zuschrift, und Zusehen, ob man uns dieses Theils mit Listen etwo ergreiffen möchte; wie denn zu Augsburg und Frankfurth dergleichen Schiestungen [Anstiftungen] auch geschehen, und damit kein Aufhören war. Wenn aber die Theologi weg sind, so würde solches wohl verbleiben, und E. L. und Ihr hätten alsdann auch desto mehr Entschuldigung neben dem, daß Ew. L. und Ihr von uns darum keinen Befehl haben.

Weil wir uns denn versehen wollen, Ihr und die andern Stände dieses Theils werden Kais. Maj. auf das geschehene Vortragen nunmehr Antwort geben haben, oder nachmals Antwort geben; wo nun solches geschehen ist, oder förderlich geschehen wird, davon dann, und eher man derselben Antwort verglichen, die Theologen unsers Erachtens nicht wollen zu entrathen seyn: so wollet alsdann Mag. Philippsen, Doct. Creu-

ßigern, auch den Ambßdorf förderlich abreisen lassen, und ihnen zween Reiter zugeben, die mit ihnen bis gegen Adorf oder Oelßnitz reiten und darnach wieder umkehren. So überschicken wir euch hiermit einen Befehl an unsern Amtmann zu Voitsberg und Plauen, daß er ihnen bis gen Zwickau Reiter zuordnen soll. Und dieweil der Ambßdorf der von Magdeburg Diener einen bei sich hat, wie wir nicht anders wissen, so halten wir es dafür, daß sie von Zwickau aus nicht mehr Leut bedürfen sollten.

Und dieweil dann Doct. Bleickart auch unterthäniglich bittet, daß wir ihm zu Haus wollten erlauben, und er kurz vor seinem Abreisen ein jung Weib genommen; so bedenken wir, daß ihm mit den Theologen auch zu erlauben sey, und wollen seine Statt zu vertreten, Doctor Melchior Klingen — dahin schicken. Dat. ut s. (videl. Dienstags nach Viti 1541.)

No. 2274. 22. Iun.

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 127 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 536.

D. Vito Theodoro, docenti Evangelium in Ecclesia Noriberg.

S. D. Video in sententiis dicendis de Hyena aliquid fore certaminis: Et nostros arbitror improbaturos totam Hyenam: Vel si *οἱ Μακεδονικοὶ, καὶ τριβώχοι* *) se seiungent a nostris.

Mihi quidam narravit, *τὸν ἐμὸν παραστάτην* non solum fuisse suasorem *τῷ Μακεδόνι*, cum Wormatiae fuimus, hunc librum ut approbaret, sed etiam adfirmasse, placere Scriptum *Capitoni*. Is ad me longe aliter scripsit.

Quo animo tantopere etiamnum laboret, ut librum recipiamus, cum videt tam multa reprehensa esse, non sine causa, sane miror. Utinam Senatus vestras sententias istic flagitet!

Mitto tibi reliquum mei scripti, cui addidi et sententiam quorundam aliorum, non ut aliquid ulli praescribam, volo enim suum cuique iudicium liberum esse; sed Collatio sententiarum quaedam monere potest. Bene vale. Die 22. Iunii. Rescribe.

Philippus Melanthon.

*) Alsatienses, i. e. Bucerus. — Lib. IV. *τριβώνικοι*, ex mendo.

No. 2275. 22. Iun.

W. Musculo.

† Ex apographo in cod. Paris. in bibl. Genov. D. L. 54[a].

Viro optimo D. Wolfgango Musculo, docenti Evangelium fideliter in Ecclesia Augustana, amico carissimo.

S. D. Ut coram mihi consuetudo tua pergrata fuit: nam et eruditione tua delector, et probo fidem ac gravitatem, et adiuvabar consiliis tuis: ita vel quotidie tecum per litteras colloqui cupio. Sed multa, ut scis, impediunt huius officii assiduitatem. Nunc magna res incidit, de qua tibi meam voluntatem significandam esse duxi, non ut aliquid tibi praescriberem, sed quodam simplici et bono studio. Dicendae sunt sententiae de hyaena, hoc est *περὶ τοῦ βιβλίου τῶν ψευδῶν διαλλαγῶν*. An hyaenam illam recepturi sint nostri? Nihil possum affirmare de voluntate autorum, sed cum liber aperte sententias Ecclesiarum nostrarum corrumpat et depravet, et arte veteres errores confirmet, ac retrahere nostros in Aegyptum conetur: quid aliud suspicari possum, quam a *Groppero* hanc hyaenam ad decipiendos nostros excogitatam esse? Et habuit illius consilii socios, qui persuaderent *τῷ τῶν Χάττων στρατηγῷ* *), posse librum recipi. Hinc illae actiones hic institutae sunt, insidiarum plenae. Ego stolidus adhibitus sum, quem sciebant non libenter adversari *τῷ τῶν Χάττων στρατηγῷ*. Sciunt enim, illum a me amari, etsi eo fortassis delectus sum, quod me hebetiorem esse vident, quam qui technas illas deprehensurus existimaretur. Oppugnavi quidem, et fui initio minus durus: putabam enim candide rem geri. Nunc postquam quaedam reprehensa defenduntur tamen ab adversariis, adhuc quidam persuadere nobis conantur, ut hyaenam recipiamus. Fortassis Senatus vester vos in consilium adhibebit, ideo misi tibi meam narrationem et sententiam de hyaena, non ut suffragatores quaeram, volo enim te tuo iudicio uti, sed quia propter nostram amicitiam mea consilia libenter tecum communico. Deinde fateor hoc, cupere me tueri consensum Ecclesiarum nostrarum. Hoc autem tibi adfirmo, *Lutherum* nunquam fore ap-

*) Philippo Landgravio, quem Melanthon pendere putabat a Buceri iudicio.

probatorem huius libri, etiamsi *Χάττος καὶ Ἀργεντορατεὺς* *) receperint. Sinent caeteri potius hanc fieri *ὁμοσπόνδων* disiunctionem, quam hanc hyaenam recipiant. *Marchio* legationem misit ad *Lutherum*. Sciscitati sunt eius sententias de articulis de quibus non convenit, ac nominatim *περὶ τῆς μεταβολῆς τοῦ ἄρτου ἐν τοῖς μυστηρίοις*. Nondum viderat librum *Lutherus* **). Sed tamen nostras responsiones (nam ego has miseram) probare se respondit. Ego si quis alius vel maxime praedicare possum, me in his contentionibus moderate versatum esse, ac adhibui eam moderationem, quam ad explicationem veritatis aptam esse iudicabam; sed proiicere et corrumpere res pie et utiliter patefactas non volo. Moveor equidem iis argumentis, quae de pace, de bellis civilibus, de interitu studiorum, si mota fuerint arma, obiiciuntur. Sed quid faciam? Hi exitus Deo commendandi sunt. Mitto tibi Eccianum libellum ***), in quo ostendit, quid sentiat. Et qualis nobis cum hoc genere Sycophantico concordia futura est? Bene vale. 22. Iunii.

Philippus Melanthon.

No. 2276. **23. Iun.**

Nic. Medlero.

Primum edita ex apographo in cod. Bav. II. p. 316. a Zscheichselio in den unschuldigen Nachrichten, Jahrg. 1739. p. 267. — Ex eodem codice iterum edita a Danzio in Mel. epistolis ad Medlerum, ep. 8. — Hic denuo et accurate e codice descripta.

Egregia pietate et doctrina praedito D. Nicolao Medlero, Doctori Theologiae, docenti Evangelium in Ecclesia Naumburgensi, amico suo cariss.

S. D. Misi historiam colloquii hic instituti brevem ad amicos Vitebergam, quos arbitror exemplum misisse ad Doct. *Ionam*. Ac nunc domum proficiscitur Doct. *Caspar Cruciger*. Is narrare multo uberius negotia omnia poterit. Cum finito colloquio haererent controversiae non diremptae aliquot, videlicet de conciliis[1]), de transsubstantiatione, de confessione, satisfactione, authoritate Episcoporum, de Missa, de votis: Marchio Elector proposuit de iis articulis moderationes[2]) quasdam, sed nec hae[3]) receptae sunt a nobis. Nunc igitur hoc agitur: publice erunt de libro et de nostris articulis, quos opposuimus, dicendae sententiae. Initio promittebantur nobis necessariae[4]) reformationes Ecclesiarum, sed videntur eo simulatae esse promissiones illae, ut praeberemus nos minus duros. Fallacissime insidiosissimeque omnia aguntur ab adversariis. Ideo Deus orandus est, ut ex his laqueis (nos)[5]) eripiat. Longiorem historiam petes ex Viteberga a *Crucigero*. Bene vale, die 23. Iunii 1541.

Phil. Mel.

No. 2277. **24. Iun.**

Iac. Milichio.

Epist. lib. II. p. 461. (ed. Lond. lib. II. ep. 487.)

D. Iacobo Milichio.

S. D. Quod hactenus nullas ad te literas misi, causam non putato ullam esse aliam, nisi et dextellae luxationem et has nostras occupationes *ταραχώδεις*, quas recitabit *Caspar*. Nunc volumen *Appiani* ingens mitto, ac tibi dono, ut sarciam officii praetermissionem. Tuis literis ad me scriptis valde consternatus sum: sed tamen et illi rei remedium spero adferri posse, et mea tibi officia constabunt, si Deus mihi concesserit, ut eluctor ex his undis ac procellis, in quas me *ἀμαθίαι τῶν κρατούντων* coniecerunt. Spero nobis non defore consilium, etiam de tuis rebus. Bene vale. Die Iohannis Baptistae. D. Doctori *Augustino* Viro optimo salutem opto, audio eum convalescere, et precor Deum ut eum suis dulciss. liberis et reipub. servet.

---

*) Landgravius Hassiae et Bucerus.

**) Haec quomodo Melanthon scribere potuerit, non intelligo, quum Lutherus ipse ei scripserit in ep. d. d. 16. Martii 1541. (apud de Wettium T. V. p. 333.) se librum, a Marchione ipsi missum, vidisse. Fortasse in mente habet illud exemplar libri, quod ipsis traditum fuerat a Caesare in colloquio, cuius apographon Luthero nondum missum erat.

***) „Eccianus libellus" si est illud scriptum Eccii, quod infra ad d. 5. Iul. sequitur (No. 2291.), idem scriptum non ineunte m. Iulio, sed hoc potius tempore, compositum est; fortasse tamen pertinet ad „mendaces censuras" istas, quas „in singulos articulos consarcinasse" Eccius dicitur in Pflugii et Gropperi scripto, quod infra habetur No. 2292.

1) Cod. *consiliis*, ex mendo.

2) *moderationes*] U. N. et Danz. *admonitiones*.

3) *nec hae*] U. N. et Danz. *nequaquam*.

4) Cod. habet *Notiae*, profecto mendose. U. N. *dotae*; Danz. *notissimae*; sed haud dubie est: *necessariae*, quod in Mel. autographis saepe compendio scriptum est. — *nobis* om. et *Reformationis* pro *reformationes* exhibent U. N.

5) *nos* videtur hic excidisse, quod Danzius interseruit.

No. 2278. 79. (fere 24. Iun.)

Melanthon de libro Ratisbon.

Duplici forma haec Melanthonis sententia de libro Ratisbonensi habetur, in verbis certe valde diversa. Primum legitur latine in Melanth. Consil. lat. a Pezelio editis P. I. p. 458 sqq. Apographon eiusdem est in cod. Galli Monacensi I. p. 10. — Pezelius inscripsit: „Sententia Phil. Mel. de Hyena (ita appellat Mel. saepius librum a Pontificiis in conventu propositum), scripta et proposita Doctoribus Evangelicis in Conventu Ratisbonensi." — Idem scriptum, quod attinet ad rem, germanice editum est a Pezelio in Melanthons christlichen Bedenken p. 140. Hoc etiam inveni descriptum in cod. Galli I. p. 43b., non vero integrum, sed tantum aliquas eius partes. Melanthonem suam sententiam primum latine, post vero etiam germanice literis mandasse, docent epistolae ad Vitum Theod. d. 25. et d. 29. Iunii scriptae, quibuscum conf. ep. Consiliariorum Saxon. d. 30. Iun. Videtur igitur Melanthon rem, cum germanice scriberet, uberius exposuisse. Dedimus itaque, A) scriptum latinum; B) scriptum germanicum, quod in multis convenit cum praefatione altera, quam Melanthon postea Actis in Conventu Ratisb. ab ipso editis praemisit, quam habes infra exeunte mense Oct. 1541.

A.

„*Sententia* ***Melanthonis*** *de libro collocutoribus oblato et articulis pendentibus* **25.** *Iulii statibus oblato* [*oblatis*] *anno* **1541.**" (Inscriptio in cod. Gall.)

Duo existimo a nobis requiri, primum ut exponamus acta in colloquio, et quo consilio quaedam a nobis conciliata, quaedam reprehensa, quaedam praeterita sint: deinde, ut etiam dicamus nostras sententias de libro. Si de universa actione, ut in iudicio, reddenda esset ratio, exordia negotii altius repetenda essent, idque necessario exponendum erit alio tempore. Nunc ea, quae requiritis, dicam, et dicam meo loco, et collegis concedo, ut hanc ipsam historiam recenseant ipsi suo iudicio.

In primo congressu nostro liber nobis propositus est, qui videretur [1]) esse forma quaedam concordiae, et tamen propositus [2]) aequis conditionibus, ut mutaremus quae displicerent. Non dissensi a caeteris, qui volebant inspici librum, tametsi iam tum insidias metuebam. Lectae sunt priores paginae, in quibus tametsi non multa videbantur reprehendenda esse, tamen candorem statim desideravi. Ut pictor, ita autor ille umbris quibusdam nostras sententias nonnihil obscuravit, ut nos praegravet, et ornavit ea, quae poterat in altera parte mediocriter probare. Hoc tuli utcunque, et correximus quosdam locos, ut in libro ostendemus.

Ventum est ad locum de iustificatione, ubi cum liber neque *Eccio* neque mihi placeret, coepimus libere disputare de summa rei: cumque esset acerrimum certamen, et ego viderem, honeste abrumpi ac everti [3]) posse totam actionem, exposui meum consilium collegis, et praedixi, nos habituros in locis sequentibus controversias, quae minus possent conciliari, et posse iam nos in causa plausibiliori liberari multis periculis. Sed collegae plus spei habebant quam ego, et putabant, multum [4]) referre, ut quoquo modo vel hic locus obtineretur. Et sciebam, quosdam iudicaturos esse, me vel petulantia vel metu abrupisse actionem, si ea, quae largiri videbantur adversarii, omnino aspernatus essem. Decursum est igitur [5]) tandem ad formulam, de qua postea dicam.

Cum igitur [5]) librum semel deposuissemus, sperabam deinceps de caeteris articulis omisso libro disputandum esse: sed illi astute, quia commodum erat, redeunt ad librum. Legitur locus de *Ecclesia*, ubi est acerba [6]) obiurgatio eorum, qui discedunt ab Ecclesia. Res in genere dicitur, ne † nobis" contradicere liceret, sed tela ex insidiis emissa haereret in nobis. Quaedam tamen apertiora mutata sunt, et ortum est certamen *de Synodorum autoritate.* Hic sperabam finem totius actionis fore: nam et collegae quia videbant, adversarios non de veritate sed de autoritate sua dimicare, minus spei habebant, nec me poenitet dissensisse. Multa sunt enim absurda et impia errata synodorum: haec confirmare noluimus [7]), et praeiudicium ad universam posteritatem pertinuisset [8]). Etsi autem non convenit de hoc articulo, tamen praesidentes iubent nos pergere.

Locus proximus erat *de Sacramentis.* De ordine concessimus, ut ordinatio ab Episcopis

1) Pez. *videtur.*

2) Cod. Gall. *propositis.*

3) Pez. *averti*; sed cod. *everti*; text. germ. umstoßen.

4) *multum*] non habet cod. — Text. germ. es sey ein Vortheil.

5) *igitur*] Pez. *ergo*, utroque loco.

6) *acerba*] Pez. *acerrima*; text. germ. eine grausame Verdammung.

7) Pez. *noluissemus.*

8) Cod. Gall. *pertinuisse.*

fiat, sed diserte protestati sumus, hoc ita concedi, si fieret illa reformatio Episcoporum, de qua nobis pollicentur quidam plane auream aetatem. Adnumerant[9]) autem sacramentis confirmationem et extremam unctionem. Scio hoc non fieri ab eis superstitiose, sed ut nobis aegre faciant; † dissimulavi tamen et dixi, me de his ritibus non pugnaturum esse. Sed" displicebat, quod, cum sacramentum definivissent signum infallibilis gratiae, nunc etiam confirmationem et extremam unctionem vocarent sacramenta. Dictum est etiam de tollendis abusibus in his † duabus" ceremoniis. De confirmatione censuimus[10]), ut restituatur Catechismus. Ita hic locus est praeteritus.

De *conversione panis* in coena domini magnam tragoediam excitavit *Eccius*.

Postea sequitur articulus, quem ipsi vocant *de hierarchico ordine*. Dissensi propter multas causas. Liber est insidiosissime scriptus; et ut callidus dux diversis locis disponit insidiatores, seu potius ut de lupis audio, qui quasi diversas stationes occupant: sic liber[11]) astute distribuit fraudes. Antea dixerat, Ecclesiam esse coetum bonorum et malorum; nunc addit: sub uno † capite," Pontifice Romano. Addit etiam, traditiones necessario servandas esse. Ergo vult[12]), Ecclesiam esse politiam Papae. Vult item, eos, qui traditiones non servant, avulsos esse ab Ecclesia. Hoc quid aliud est, quam nos horribiliter damnare?

Erant et haec errata in articulo, Episcopos successisse in locum Apostolorum: quo dicto multi errores continentur[13]). Alligatur Ecclesia ad successionem ordinariam, quasi impossibile sit, Episcopos errare, quia Apostolorum loca teneant, aut quasi hi sint Episcopi, qui sic vocantur, et necesse sit, eos tanquam Ecclesiae capita audiri. Tradebat item articulus potestatem Episcopis mutandi ceremonias divinitus institutas, ut excusaretur mutilatio sacramenti. Dicebat, traditionibus humanis fulciri fidem, et eos ritus esse bona opera, id est cultus. Tantus acervus erat in brevi pagella. Habuimus ergo adversandi necessariam causam.

Evolvi me ex his laqueis non sine difficultate. Postea reprehensi sunt articuli de confessione et satisfactionibus, de invocatione sanctorum, de applicatione missae, de privatis missis, de usu unius partis coenae domini, de coelibatu presbyterorum, de votis. Quosdam articulos praeterii, ut de picturis templorum, de ossibus sanctorum.

Haec est summa † historiae"[14]) nostri colloquii, ex qua[15]) apparet, nos usos esse moderatione, etiam maiori quam debebamus uti[16]), ut aditus fieret ad concordiam. Concessimus articulos, in quibus tamen est aliquid obscuritatis, et deinde aliquos praeterivimus spe concordiae, sed de quibusdam necessario pugnandum fuit. Nec muto meum iudicium de his articulis, quos si qui dicunt[17]) esse leves et condonandos infirmis, ut ipsi loquuntur, non satis considerant magnitudinem rerum, de quibus dicitur. Si volumus consuli infirmis, consulatur sine corruptelis doctrinae, et sine condemnatione nostrarum Ecclesiarum. Nam si eos in libro articulos reciperemus, aperte Ecclesias nostras damnaremus. Si ipsi sunt Ecclesia recte docens, nos scelerati sumus, qui ipsis non paremus[18]). Quod vero multi dicunt, pacem Germaniae his disputationibus anteferendam esse, non sum adeo ferreus, ut non movear[19]) cogitatione publicorum malorum, qua secum bella, praesertim civilia, trahunt, et scio quare non solum reliquis Germaniae Principibus[20]), sed maxime nostris opus sit pace: sed necesse est, nos omnibus rebus humanis mandatum dei anteferre: *Si quis me confessus fuerit coram hominibus* etc. Exitus vero commendemus deo, et precemur, ut gubernet Principum mentes ad pacem et ad salutaria consilia. Si quis autem haec, quae dico, non probat, ego non impedio, quo minus dicat ac faciat quod volet: nec ego velim, mea causa cu-

9) *Adnumerant*] sic cod.; sed Pez. *Addiderant.* Text. germ. zählet unter.

10) *censuimus*] cod. Gall. *dictum est.*

11) Cod. Gall. *ita hic liber.*

12) *etiam traditiones necess. serv. — — vult*] non habet cod. Galli.

13) *Erant et haec — — continentur*] cod. Gall. non habet.

14) *historiae*] excidit e textu Pez. — Text. germ. Summe der Handlung im Gespräch.

15) *ex qua*] cod. Gall. *in qua.*

16) *quam deb. uti*] Pez. *quam oportuit.*

17) *dicunt*] cod. Gall. *ducunt.*

18) Cod. Gall. *paruimus.*

19) Cod. Gall. *moverer.*

20) *Principibus*] cod. Gall. *populis.*

iusquam otium turbari. Noti sunt mei mores. Versor in hac causa sine cupiditate aliqua, et fortasse aliquanto plus odii et aerumnarum sustineo, quam alii multi. Equidem [21]) adhibui moderationem, quam iudicavi utilem esse et ad veritatem explicandam, et ad tranquillitatem Ecclesiarum: ideo rogo, ut ea, quae dico, existimetis me pio quodam studio dicere.

Nunc quia rogatis [22]), ut etiam de libro dicam [23]), an recipiendus sit? aut quomodo respondendum sit Imperatori [24]): primum iterum testor, me nihil praescribere aliis. Sit suum cuique liberum iudicium, maxime vobis gubernatoribus, qui et vestrae et multarum gentium saluti consulere debetis. De me privatim dicam.

Nunquam recipiam eos articulos libri, quos reprehendimus, quia sunt pleni errorum ac fraudum: ac iudico a me multo lenius [25]) taxatos esse, quam magnitudo causarum postulabat. Non video autem, quid liber allaturus sit momenti ad publicam concordiam, nisi totus recipiatur. Nam hi ipsi articuli in libro, si publicabitur, accendent nova et ingentia certamina. Deinde a nobis quaedam praeterita sunt propter spem concordiae, de quibus tamen diximus quid videretur, etiamsi non pugnaverim [26]), ut verba scriberentur. †De his necesse erit mentionem fieri."

Non concedendum erit, ut confirmatio et unctio dicantur infallibilia signa gratiae. Quae est absurditas, hos ritus aequare baptismo aut coenae domini? quasi similem promissionem habeant. In loco de libertate voluntatis nos addidimus annotationem †de impletione legis" repudiatam ab *Eccio*, quae tamen nisi recepta et explicata fuerit, tota res evertetur.

Postremo in conciliatis multa sunt obscura, quaedam etiam contumeliosa adversus nos: ideo non dubium est, quin multi ex nostris eos sint repudiaturi. In loco de iustificatione scio quid alii reprehenderint, sed ego alia desidero. Nusquam aperte dicit articulus, renatum non satisfacere legi, et non posse in hac vita satisfacere. Item, reliquum esse peccatum in sanctis, et quomodo placeat inchoata obedientia. Item, quale [27]) sit meritum, quod vocant, de condigno. Haec necesse est addi, ut doctrina cum de fide tum de operibus recte intelligatur. †Praeterea iam sunt hic editae propositiones absurdae et rabiosae, quae hunc articulum de fide aperte oppugnant."

In articulo de Ecclesia damnantur, si [28]) qui discesserunt a malis [29]); nec additur discrimen, ubi discedere, ubi non discedere liceat. Ibi etiam dicitur vinculo dilectionis unitatem Ecclesiae conservari, et postea in sequentibus articulis interpretantur hoc vinculum: obedientiam in traditionibus. Si hoc sensu articulum recipiemus, nos ipsos condemnabimus.

In articulo de poenitentia ait, mortificationem continere confessionem et satisfactionem castigatoriam. Cum postea de confessione et satisfactione nostras sententias opposuerimus, necesse erit hanc partem demi. Et per se absurdum est, fingere partes esse mortificationis confessionem et satisfactionem, cum mortificatio sit opus spirituale, confessio et satisfactio sint opera traditionum humanarum. Scimus autem, magnum inter haec discrimen esse.

Eodem loco, ut fucose ornentur satisfactiones, citatur Paulus 2 Cor. 7. Ubi in alio sensu [30]) legitur nomen satisfactionis in quadam versione.

De sacramentis recte dicunt (ut nos), non modo [31]) per ea significari gratiam, sed etiam sanctificari homines. Sed hic expresse apud ipsos usitatum errorem taxari oportuit, quod † in adultis etiam" putant ea ex opere operato gratiam adferre.

Cum igitur [32]) in articulis qui dicuntur conciliati restent quaedam emendanda et explicanda, non possum comprobare librum [33]), nisi his locis

21) *Equidem*] cod. Gall. *eamque.*
22) *rogatis*] cod. Gall. *requiritur.*
23) *dicam*] cod. Gall. *dicatur.*
24) *aut quomodo* etc. non habet cod. Gall.
25) *lenius*] cod. Gall. *levius.*
26) Cod. Gall. *etsi non pugnarimus.*

27) *Item quale*] cod. Gall. *Nec additur, quid sit sentiendum.*
28) *si*] cod. Gall. *hi.*
29) *malis*] cod. Gall. *nobis.*
30) *sensu*] cod. Gall. *intellectu.*
31) *modo*] cod. Gall. *tantum.*
32) Pez. *Cum ergo.*
33) *non possum* etc.] cod. Gall. *nec eam libri partem comprobare possum.*

ich hiebei angezeigt haben, daß ich die Lehr unsrer Kirchen, die in unsre Confession und Apologia gefasset, halte, und dabei durch Gottes Gnade zu bleiben gedenke, danke auch Gott, daß er seine Kirchen wiederum erleuchtet hat, und wollte nicht gern Ursach geben, die reine Lehre wiederum zu verdunkeln. Man kann mir mit Wahrheit nicht schuld geben, daß ich Lust habe zu unnöthigem Gezänk. Denn es ist öffentlich aus meinen Schriften, daß ich christliche Moderation und Maß mit höchstem Fleiß in diesen großwichtigen Sachen gesucht und gehalten habe, bitt auch Gott um gemeinen Frieden und christliche Einigkeit, will mich auch zu ferner Declaration erboten haben. Gott, der Vater unsers Heilandes Jesu Christi, helfe uns.

No. 2280. (24. Iun.)

Cruciger de libro Ratisbon.

† Ex apographo in cod. Goth. 28. p. 57. collato apographo in cod. Galli I. p. 13. — Ex Actis in cod. Galli intelligitur, theologos Protestantium suam de libro Caesaris sententiam scriptam tradidisse vel Principibus suis vel eorum legatis. Habentur enim in codice Galli non solum Melanthonis et Crucigeri de libro iudicia, sed etiam iudicia Ambsdorfii, Nicolai Glosseni, Erhardi Schnepfii, Io. Pistorii, Io. Cellarii, Io. Amsterdami Bremensis, et theologorum Marchionis Brandenburgici. — In codice Goth. hoc iudicium inscribitur: Caspar Creutzigers Bedenken. — Scriptum est ad Consiliarios Saxonicos Ratisbonae. Missum est apographon huius iudicii Vito Theodoro, ut intelligitur ex ep. ad eundem d. d. 25. Iun.

(*Caspar Cruciger ad legatos Pr. Electoris Saxoniae de libro Ratisbonensi.*)

Illustriss. princeps, generosi et magnifici viri. Postquam liber publice descriptus est, iussus sum eum ex latino sermone transferre in germanicum, quare et legi aliquoties et vertendi cura attentiorem me reddidit. Intelligo autem, quosdam iudicare, hoc scriptum esse quandam moderationem, utilem [1]) et ad pacem Germaniae et ad inchoandam Ecclesiarum reformationem. Et cum omnibus, maxime nobis, pace opus sit, et pium sit, aliis Ecclesiis consulere, existimant, hunc librum recipiendum esse. Fortassis etiam ita iudicant, nullum fore unquam finem horum dissidiorum in Ecclesia, nisi tandem aliqua in utraque parte controversiarum moderatio quaeratur. Ac solet hoc diligenter disputari, satius esse admittere aliquam moderationem, etiamsi quid habeat incommodi, quam irritare Imperatoris animum, ut bellum nobis inferat, quod vastitatem efficeret Ecclesiarum nostrarum, deleret studia et dissiparet respublicas nostras.

Haec cum cogito, agnosco hanc deliberationem difficillimam esse. Moveor enim cognitione tanti periculi publici. Ut autem liber de tota summa doctrinae christianae et de omnibus ecclesiae partibus disputat, ita video, nobis de multis materiis et rebus omnium maximis dicendas esse sententias. Iudico igitur, deliberationem esse de confessione Evangelii, quod anteferendum est omnibus rebus humanis, sicut docet Christus inquiens: *Qui negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram patre meo coelesti.* Quare dicam, quod sentio, plane, et dicam meo loco, nihil praescribens aliis.

Intelligo, distribui hunc librum in triplices articulos, in *reiectos*, *praeteritos*, et *conciliatos*, ut vocantur. De *reiectis* primum respondeo. Sentio, non posse accipi articulos, qui a nostris collocutoribus reiecti sunt. Legi articulum libri, in quo tribuit Ecclesiae auctoritatem interpretandae scripturae, ubi primum hoc admodum displicuit, quod dona vertit in potestatem, et tribuit hanc potestatem sine discrimine bonis et malis. Ita loquitur de Ecclesia, tanquam de humana politia, in qua gubernatoris interpretatio valet propter potestatem. In Ecclesia longe alia res est; non valet interpretatio propter potestatem, sed est lux donata piis a Spiritu sancto ad erudiendos alios, qui agnoscunt esse firmam propter conscientiae testimonia verbi dei. Displicet [2]) et hoc, quod illam auctoritatem interpretandi discernit. Penes multitudinem, vult, maiori parti potius credi, et non concedit uni aut paucis, ut persuasores [3]) maioris partis reprehendant. Ita Elias, Esaias, Ieremias non fuissent audiendi, quia dissentiebant a sacerdotibus et maiore parte populi. Tandem eo pervenit, ut velit synodorum generalium auctoritatem [4]) irrefragabilem esse. Ego, etsi scio oportere esse iudicia ecclesiastica de doctrina, et

---

1) Sic in utroque cod., sed scriptum fuisse videtur: *hoc scriptum probandum esse propter quandam moderat.* etc.

2) Cod. Gall. *Displicuit.*

3) Cod. Gall. *persuasiones.*

4) *auctoritatem* desideratur in cod. Goth.

No. 2283. 29. Iun.

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 130 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 538.

Magistro Vito Theodoro, docenti Evangelium in Ecclesia Noriberg.

S. D. Scripseram meo more primum Latinam sententiam, quam misi; postea aliquid nactus intervalli reddidi Germanice et narrationem et sententiam. Exemplum tibi mittit adolescens *Hieronymus*. Exhibui, nec mutabo, etiamsi nunc Scriptum instituit ἀντίπαλον ὁ ἐμὸς παραστάτης. Mi *Vite*, magis magisque patefiunt exordia huius conciliationis.

Legi his diebus Thucydidem de mutatione exitiali status popularis Athenis, quibus artificiis Pisander, Alcibiades, Antiphon, Teramenes et alii miscuerunt Remp.; videor mihi videre imaginem horum scelerum, quae hic deprehendo. Deus liberet nos. Non potuit res institui perfidiosius. Interim praetexuntur Reformationes et aurea secula.

Hodie conveniunt adversarii deliberaturi de Hyena. Significabo quid decretum sit, ubi audiero. Sed video esse apud eos miras deliberationes.

Amisimus virum fortem *Philippum* *), Legatum Ducis Wirtebergensis, heri mortuum. Bene vale. Die penultima Iunii.

Philippus Melanthon.

*) Philipp. Lang.

No. 2284. 30. Iun.

Legati Sax. ad Electorem.

† Ex autogr. in Tab. Vinar. Reg. E. fol. 48. Vol. II. p. 177.

Dem Durchl. — — Herrn Johann Friedrich, Churfürsten, und Hrn. Johann Ernst, Gebrüdern, Herzogen von Sachsen.

Es seynd auch diese Stände geneigt, auf der Kaiserlichen Maj. vorgeschlagene Mittel durch den Churfürsten von Brandenburg, ihrem vorigen Erbieten nach, der eilenden Türkenhülf halben sich gebührlich zu erzeigen, daß ihrenthalben kein Mangel soll befunden werden. Wann auch Churfürsten, Fürsten und Stände des andern Theils die Berathschlagung von der beharrlichen Hülf vornehmen werden, soll es an diesen Ständen, so ferne man beständigen Frieden und gleichmäßiges Recht im Reich erlangen und haben mag, alsdann auch nicht erwinden.

Deßgleichen auch was die Münze und andere Puncten, in der Kaiserlichen Maj. Ausschreiben vermeldt, belanget, vorzunehmen.

Welches obgemeldte Stände der Römischen Kais. Maj. auf ihre nächst geschehene Anzeige und Begehren hinwieder unterthänigster Wohlmeinung für ihr Bedenken nicht haben unvermeldet lassen wollen. Und thun sich ihrer Kais. Maj. unterthänigst befehlen.

(Ueberantwortet den 14. Julii etc.)*)

---

*) Walch. und pro zu.

*) Haec uncis inclusa non leguntur in mst. Vinar.

No. 2310. 15. Iul.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 365 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 241.)

Viro clariss. et opt. Ioachimo Camerario Bambergensi, Aut fratri Hieronymo,

S. D. Nihil est profecto insulsius aulicis consiliis. Tot iam menses hic assunt *οἱ ἡμεδαποὶ ἀλύοντες*, ignari omnium negotiorum. Nunc cum est *ἀκμὴ* earum deliberationum, ad quas missi sunt, subito cogitant de abitu. Hortatus sum, ne properent. Nam mihi quidem videtur aliquid restare certaminum. In consilio *τῶν ἕπτα ἀρχόντων*, *Palatini* Legati, *Marchio*, et *Coloniensis* recipiunt conciliatos articulos. Dissentiunt *Moguntinus*, qui toties antea probavit, et Trevir. In altero consilio similis dissensio est. *ὁ τῶν Βοΐων ἡγεμὼν* *) habet adiunctam catervam *τῶν ἱερέων*. Palatinus *Othenricus*, et *Iuliacenses*, et nescio qui alii dissentiunt. Hodie animadverto fuisse non leve certamen. Vellem nostros expectare *καταστροφήν*. Sed si non expectant, te istic alloquar apud fratrem. Certiora non possum scribere. Ratisbonae. XV. Iulii.

Philippus Melanth.

*) Dux Bavariae.

No. 2311. 15. Iul.

Eberus ad Melanthonem.

† Ex autographo Eberi in cod. Goth. 123. ep. 39.

Paulus Eberus ad Philippum Melanthonem.

S. D. Quod serius scribo, incertis rumoribus imputabis, observande domine Praeceptor, qui te nunc Norinbergam ivisse, nunc in itinere esse ferebant, et quia te indies expectabamus, supersedendum scriptione putabamus, ut, si quid esset hic novi, coram tibi indicaremus. Nec vero certi quid etiam nunc haberemus, ubi esses, nisi cognovissemus ex literis ad *Crucigerum* datis, te Ratisponae adhuc detineri et occupatum esse non minus quam ante. Itaque cum *Petrus* alioqui in patriam profecturus esset, hortator ei fui, ut Ratisponam prius iret, et literas nostras ad te perferret. Est autem a Marchione *Georgio* petiturus stipendium cuius ipsi in aula iam dudum facta spes est. Qua in re ut ipsum tuo testimonio adiuves summopere rogarem, nisi scirem, tibi *Petrum* propter ingenium et mores honestissimos iam antea carum esse. Equidem, cum sperem, eius industriam aliquando patriae nostrae usui fore, ita eum complector et amo, ut non aliter accipere possim tua in ipsum beneficia, quam si in me essent collata. Quod si tibi persuadebitur, confido, te etiam mea causa aliquanto studiosius eum principi commendaturum.

Tua familia nunc tota recte valet, nisi quod profecti Francofordiam ad revocandam matrem *), ut eramus iussi, comperimus, infantem 13. die a partu mortuam, et matrem aequo animo casum illum ferre. Paucis enim diebus post partum exulcerari coepit totum corpus infantis, quae pertulit tantos cruciatus, ut nemo sine commiseratione intueri potuerit, et omnes bene actum cum illa dixerint, quod sit ex tantis tormentis morte liberata. Scripsit ante biduum matri *Anna*, se cum filia adhuc recte valere, et sollicitam esse de tua dextra, quam nondum restitutam esse a quibusdam audierit.

Meae res adhuc mediocriter habent, et heri accepi a rectore nostro nuncium, senatum universitatis mihi M. *Marcelli* lectionem, qui M. *Fachio* defuncto suffectus est, contulisse, et id principem Electorem ratum habuisse. Ego sicut nec petivi, ita recusare oblatam provinciam honeste non potui, ne viderer meam operam propterea denegare scholae, quod salarium est minus quam reliquarum professionum. Et tamen audio, quosdam aegre ferre, sibi me praelatum, quibus profecto libentissime cederem, cum sim ad declamandi munus minime idoneus, qui tantum otii nunquam habui, ut exercere stylum potuerim.

Magnificus Dom. Rector iussit, ut salutem suis verbis tibi optarem plurimam, et indicarem, ingenti se dolore affectum ex nuncio de obitu constantissimi et integerrimi viri *Philippi Lang*, quem fraterne amaverit hactenus. Deus te servet incolumem et reducat quamprimum. Datae idib. Iulii 1541.

*) Coniugem Melanthonis, quae profecta fuerat Francofordiam ad Sabinum, ut Annae filiae parturae auxilio esset.

No. 2312. 17. Iul.

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 132 sqq. — Pars huius epistolae descripta legitur in cod. Rehd. Vol. 3. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 540.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Noriberg.

S. D. Oro Deum Patrem liberatoris nostri Iesu Christi, Conditorem et Servatorem naturae humanae, ut *Clementem* servet. Visus est hic non abhorrere ab Evangelio, eoque ut animum eius invitarem, familiaritatem eius maxime expetivi. Hic quid agatur, collegi in historiola, quam tibi mittam per proximos Tabellarios. Nunc enim nondum absolveram. Sententiae[1]) de libro dictae sunt. Nostra est moderata, et tamen recta, et doctrinam magis illustrans. Paene similis est in altera parte, *Palatinorum*, *Marchionis*, *Coloniensis*, *Othenrici*, *Iuliacensium*, et paucorum aliorum, *Augustani* opinor Episcopi et *Spirensis*. Reliqui, *Moguntinus*, *Trevir*, *Bavari*, Episcopi damnant totum librum, nec adsentiuntur articulo περὶ τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως[2]). Prorsus nihil concedi nobis volunt, nullam ullius rei moderationem admittunt.

Contarenus Cardinalis tanquam Comica Persona ἀπὸ μηχανῆς introducitur, ut prohibeat, ne quid hic agatur amplius περὶ τῶν δογμάτων. Nunc igitur deliberationes sunt περὶ εἰρήνης. Nam Imperator properat, missurus exercitum in Aphricam, ut audio. Dicitur non probare τῶν ἱερέων αὐθάδειαν. Spero, Deum nobis adfuturum esse. Oremus, ut Ecclesiam suam servet, sicut dixit, *Non relinquam vos Orphanos.*

Scripta nostra mittit adolescens *Hieronymus*. Nam multa interea exhibuimus, ex quorum lectione historiam Conventus cognosces.

Bene vale. die 17. Iulii. *Ioachimus* assidebat[3]) haec scribenti, et versiculos ac precationem componebat, quam tibi mittit, et iussit adscribi tibi et *Michaëli* συμφιλοσόφῳ Salutem.

Philippus Melanthon.

1) Hic incipit apographon.

2) Haec et quae porro habentur graeca, in apographo latine leguntur.

3) Haec postscripta non habet apogr.

No. 2313. (17. Iul.)

Electores catholici ad Imperatorem.

Germanice editum in Buceri actis germ. p. 155b., unde illud dederunt Hortleder l. l. p. 403. et Walchius in opp. Luth. T. XVII. p. 924. — Latine in Buceri actis lat. p. 75b., in Eckii apologia p. XCVI., et in Melanth. actis Lit. N. 4. (in opp. Witeberg. T. IV. p. 689.). — Traditum esse hoc Electorum, et quod sequitur, Principum scriptum d. 17. Iulii, intelligitur ex scripto urbium Imperii d. 18. Iul.

Der Churfürsten Antwort auf Kaiserlicher Maj. abschiedlich Bedenken.

Der Römischen Kais. Maj., unsers allergnädigsten Herrn, gnädigsten Bericht, welchergestalt ihre Majestät auf unterthänigstes Ansuchen und Bitte gemeiner Stände dem Päpstlichen Legaten alle Handlung der verordneten Collocutoren communicirt, sein Gutbedünken darauf zu vernehmen, haben die Churfürsten und der Abwesenden Botschaften mit des Papsts Legaten gegebenen Antwort neben andern, so die Kais. M. gemeinen Ständen gnädiglich anzeigen lassen, zu dem Abschied des Reichstags dienlich, in aller Unterthänigkeit angehöret. Und wissen sich anfänglich wohl zu erinnern, was getreuen, gnädigen und ungesparten Fleiß ihre K. M. etliche Jahr her aus Kaiserlicher, väterlicher auch gnädiger Liebe und Zuneigung, so sie zu der deutschen Nation tragen, zu mehrmalen und in viele Wege vorgewandt haben, den Zwiespalt unsrer heiligen Religion zu christlicher Einigkeit und Vergleichen zu bringen, und im heiligen Reich Fried und Ruhe zu pflanzen und zu erhalten; welches gnädigen getreuen Fleißes die Churfürsten und der Abwesenden Botschaften ihrer K. M. unterthänigsten Dank sagen, mit Erbietung, es um ihre K. M. jederzeit unterthäniglich zu verdienen.

Und haben ihrer K. M. gnädige Schrift ersehen, erwogen, und berathschlagt, was anfänglich der Colloquenten Handlung, der streitigen Religion halben, betrifft, für nütz und gut erwogen, und ihnen gefallen lassen *) die Puncten und Artikel, deren sich bemeldte Colloquenten verglichen haben, also für gut zu halten und es dabei bleiben zu lassen, bis zu einem freien christlichen Concilio oder einer Nationalversammlung, ordentlicher Weise zu berufen, oder, so deren keines zu erhalten, bis zu einem künftigen Reichstag, der Hoffnung, solches soll zu Verhütung fernern Unraths und Zwiespalts, auch entlicher Vergleichung der obgemeldten

*) Haec, paulo obscuriora, Walchius ita dedit: erwogen und berathschlagt. Und was anfänglich der Coll. Handlung — — betrifft, erwägen sie für nütz und gut, und lassen ihnen gefallen.

und übrigen streitigen Puncten dienlich und ersprießlich seyn. Wo auch derselben streitigen Puncten noch etliche zu erledigen und zu vergleichen Hoffnung wäre, wollten die Churfürsten und der Abwesenden Botschaften die K. M. in aller Unterthänigkeit gebeten haben, in solchem gnädige Mittel und Wege zu suchen und vorzunehmen. Im Fall aber, daß solches dieser Zeit nicht möglich zu erheben, so bitten die Churfürsten und der Abwesenden Botschaften die Kais. Maj. abermals gehorsamlich, ihre K. M. wolle (ihrem gnädigsten Erbieten nach, deß die Churfürsten und der Abwesenden Botschaften ihrer K. M. unterthäniglich dankbar seyn,) mit der Päpstlichen Heiligkeit handeln, und getreues Fleißes fördern, zu Erörterung und Vergleichung der obgemeldten und übrigen unerledigten Puncten ein gemein frei christlich Concilium an eine gelegene Maalstadt in deutscher Nation zum allerförderlichsten auszuschreiben und unverzüglich zu halten, auch andre christliche Könige und Potentaten zu ersuchen, auf solchem Concilio durch sich selbst, oder andere geschickte und erfahrne Personen und Theologen zu erscheinen. Wo aber solch Concilium aus ehehafter Verhinderung seinen Fürgang nicht erreichen möchte, (welches sich die Churfürsten und der Abwesenden Botschaften auf der Röm. Kais. Maj., auch der Päpstlichen Legaten gnädigstes Vertrösten keineswegs, sondern vielmehr versehen wollen, es werde zu Erhaltung dessen durch die K. M. aller mögliche Fleiß vorgewendet, daran denn die Churfürsten und der Abwesenden Botschaften nicht zweifeln,) alsdann mit der Päpstl. Heiligkeit zu handeln und zu fördern, der deutschen Nation zu Ruhe, Wohlfahrt und Gutem eine Nationalversammlung ordentlicher Weis zu berufen zu bewilligen und vorzunehmen, und ihrer Heiligkeit Legaten dazu gnädiglich abzufertigen und zu schicken, damit in dieser Gegenwärtigkeit desto fruchtbarlicher gehandelt werden möge.

Aber im Fall, daß solche Nationalversammlung auch nicht zu erhalten wäre, (deß sich die Churfürsten und der Abwesenden Botschaften gar nicht getrösten,) so bitten sie die K. M. in aller Unterthänigkeit, ihre K. M. wolle diese hochbeschwerliche Last deutscher Nation zu gnädigem Gemüth führen, und sich alsdann zum förderlichsten in das heilige Reich deutscher Nation verfügen, einen gemeinen Reichstag unverzogentlich angelegene Maalstadt ausschreiben, denselben in eigner Person besuchen, und dem gethanen Fleiß, so ihre K. M. dieser Nation zu Wohlfahrt und Gutem bisher gebraucht haben, gnädiglich anhangen, und mit Rath der Churfürsten, Fürsten und gemeinen Ständen gnädige Mittel und Wege suchen und vornehmen, damit der Zwiespalt unsrer heiligen Religion zuletzt zu christlicher Einigkeit und Vergleichung gelangen, und im heiligen Reich Ruhe, Friede und Einigkeit gepflanzet und erhalten werden möchte, wie sich die Churfürsten und der Abwesenden Botschaften dessen und viel mehr Gnaden zu der Kais. Maj. unterthäniglich versehen.

No. 2314. 17. Iul.

Catholici ad Imperatorem.

Germanice editum in Buceri actis german. p. 188 b. et in Hortlederi libro I. p. 422., et inde in opp. Luth. Hal. T. XVII. p. 982. — Latine in Buceri actis lat. p. 77 b., in Eckii apologia p. XCVII. et in Mel. actis Lit. O. 1. (in eiusd. opp. Witteb. T. IV. p. 690.).

Der andern [katholischen] Fürsten Antwort auf das abschiedliche Bedenken Kaiserl. Majestät.

Die christlichen Fürsten und Stände haben sich in der Röm. Kais. Maj. jüngst übergebenen Schriften und Gutbedünken, auch in des Päpstl. Legaten Resolution, so viel Kürze der Zeit hat erleiden mögen, ersehen; und mögen sich wohl erinnern, daß K. M. hievor auf etlichen Reichstägen, und jetzt allhie, große Arbeit, Müh und Fleiß angewendet hat, die ReligionSachen und den erhebten Mißverstand in unserm heiligen christlichen Glauben wiederum in Einigkeit zu bringen, und eine christliche Reformation vorzunehmen; deßhalben die christlichen Fürsten und Stände ihrer K. M. unterthänigsten Dank sagen. Dieweil auch die K. M. sich vernehmen haben lassen, in etlichen wenig Tagen allhie zu verrücken, will vonunnöthen seyn, daß die Stände ihre K. M. mit überflüssigen Schriften, Disputationen und Reden beladen, oder ihre K. M., auch sich selbst, lang aufhalten, sondern christlich und entlich [1]) zu der Sachen greifen, und dergestalt, daß die K. M. bei Beschließung dieser Sachen seyn und behalten werden möge. Deß auch ihre Majestät zum unterthänigsten ersucht und gebeten werden solle.

Und auf ihr Kais. Maj. Schriften zu antworten, befinden erstlich diese Stände, daß in deutscher, auch andern Nationen, und, also zu reden, in gemeiner Christenheit etliche viel Mißbräuche, Secten, Ketzereien und Spaltungen sich dermaßen zugetragen und eingerissen seyn, daß die ohne ein gemein Concilium nicht ausgereut noch gebessert werden mögen; daß auch den christ-

---

1) Walch. redlich.

lichen Ständen nicht gebühren will, einige Aenderung in der Religion, Ceremonien und Gebräuchen, so etliche viel hundert Jahr bisher hergebracht, oder in den Concilien geordnet und gesetzt seynd, zu bewilligen oder zuzulassen, dieweil die Päpstliche Heiligkeit sich durch ihrer Heiligkeit Legaten erbeut, ein Concilium in kurzem zu halten, und die Kais. Maj. willens, sonst [selbst?] in eigener Person mit Päpstlicher Heiligkeit deßhalben zu reden; deß sich gemeine christliche Stände gegen Päpstliche Heiligkeit und der Kaiserlichen Majestät des väterlichen und allergnädigsten Erbietens unterthänigst bedanken, und mit allem Ernst anrufen wollen, daß ihre Päpstl. Heiligkeit solch Erbieten und Bewilligen eines christlichen gemeinen Concilii zum allerförderlichsten, als immer möglich und menschlich seyn mag, in das Werk ziehen, und das Concilium an einem gelegenen Ort und Maalstadt deutscher Nation ohne alle Verhinderniß halten, und damit den Verlust mancher christlicher Seelen verhüten wolle.

Und obgleich durch andre weltliche Geschäfte und Verhinderniß die mächtigen christlichen Potentaten in eigner Person auf dem Concilio zu erscheinen verhindert, daß dennoch nichts desto weniger das Concilium seinen Fortgang haben, und die Päpstl. Heiligkeit dieselbigen christlichen Potentaten, so in eigener Person nicht erscheinen wollten und würden, zum höchsten ersuchen und ermahnen wolle, an ihrer Statt und in ihrem Namen ihre gelehrte, fromme und geschickte Befehlshaber und Commissarien und vollmächtige Gewalt zu verordnen und zu schicken, damit doch einmal die Christenheit in ein christlich Wesen und Leben gebracht, die Irrung ausgereutet und abgestellt, und dadurch der Zorn und Strafe Gottes von uns abgewendet würde. Wo aber solches und ein Generalconcilium je nicht zu erhalten, (welches sich gemeine Stände auf das Erbieten der Päpstl. Heiligkeit, und Kaiserlicher Maj. Gemüth und Fleiß keineswegs versehen mögen,) daß dann die K. M. bei Päpstl. Heiligkeit so viel erhalten wolle, daß in deutscher Nation ein Nationalconcilium ausgeschrieben und gehalten werden möge. Und wo dieser Weg durch Päpstl. Heiligkeit und Kaiserliche Maj. auch nicht für gut angesehen wollte werden: daß alsdann Kais. Maj., ihrem gnädigsten Erbieten nach, sich zum allerförderlichsten in das Reich deutscher Nation fügen, da gemeine Reichsstände erfordern, und abermals versuchen wolle, die Irrung und Mißverstand in bessere Wege zu bringen und christlich zu erörtern. Denn außerhalb dieser Wege wird deutsche Nation je länger je mehr in ihr selbst getheilet und zertrennet, Ehr, Lob und Reichthum nicht bestehen, und dergleichen Abfall und Verderben würde auch von dannen in andre Nationen reichen.

Zum Andern seynd gemeine christliche Stände entschlossen, mit Hülf und Gnad des Allmächtigen bei unser alten Religion und wahren Glauben, wie derselbe in den heiligen Evangelien, Concilien, Satzungen und Ordnungen gemeiner christlichen Kirchen, Lehren der heiligen Väter, auch von Zeit der Aposteln auf diese Zeit erfolgt ist, deßgleichen bei den Abschieden, Mandaten und Ordnungen, durch Kais. M. und gemeine Stände des Reichs, und sonderlich bei dem Abschied auf jüngstem Reichstag zu Augsburg zugesagt, verwilligt, beständiglich zu bleiben und zu beharren. Wollen sich auch vertrösten und versehen, daß alle andre Stände, so sich zu Augsburg in denselben Receß eingelassen, besiegelt und unterschrieben, auch der Kais. M. Hülfe zugesagt, nachmals allhie zu Regensburg wiederum ratificirt, und jüngst und zum dritten Mal zu Hagenau durch Churfürsten, Fürsten, so in eigenen Personen (da) gewesen, und den Augsburgischen Receß wiederum bewilliget und zu halten zugesagt, auch erboten haben, wo wider denselben Augsburgischen Abschied gehandelt werden sollte, von einer Defension zu reden und sich einzulassen, wie die Abschiede und Schriften daselbst ergangen vermögen, und zum meisten dieweil Kais. Maj. auf denselben Tägen allein, auch hier in erster Proposition, und jetzt in ihrer K. M. abschiedlichem Gutbedünken vorbehalten hat, werden sie von dem obgerührten Abschied nicht weichen.

Zum Dritten, als die Röm. Kaiserliche M. gnädiglicher Meinung vorschlägt, daß in Ansehung vielfältiger Mühe und Arbeit die Puncten, deren sich die Colloquenten verglichen, also bis auf ein Concilium und entliche Erörterung für gut gehalten werden sollten, darin ist der Stände Bedenken, daß dieß keineswegs zu bewilligen oder rathsam sey, aus nachfolgenden Ursachen. Erstlich, so seyn in den Schriften durch die Colloquenten etliche Artikel gestellt, so vonnnöthen, überflüssig und hievor in keinem Streit gewesen, noch jetzund seynd; als nämlich der erste, andere, der dritte und vierte, deßhalb vonnöthen, daß man sich derselben vergleiche. So ist auch der vierte Artikel von der Erbsünde nicht hie, sondern zu Worms verglichen, aber dennoch auf eine andre Meinung entschlossen denn jetzt in den übergebenen Schriften begriffen ist. Zum Andern, wird auch hoch vonnöthen seyn, daß man von beiden Theilen auf ein neues über solche Schriften ordne, und ein neu Colloquium und Disputation anrichte. Denn etliche Worte in obgedachten Schriften sind wider

gemeinen Brauch der Kirchen und der Väter, dergleichen etliche Wege und unzuläßliche Lehre und Sentenz, welche zum allermindesten ausgethan, gemildert und in eine andere Form gestellt, und also diese Sachen noch etliche Monate aufgezogen werden. Zum Dritten seyend die Artikel, so verglichen seyn sollen, die geringsten und nicht so hoch streitig bei den Gelehrten noch bei dem gemeinen Manne ärgerlich. Und dieweil die wichtigsten Artikel, darauf der christliche Glaube stehet, als: von dem hochwürdigsten Sacrament des wahren Leibs und Bluts Christi, von Anbetung oder Behaltung desselben, Veränderung des Brods und Weins, von der Messe, von der Priesterehe, Nießen des Sacraments unter beider Gestalt, Beichte, Buße und Satisfaction etc. nicht allein nie verglichen, sondern von den Protestirenden zum höchsten widerfochten, und sich keiner Vergleichung zu versehen ist, daß auch in denselben die Colloquenten christlichen Theils sich zu weit eingelassen, und also ihre Bedenken, Besserung und Erklärung leiden möchten. Und zum Vierten, daß allerlei Verkleinerung und Nachreden der Päpstl. Heiligkeit, Kaiserlicher Maj., und allen christlichen Ständen daraus erstehn möchten. Deßhalben bedünket die Stände rathsamer und viel besser, der Colloquenten Schrift werde also in ihrem Werth gelassen, und alle Sachen den Glauben betreffend auf ein General- oder Nationalconcilium, oder auf gemeiner Stände Handlung geschoben, wie auch Päpstlicher Heiligkeit Legaten Resolution vermag, daß der alle Handlung auf das Concilium Päpstlicher Heiligkeit verschiebe.

No. 2315. (17. vel 18. Iul.)

Protestantes ad Imperatorem.

Germanice editum in Actis germ. Buceri p. 108. apud Hortlederum l. l. p. 876. et Walchium: l. l. p. 882. — Latine in Actis Buceri latin. p. 48 b.

Antwort der protestirenden Stände an den Kaiser über die Reformation der eingerissenen Mißbräuche.

Nachdem E. Kais. Maj. ferner gnädiglichst begehrt, daß Churfürsten, Fürsten und Stände ihr räthlichs Bedenken auch unterthänigst anzeigen wollen, welcher Maßen Wege vorzunehmen, damit die beschwerlichen Mißbräuche, so allenthalben im geistlichen und weltlichen Stand eingerissen, wiederum abgestellt und in eine christliche Reformation und Besserung gebracht werden mögen, wie denn solches auch die hohe Nothdurft erheischet: so ist unser unterthäniglich Bedenken, so viel erstlich die Reformation des weltlichen Standes belangt, daß die vorigen Abschiede der Policey wider alle Unzucht des Lebens, Pracht der Kleider, Wucher, Monopolia und anderes, zu Augsburg gemacht, wiederum vor die Hand genommen, auch allhie die übrigen Artikel in E. K. M. Ausschreiben dieses Reichstags und in derselben ersten Vortrag gemeldet, berathschlaget und in das Werk gebracht werden sollten. Denn dadurch würde sonder Zweifel der weltliche Stand zu guter Reformation gebracht und den Mißbräuchen gesteuert werden.

So viel aber des geistlichen Standes Reformation belanget, haben wir unsern Gelehrten der heil. Schrift, die jetziger Zeit allhier seynd, befohlen, ein ungefährlich Bedenken zu stellen, wie geschehen; welches wir E. Kais. Maj. auf derselbigen, auch unser und des andern Theils Stände ferner Bedenken, hiermit unterthänig übergeben.

No. 2316. (17. vel 18. Iul.)

Index abusuum in Ecclesia.

Editum in Mel. actis Colloq. Worm. Lit. J. 4. et recusum in Mel. opp. Witeb. T. IV. p. 673 sqq. — Idem Coelestinus inseruit historiae Comitiorum August. Vindelic. habitorum P. II. p. 219 b., quippe opinatus, Melanthonem haec in comitiis Augustanis 1530. scripsisse, quae opinio vel verbis: *in hac urbe Ratisbona*, quibus Melanthon utitur, satis refutatur. Occasio scripti fuit voluntas Imperatoria, qui optabat, ut abusus in ecclesia, qui tollendi viderentur, notarentur, sicque certe periculum facerent doctores emendandae ecclesiae. Vid. ep. ad Elect. d. 16. Maii et d. 19. Maii.

(*Melanthon de abusibus in Ecclesia christiana.*)

Abusus potestatis pontificiae, conversae in Regiam dominationem.

I. Papa transformat gubernationem Ecclesiasticam in imperium mundanum, adfirmat se habere Dominium super regna mundi, et ut ipsi loquuntur, utrumque gladium. Item, Sicut Canon citatur, quod habeat potestatem coelestis et terreni imperii. Idque eo est indignius, quod adfirmat a Christo hanc mundanam potestatem Petro traditam esse, et falso detorquetur ad Pontificiam potestatem hoc dictum: Data est mihi omnis potestas in coelo et in terra.

II. Ex hoc errore constitutio Bonifacii octavi nata est, quae cum sit falsa, prorsus abolenda esset.

III. Adeo absurda scribuntur de hac mundana potestate Pontificis, ut glosa[1]) in Decretis dicat, Christum usum esse hac regia potestate, cum fuit coronatus spinis.

IV. Papa adfirmat se habere potestatem transferendae Monarchiae, quam tenet Imperator Romanus. Et quidem adfirmat Papa, se hanc potestatem habere mandato Christi.

V. Extat ficta donatio Constantini, in qua dicitur, Imperium occidentis donatum esse Sylvestro.

VI. Haec figmenta pepererunt bella, ut tempore Friderici secundi et Ludovici Bavari, et multipliciter nocent Ecclesiae, Quia, dum Papa regit imperia mundi, negligit Ecclesias, et multa constituit ad augendam mundanam potentiam contra salutem Ecclesiae, et attemperat religionem ad suas utilitates.

VII. Etsi Reges et respublicae debent honesta stipendia dare Episcopis, qui recte funguntur officio Ecclesiastico, tamen sit modus, Et sint Episcopi contenti stipendiis suis, et faciant suum officium. Papa autem non contentus est veteribus reditibus Ecclesiae Romanae, nec oppidis donatis a Carolo, aut Ludovico primo. Sed omisso officio Episcopi dominatur regio more, auget ditionem bellis, seu iustis seu iniustis, vi et fraude, occupat alienas urbes qualicunque praetextu. Sic Romam ipsam et multas Italiae urbes invasit, Sic inani praetextu dominium sibi arrogat regni Neapolitani.

VIII. Hae opes saepe magnos motus in Italia pepererunt, dum fere singuli Pontifices vel augere ditionem conantur, ut Papa Iulius, vel filios aut propinquos evehere, expulsis prioribus dominis, ut accidit sub Alexandro 6. et Clemente. Longum esset veteres historias recitare.

IX. Item, quoties ad hanc regiam dominationem tuendam Pontifices commiserunt inter se reges Europae. Post mortem Friderici secundi, vocati sunt in regnum Neapolitanum Galli, Conradinus haeres regni captus, et decollatus est a Pontifice. Quantum bellum accendit Iulius Papa, ut Bononiam reciperet?

X. Haec tota regia dominatio Pontificum pugnat cum dicto Christi, qui ait, Reges gentium dominantur eorum, vos autem non sic.

XI. Habent omnes aulae sua vitia, Sed ubi sunt legitima imperia, ubi praesunt hi, qui liberis non solum regna aut patrimonia, sed etiam benevolentiam civium relinquere cupiunt, maior est iustitiae cura, maior modestia. Sed cum Romae homines peregrini, coelibes omnia gubernent, et proposita sit spes quibuslibet maximarum opum, amplissimorum honorum, multo maior est ambitio, quam in aliis aulis. Et cum pecuniae, praesertim Romae, omnia obediant, Quantum in tanta licentia ex ambitione et avaritia flagitiorum oritur, ut in versu dicitur: Regnandi causa violandum est ius, in aliis rebus pietatem colas. Deinde opes alunt luxum, et coelibatus incendit cupiditates, et confirmat licentiam. Hinc oritur summa turpitudo morum.

XII. Interim dum Pontifices et Cardinales qui antecellunt sapientia, sunt occupati curis regiae dominationis, et alii in otio vivunt, quae faciunt officia Ecclesiastica? Si non postulandum est a summis gubernationibus ut per se doceant: tamen certe hanc oportuit esse primam curam Pontificis, Cardinalium et Episcoporum, ut Ecclesiae haberent pastores idoneos, et ut extaret doctrina Ecclesiastica pura, et consensus esset docentium, ut errata doctrinae et falsas ac superstitiosas opiniones undecunque ortas, aut ab ipsis Pontificibus, aut monachis, aut ab aliis, veteres et recentes corrigerent, abolerent vitiosos cultus, coercerent populum Ecclesiastica disciplina. Et ad haec tanta negotia convocarent Synodos, concederent piis et doctis libertatem dicendae sententiae, emendarent iniustas leges, exigerent dogmata et leges ad verbum Dei, iuxta mandatum coelesti. Hunc audite.

Haec cum non faciant, imo ne dominatio labefactetur, conentur opprimere piam et salutarem doctrinam Evangelii, utilissimum esset Ecclesiae Christi regiam illam dominationem Pontificibus adimere, et opes redigere ad mediocritatem. Nam dum tenent regiam dominationem et tantas opes, impossibile est, eos plus curare Ecclesiastica officia, quam prophana negotia.

---

1) Coel. *glossa*.

Abusus manifestiores Sacramentorum.

I. *De Baptismo.*

Pia et communis consuetudo est Ecclesiae, ante Baptismum recitare locum Evangelii in quo scribitur: Talium est regnum coelorum, et adduntur precationes. Ut autem populus adiungere posset suas precationes, et excitari lectione Evangelii, utilius esset illas lectiones lingua populo intellecta fieri. Item cum susceptores respondeant pro puero, conveniret eos sermonem intelligere, de quo interrogantur.

Aboleatur et ritus baptisandi campanas, qui est quaedam veri Baptismi contumelia.

II. *De Confirmatione.*

Olim in Ecclesia fuit consuetudo Catechisandi iuniores et rudes, Et postea in confirmatione flagitabatur professio fidei. Nunc in Ecclesiis consuetudo Catechisandi prorsus desiit, Hanc negligentiam necesse est corrigi, et mandandum est pastoribus, ut certis temporibus convocent iuventutem, et proponant eis articulos fidei, Decalogum, summam doctrinae Evangelii de peccato, et de remissione peccatorum, et de fide in Christum, de Sacramentis, de veris Dei cultibus. Et exploretur ac audiatur iuventus, Cogantur et patresfamilias mittere ad tale examen liberos, servos et ancillas.

Huius moris restitutio maxime necessaria est. Sed ad hanc rem opus erit pastoribus et ministris eruditis.

III. *De Ordine.*

Hic abusus sunt multiplices. Ordinantur indocti, male morati, non ad officia certa.

Haec mutanda erunt, Formae etiam videantur, in quibus mandata dantur ordinatis, Obligatio de coelibatu tollenda. Sint eruditi examinatores, et audiant ordinandos de summa doctrinae Christianae, non tantum de puerilibus Elementis Grammatices.

Ideo prodesset extare scriptum aliquod publica autoritate de summa doctrinae Christianae, commendatum singulis Episcopis. Id ad puritatem doctrinae et ad concordiam retinendam prodesset.

Nec putent Episcopi, se perfunctos esse suo officio, cum ordinatos admittunt, Sed postea sint etiam inspectores doctrinae et morum, ut de visitatione et Synodis infra dicemus.

Abusus est, quod ordinatio retinetur in minoribus ordinibus, In subdiaconatu et diaconatu solis nominibus sine officio.

Olim Lector in Ecclesia erat Doctor iuventutis, seu scholastica persona, qualis fuit Origenes. Nunc manet titulus in hoc ritu ordinationis, sine re.

IV. *De sacramento poenitentiae.*

Abusus manifestus et usitatissimus est, quod propter consuetudinem multi petunt, et impetrant absolutionem, qui non habent propositum emendandorum morum, sed perseverant in manifestis delictis, ut scortatores, adulteri, usurarii, simoniaci et alii. Tales non sunt absolvendi, donec manifeste aliis scandalo sunt.

Abusus manifestus est, quod in doctrina de poenitentia hactenus fuit omissa doctrina de fide in Christum, qua accipimus remissionem peccatorum. Sed multi docuerunt, propter contritionem remitti peccata.

Abusus manifestus est, quod non docentur Ecclesiae, ne scrupulosa enumeratione excrucientur mentes. Sicut quidam modesti homines totos quatuor dies aut plures consumebant in recitatione delictorum, quorum tamen pleraque erant violationes superstitiosarum traditionum humanarum, nec norant discrimen inter divina praecepta et superstitiosas traditiones.

Abusus manifestus est, contentio de proprio sacerdote. Pastores ipsi debebant suam plebem audire, aut si qui mallent apud alios sua arcana deponere, iubere, ut testimonia adferrentur ab honestis viris, qui confessiones audivissent.

Multi sunt abusus manifesti in reservatione casuum. Servit ea res ambitioni et avaritiae pontificiae. Et pleraeque reservationes pertinent ad casus, quibus humanae traditiones violatae sunt, graviora delicta facilius remittuntur. Item, Si qui ignorant, quid valeat haec reservatio, graviter cruciantur, cum putant se excludi a regno Dei.

Sunt et in satisfactionibus varii et manifesti abusus. Imponuntur opera inutilia, peregrinationes, preces ad sanctos compositae, in quibus multa absurde dicuntur, ut Maria mater gratiae, tu nos ab hoste protege, in hora mortis suscipe, etc. Vexantur etiam conscientiae omissione satis-

factionum, praesertim cum indocti putent eas mereri remissionem culpae.

Abusus manifestus est, dare indulgentias. Cum enim olim indulgentiae fuerint relaxationes poenarum Canonicarum, et tempora ipsa mutaverint poenas Canonicas, iam indulgentiae sunt inane nomen.

Commenticium est, quod docent in indulgentiis adplicari merita sanctorum, cum tamen haec adplicatio non pertineat ad claves. Item cum dicatur, Iustus sua fide vivit, qua adplicat sibi Christi merita, non est persuasio offundenda populo, quod propter merita sanctorum salventur.

Blasphema vox est, quod in absolutione addunt meritis Christi merita sanctorum, cum dicunt, merita Christi et Mariae et omnium sanctorum sint tibi ad remissionem peccatorum.

Abusus manifestus est, quod populus putat minus valere absolutionem sui Pastoris, quam indulgentias.

Abusus manifestus est, quod dantur indulgentiae pro mortuis, cum scriptum sit: Quidquid ligaveritis super terram, etc.

Abusus manifesti sunt, quod populus iubetur redimere relaxationes traditionum de cibis et aliis. Hae imposturae etiam quaestuosae sunt, et non solum falsae persuasiones nocent conscientiae, sed etiam iniuste compilatur populus.

Abusus manifestus est, quod obnoxii publicis criminibus cum recipiuntur, ab iis qui praesunt, redimunt pecunia publicam castigationem, quae ad exemplum pertinet.

Abusus manifestus est, quod de bonis male partis dantur facultates dispensandi, et faciendi compensationes quaestuosas auditoribus confessionum.

V. *De Coena Domini et de Missa.*

Abusus manifesti sunt, quod multis datur Sacramentum, quos constat perseverare in manifestis peccatis. Et sic ingens turba sacrificulorum assidue celebrat Missas.

Abusus manifesti sunt, quod discernunt adplicationes Missae, generalem, specialem, Et hanc volunt esse in arbitrio Sacerdotis, ut adplicet, vel multis vel paucis, vivis et mortuis, aequaliter vel inaequaliter, et adfirmant Deum partiri fructus Missae, secundum determinationem sacrificuli. Sic enim loquuntur: Et quidem fingunt Missam prodesse aliis ex opere operato.

Haec est prorsus ethnica persuasio. Et cum Paulus dicat puniri Ecclesiam propter indigne sumentes, non dubium est, hanc horribilem prophanationem causam esse maximarum calamitatum publicarum. Recepta enim opinione, quod fiat adplicatio iuxta arbitrium sacrificuli, et opus sine pietate facientis prosit aliis, hic sacrificuli securi coeperunt cumulare Missas, et uberius adplicare iis, qui plus numerabant. Inde Missae in quaestum conversae sunt, Nec alia res in mundo quaestuosior est, quam Missa.

Et recepta est persuasio, ut putetur esse remedium omnium malorum corporalium et spiritualium, Mercatores conducunt Missas, ut foelix sit negotiatio, viatores, ut iter sit faustum, aegroti ut convalescant, etc.

Haeret fiducia operis sacrificuli. Interim quomodo prosit conscientiis, quomodo sit exercenda fides, et invocatio in fide, silentium est.

Templa sunt occupata Missis, cum interim negliguntur ministerium docendi Evangelii et Catechesis et examen iuventutis ac rudium. Imo magis occupata sunt templa in feriis mortuorum, quam ministerio, quod vivorum causa institutum est. Et in lectionibus nulla est animorum intentio, sed servitur pompae more ethnico, ut olim celebrabantur ludi funebres.

Ut Persicos reges praecedebat equus gestans numen Persicum, sacrum ignem. Ita Papam solet antecedere equus gerens Sacramentum, cum Christus non instituerit suum munus ad hoc, ut serviat ambitioni Pontificum.

In festo corporis Christi circumferuntur simul cum Sacramento statuae ethnico more, et praedicatur hic cultus tanquam singulare meritum, et confirmatur haec persuasio per indulgentias.

VI. *De Coniugio.*

Dum immodicis laudibus ornantur vota Monachorum, obrepsit opinio, quasi coniugium sit genus vitae vix placens Deo.

Negligunt concionatores hortari adultos ad coniugium, cum neglectio coniugii multis sit exitio, qui polluunt se vagis libidinibus.

Cum in gradibus certis Deus prohibeat cognatos aut affines iungere connubia, et honeste quidam gradus sint additi, Romae sine discrimine dispensatur de utrisque divinis et humanis prohibitionibus, ut constat concessum esse fratri, ducere fratris mortui coniugem. Item, Concessum esse, ut frater duceret fratris filiam, contra prohibitionem in Levitico. Tales dispensationes Romae venales sunt, ut testantur multa exempla.

Prohibitiones humanae moderandae essent, ut de cognatione spirituali.

Abusus periculosus est, quod personae innocenti, in divortio iusto, non conceditur coniugium, cum Christus clare excipiat casum adulterii. Et divortium intelligi debeat de vero divortio, ubi persona innocens vere liberatur.

Utilius esset etiam servari vetera iura, de consensu parentum, quam sine discrimine adprobare clandestinas desponsationes.

Iniustum est solvi desponsationes ingressu monasterii.

VII. *De unctione infirmorum.*

Abusus est, quod unctio sine seria et vera precatione adhibetur, et adhibetur superstitiose, non ut sanetur aegrotus, aut ut consolatione aliqua ex Evangelica concione adiuvetur, Sed tantum umbra vetusti moris retinetur. Et confirmatur ibi fiducia invocationis sanctorum.

VIII. *De invocatione sanctorum.*

Manifesti abusus sunt, imaginari sanctos esse opitulatores, qui ipsi tollant morbos, aut depellant pericula, aut praelientur, sicut fingunt de Georgio, aut similibus, cum solius sint Dei opera, Patris, Filii et Spiritus sancti, ubique adesse et exaudire, dare vitam et salutem, ut Christus inquit: Pater usque modo operatur, et ego operor. Et Esaiae 45. Nunquid non ego Dominus, et non est ultra Deus praeter me. Deus iustus et salvans non est praeter me. Convertimini ad me etc. Et si quid agitur ministerio angelorum, Deo impellente agitur.

Ethnica insania est, singulis sanctis tribuere certa officia. Anna fingitur dare opes, velut Iuno. Antonium faciunt custodem porcorum, etc.

Est et ethnica insania fingere, quod ad unam statuam magis exaudiat sanctus quam ad aliam. Ideo aliae statuae magis coluntur quam aliae, ut statua Mariae Lauretanae aut Elveticae. Et singuli meminerunt, se ad tales statuas invocasse Mariam, velut praecipuam propitiatricem et placabiliorem Christo. Ut autem ad Pastores pertinet docendo reprehendere hos vitiosissimos cultus, Sic ad officium Magistratus pertinet, tales statuas reipsa tollere, Deut. 12.

Creverunt et peregrinationes ex hoc errore, quod aliae statuae magis quam aliae colendae putantur. Cum Deus non sit alligandus ad ullam rem, ad quam se ipse suo verbo non alligavit, Esaiae 66. Sed velit ubique invocari, in Spiritu et veritate, in nomine Christi.

Declarat etiam Diabolus manifestis signis se autorem esse peregrinationum multarum, ut multi norunt ad sacella Viti, homines sanos alioqui, corripi furore Diabolico, et saltare per triduum aut quatriduum. Constat et in hac urbe Ratispona, multos accurrisse ad statuam subito furore percitos, et iacuisse aliquandiu ante simulacrum stupentes, Atque ita velut voto persoluto ad se rediisse. Haec similia sunt multorum ethnicorum exemplorum, ut de Orgiis, de Corybantibus legitur.

Scimus alicubi persuasum fuisse mulieribus, prodesse ad foecunditatem, si nudae circumirent in sacello aram, et offerrent munus. Multa, quae verecunde recitari non possunt, omittimus.

Quantum imposturarum est, et in ipsis imaginibus, vidimus statuas Mariae, quae ita fabrefactae erant, ut vultum avertere a precante aut annuere possent. Haec non possunt singula commemorari, Sed pastorum et magistratuum diligentia tales abusus tolli oportuit, qui tamen propter quaestum retinentur.

Abusus est in iureiurando addere sanctos. Ita me Deus adiuvet, et omnes sancti. Vel sicut legitur in Decretis. Ita me Deus adiuvet, et hae reliquiae sanctorum.

Postremo, si officium mediatoris Christi illustraretur in docendo, facilius abusus illi caveri possent.

Feriae sanctorum moderandae sunt, et corrigendi abusus plurimi earum feriarum, populus pie convenire debebat ad audiendam veram historiam, quae hortaretur pios, ut agerent gratias Deo, qui Ecclesiam confirmat exemplis sancto-

rum. Item, ut accenderentur ad imitationem. Nunc aut nullas audit historias, aut fabulas audit, putat sanctum placandum esse his operibus, ieiunio, et ceremoniis festi diei. Non igitur convenit ad discendum, saepius vero convenit ad convivia, ad ludos.

Prohibendae sunt etiam discursationes stationariorum, qui confirmant errores, et expilant plebem.

Prohibendae etiam consecrationes similes magicis, ut herbarum, cultrorum et similes, Quibus vana fiducia alitur, et mens a Deo avertitur.

IX. *De personis ecclesiasticis.*

Prima esse cura debebat, ut Ecclesiae haberent idoneos Pastores, et ut in scholis studia utilia florerent, Ad utrumque opus est inspectoribus seu Episcopis, seu aliis, et mediocribus stipendiis. Nunc magni sunt abusus, pauci sunt idonei Pastores, et Episcopi negligunt visitationem seu inspectionem. Scholae negliguntur, quia desunt inspectores prudentes, et reditus. Quare opus erit ex Monasteriis aut Collegiis rursus transferre aliquam partem ad parochias et scholas. Certum est enim olim tantos reditus donatos esse Ecclesiis, ut ministerium Evangelii et literae conservarentur, et pastores ac pauperes scholastici alerentur. Haec duo praecipua inprimis habent opus reformatione, Et utrumque efficiendum est, ut sint inspectores fideles et prudentes, ac ut sit unde alantur pastores et scholastici.

Haec facile possent effici, si Papa, Cardinales et Episcopi facerent officia Ecclesiastica, Sed hi, occupati dominatione mundana, alias res agunt.

X. *De ecclesiastica gubernatione Papae et Episcoporum.*

Duo sunt propria munera Ecclesiasticorum gubernatorum, visitare Ecclesias, et Synodos convocare. Visitatio explorat doctrinam, et mores ministrorum, studia Scholarum, et ea quae ad conservationem Ecclesiarum necessaria sunt. In Synodis deliberationes habendae sunt de abusibus, qui subinde exoriuntur, Sunt et iudicia doctrinae exercenda.

Haec omnia negliguntur a Romano Pontifice, Cardinalibus et Episcopis, et vagantur ministri Ecclesiarum, sicut grex sine Pastore. Sed Romanus Pontifex sibi cavit, sumit sibi autoritatem supra omnes Canones, et concilia, et vetat se corrigi ab aliis, etiamsi innumerabiles animas perdat, ut aperte dicit cap. Si Papa 40. dist.: Hic error tollendus est ex Ecclesia.

Deinde quales sint mores in Collegiis, et aliorum Sacerdotum, non est obscurum. Qualis fiat collatio Sacerdotiorum. Quales Romae lites sint de praebendis, notum est.

Transfert ad se Roma. Pontifex collationes accipit annatas et alias pensiones sine modo. Hi abusus corrigendi sunt, si Synodi generales convocari non possunt, congregetur nationalis, aboleantur vitiosi cultus et iniustae traditiones, consulatur moribus Sacerdotum, deliberetur de collationibus Sacerdotiorum, efficiatur ut qui sunt in Collegiis, non sint otiosi, sed serviant Ecclesiae. Interim quilibet Patronus videat, ut pastores habeat idoneos, item Scholis prospiciatur, ut recte doceatur iuventus.

XI. *De officialibus et abusu excommunicationis.*

Si officiales essent docti et boni viri, non tantum iudicia exercere deberent, Sed etiam inspicere Ecclesias et Scholas. Nunc tantum exercent iudicia; et quidem pleraque prophana.

Ecclesiasticus iudex cognoscit de doctrina, et punit manifesta crimina, Nec sit unus tantum iudex, sed debet esse coetus aliquis. Sicut Paulus plures adhiberi iubet, et Christus inquit: Dic Ecclesiae, Nunc autem unus aliquis officialis exercet iudicium, et transfert ad forum suum causas prophanas, Sicut et Pontifices excommunicarunt Imperatores sine legitima cognitione, et propter imperii controversias. Et nunc magnus quaestus est officialibus ex controversiis, quae sunt alienae a foro Ecclesiastico.

Item, in puniendo serviunt magis avaritiae suae, quam utilitati Ecclesiae.

Denique hoc genus hominum, quod re ipsa sustinet Episcopi munus, minimum habet gravitatis.

XII. *De monasteriis.*

Monasteria locupletia nec serviunt Ecclesiis, nec colunt studia. Et cum multa sint, prodesset inde sumere reditus ad parochias et scholas constituendas. Iniustum est enim alibi otiosam turbam de Eleemosynis datis ad conservationem ministerii. Iniustum est et hoc, quod devorantur a Cardinalibus, Episcopis, aut Principibus, et defraudatur Ecclesia.

Monasteria virginum, propter sexus imbecillitatem maxime habent opus pia mutatione. Nobilitas eo puellas includit, ut patrimoniis parcat. Et posset consuli nobilitati hoc modo, si talia monasteria tanquam Scholae essent, ubi puellae sine votis docerentur, et si quae vellent deinde nubere elocarentur, etiam adiutae mediocri dote. Nunc tenentur ibi implicitae votis, cum multae non sint idoneae huic vitae generi. Cruciatur infirmus sexus et sua imbecillitate, et superstitiosis cultibus et opinionibus. Nec audiunt, nec discunt synceram Evangelii doctrinam. Habent auditores confessionum indoctos aut etiam malos, legunt, canunt latina quae non intelligunt.

Est magnorum gubernatorum adfici huius sexus misericordia. Consulatur puellarum saluti, quarum et animae et corpora periclitantur. Liberentur votis, et praeficiantur eis pii et prudentes concionatores, emendentur superstitiones.

Sunt et collegia militaria, quibus opus est coniugio, et quadam mutatione suarum ordinationum.

In monasteriis tenuioribus, ut Dominicanorum, Franciscanorum et Augustinianorum, sunt aliqui studiosi, et servientes Ecclesiis. Sed hos ipsos saepe audimus deplorare superstitiones, quibus multi apud eos fascinati tenentur.

Hic etiam iuvenibus consuli oportet, per visitationem, quae fieri debebat ab Episcopis, aut prudentibus viris ei rei praefectis.

Corrigendi etiam erunt in Monasteriis abusus Missarum, quae ibi magis conducuntur, quam apud alios sacrificulos. Et sunt alia vitia, superstitiosi cultus sanctorum, indulgentiae et servitus Pharisaica in ceremoniis certis.

Oramus autem Deum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, salvatoris nostri, ut Ecclesiam suam liberet ab omni errore, et sanet, augeat et servet propter Filium suum Dominum nostrum Iesum Christum, qui pro nobis victima factus est.

No. 2317. (eod. temp.)

Melanthon de reformatione Ecclesiae.

Editum in Mel. actis Colloq. Worm. et Ratisb. Lit. M., iterum in eiusdem operibus Witeb. T. IV. p. 681. Etiam in Buceri Actis Colloq. Ratisb. latinis p. 59 b., et in Coelestini historia Comitiorum August. P. II. p. 224. (qui ex errore hoc scriptum ad ann. 1530. retulit). Denique in Mel. Consiliis latin. P. I. p. 482. — Germanice legitur etiam in Buceri actis Ratisb. germanicis p. 118 b., et in Melanthons christlichen Bedenken, a Pezelio editis, p. 241. — Ex epist. ad Ducem Sax. Elector. d. d. 19. Iulii intelligitur, hoc scriptum Caesari latine et germanice traditum esse. Quid Dux Sax. Elector de hoc scripto iudicaverit, legi potest in eiusdem ep. d. d. 26. Iulii.

Occasionem scribendi dederat Imperator, qui iudicia doctorum de emendanda forma externa Ecclesiae legere cupiebat. Cf. Epist. d. d. 26. Maii. — Non solus autem Melanthon ea de re scripsit sed etiam *Bucerus*, cuius iudicium de reformatione Ecclesiae, ut loquebantur, legitur in eiusdem Actis colloquii Ratisb. latinis p. 49. Scripsit vero Bucerus (fortasse post comitia) alterum praeterea indicium de eadem re, quod separatim prodiit ita inscriptum:

„Abusuum Ecclesiasticorum et rationis, qua corrigi eos „abusus oporteat, indicatio Imperatoriae Maiestati in „Comitiis Regensburgi postulanti, exhibita. Per *Martinum Bucerum*. Argentorati anno M. D. XLI. mense „Augusto." (24 pagg. 4.)

Inveni apographon huius Buceri scripti in Tabular. Vinar. Registr. E. fol. 48. Vol. III. p. 149. inscriptum: „Copei der Mißbräuch in der Päpstlichen Kirchen durch den Butzer gestellt, lateinisch 1541. Kaiserlicher Maj. übergeben Dornstags den 14. Iulii, Regensburg." At illo die hoc scriptum non traditum est, neque videtur omnino Caesari exhibitum esse, sed aliud brevius ea de re iudicium Buceri, quod etiam legitur in eius Actis Colloq. Ratisb. latinis p. 49. et germanice in eiusd. actis germanicis p. 108 b., unde illud hauserunt Hortlederus, de bello germanico, et Walchius in opp. Luth. T. XVII. p. 885. — Utrumque autem scriptum *Buceri hic* praetermisimus. Non solum enim de emendanda Ecclesiae forma praeterea nihil actum est in comitiis Ratisb., sed etiam haec duo Buceri scripta nihil prorsus faciunt ad historiam colloquii et comitiorum illustrandam. Prius enim agit de officio episcoporum et ministrorum verbi divini, simulque de disciplina ecclesiastica, posterius unice versatur in eo, ut doceat, quo modo ministri verbi divini eligendi, examinandi, et, si lapsi fuerint, puniendi sint, et denique quale disciplinae ius iis concedendum sit.

De abusibus Ecclesiarum emendandis.

Autore *Philippo Melanthone.*

I. Cum prima et praecipua cura esse debeat in Ecclesia Christi, ut Evangelium recte, pure et perspicue doceatur, prodesset aliquam summam doctrinae Evangelii, tanquam Catechismum, edi de Deo, de tribus personis divinitatis, de creatione, de peccato originis, de Christo, denique de caeteris articulis Symboli. In hac summa prodesset complecti articulos conciliatos. Ita et multi pie erudirentur, et paulatim Ecclesiae coirent in concordiam.

II. Prohibendum est, ne omittantur conciones ordinariae in festis diebus, et curandum per eos qui praesunt, ut pastores pia, et utilia ad aedificationem, et apta temporibus dicant. Et in fine concionum addant adhortationem ad poenitentiam, cum publica absolutione, et precationum pro praesentibus necessitatibus quolibet tempore.

III. Et quia vetus consuetudo tradendi Catechismi, et pueritiae peculiariter erudiendae et explorandae, fere ubique negligitur, inter praecipuas reformationis partes ducimus esse, renovationem eius moris. Quare efficiendum est, ut per pastores aut diaconos singulis septimanis, duae horae aut tres, pro conditione loci, tribuantur Catechismo, sic, ut coetu puerorum et puellarum convocato tradatur ordine, et simplicissime summa doctrinae Christianae, et audiantur ordine pueri et puellae, recitantes symbolum, decalogum, precationem dominicam, doctrinam de fide iustificante, de Sacramentis, de poenitentia, de bonis operibus, de cruce. Cogitemus purissimam Ecclesiae partem esse pueritiam recte institutam. Ideo haec aetas nequaquam negligenda est, praesertim cum et hic fructus accedat, quod, cum tenera aetas pia et salutari doctrina imbuitur, simul concipit amorem religionis Christianae, qui [1]) postea, cum accedunt anni, prodest moribus. Et melius iudicant homines de iis doctrinis omnibus, quarum elementa recte imbibit prima pueritia. Denique notum est illud: Usque adeo a teneris consuescere multum est. Et toties clamitat ac praecipit Deus in sacris literis, ut doctrina coelestis tradatur pueris.

IV. Et quia ceremoniae invitare homines et adsuefacere debent, tum vero etiam signa sunt, ad admonendos et docendos rudes utilia, curandum est, per eos qui praesunt, ut ceremoniae utiles, et quae aliquid gravitatis habent [2]), retineantur, et absurdae ac indignae gravitate Ecclesiae aboleantur, ut sunt multae statuarum circumgestationes, ut alicubi magno pondere crux circumfertur, quam vix quatuor gestare queunt etc. Item statuae et picturae fabulosae, et quae superstitiose coluntur. Harum rerum emendatio bonis et prudentibus gubernatoribus in qualibet dioecesi commendetur.

V. Sed plurimum refert, quales sint pastores, et caeteri doctores et ministri Ecclesiarum. Ac ne idonei praeficiantur, potissimum ex his duabus causis accidit, vel quia patroni et collatores commendant indoctos et ignavos, aut propter privatam benevolentiam, aut corrupti pecunia, aut propter alias causas non probandas, vel quia Episcopi, sine delectu, sine exploratione, admittunt quoslibet, et cum non adficiantur cura salutis Ecclesiarum, nec doctrinam, nec mores pastorum inquirunt, nec praeficiunt inspectores, qui indoctos erudiant.

VI. Ut igitur his causis occurrant [3]), primum de collatione deliberandum erit. In collegiis prodest restitui Canonicam electionem, nec concedi, ut mense Papali aut per alias occasiones intrudantur indocti aut male morati.

Caeterum in eligendis pastoribus, etsi ius patronis nollemus adimi, tamen nec patroni praeficiant pastores, non prius commendatos aliquo testimonio Ecclesiae, hoc est honestorum hominum in eo coetu, cui datur pastor. Et liceat Ecclesiis reiicere impios aut non idoneos, aut referre rem ad Episcopos, aut eos, qui loco Episcoporum sustinent gubernationem Ecclesiasticam.

Episcopi, aut hi qui Ecclesiasticam gubernationem loco eorum sustinent, nullos ordinent, nisi ad certa ministeria Ecclesiae. Nec sint otiosi sacrificuli, tantum eo ordinati, ut victum sibi quaerant lectione Missarum, ut vulgo fit.

Nec ordinentur inexplorati, sed sint viri docti et graves aliquot, quibus sit in qualibet dioecesi mandata cura examinis, hi neminem admittant ad ordinationem, nisi adferat testimonium de vocatione ad certum ministerium, et de moribus, deinde doctrinam inquirant de dogmatibus Ecclesiae necessariis. Si quos invenient prorsus indoctos, prohibeant, ne ordinentur, et significent patronis aut Ecclesiis, ut alios quaerant idoneos. Sin autem erit aliquis mediocri doctrina instructus, et videatur posse proficere [4]), detineatur, et ab aliquo examinatore per mensem unum atque alterum erudiatur. Nam examinatores illi non tantum sint otiosi auditores ordinandorum, sed suscipiant laborem etiam erudiendi indoctiores, eosque saepius audiant. Et Episcopis aut gubernatoribus curae sit, ut pauperes ordinandi interim victum habeant, et aliquot libellis necessariis instruantur. Haec officia si sumtuosa esse arbitrantur, cogitent, nullum esse sanctius elec-

1) Buc. *quae*, mendose.
2) Peuc. *habeant*, sed Mel. et Buc. *habent*.

3) Buc. *occurratur*.
4) Buc. *praeficere*.

mosynae genus, quam pauperum sacerdotum studia iuvare, et consulere Ecclesiis, ac reputent sibi propter tales eleemosynas tantas opes datas esse; curabunt igitur, ut pauperes ordinandi habeant hospitia et praeceptores. . . . . .

VII. Ut autem pastores, et caeteri ministri Ecclesiarum, sacerdotes, et diaconi, possint Deum invocare bona conscientia et vera fide, aboleatur lex et obligatio, quae prohibet coniugium sacerdotibus, ac liceat eligere ad sacerdotium, videlicet ad docendum Evangelium, et ad Sacramenta administranda, honestos maritos, liceat etiam his, qui sunt ordinati coelibes, postea honestum coniugium contrahere. Si enim hoc non conceditur, multis locis deerunt pastores, et Ecclesiarum solitudo, et vastitas metuenda est. Sicut iam in ipsis Episcoporum ditionibus in Germania scimus multis locis deesse pastores Ecclesiis. Cedat igitur humana traditio et iniusta lex necessitati publicae, cedat dignitati ministerii, quod ut conservetur, tollantur iniusta vincula, et obligationes, quae deterrent pios et moderatos*) ab ea functione.

Haud dubie omnes modesti toto corpore atque animo cohorrescunt, cum cogitant quanta agmina animarum haec lex de coelibatu tot iam seculis traxerit in aeternum exitium.

VIII. Quanquam igitur coelibatus fortassis ad opes Ecclesiasticas retinendas est accommodatior, tamen maior habenda est ratio veri cultus Dei, salutis animarum, et publici exempli. Sacerdotes polluti mala conscientia non possunt Deum invocare, ruunt in interitum perpetuum, et nocent exemplo moribus aliorum.

Si his tantis causis gubernatores non moventur, si impediunt veram Dei invocationem, si non adficiuntur exitio aliorum, profecto dura est Ecclesiae servitus. Quare oramus, ut hoc vinculo coelibatus ministri Evangelii liberentur.

IX. Abusus frequentissimus est ubique, qui graviter offendit Deum, quod homines obnoxii publicae turpitudini petunt absolutionem, et coenam Domini, sine vera poenitentia, tametsi propter solennem ritum quandam simulationem poenitentiae prae se ferunt. Hoc eo fit, quia Episcopi multis seculis neglexerunt iudicia Ecclesiastica, ut postea dicemus. Sed tamen mandetur pastoribus, ut prudenter Sacramenta administrent, nec absolvant eos, qui non promittunt emendationem vitae. Et, si possunt, obnoxios manifestae turpitudini indicent iudicibus Ecclesiasticis, aut aliis magistratibus.

X. Pastores in singulis Ecclesiis audiant semel in anno ordine auditores, praesertim rudiores: ac fidem eorum explorent, idque in templo fiat. Nec potest hac in re quisquam detrectare pastoris autoritatem, quia singuli debemus fidem profiteri, praesertim apud pastores pios et fideles, cum hoc ex officio postulant. Ibi pastor singulos etiam ea quae cuiusque aetas aut mores postulant, prudenter et graviter moneat, et erudiat indoctiores de fide, de moribus, de usu Sacramentorum.

XI. Et ut populus tranquilla et pia conscientia ad coenam Domini accedere possit, conscientiis illorum consulatur, qui cum norint veterem Ecclesiae morem, integro Sacramento uti malunt. Nemo circunferens malam conscientiam potest Deum invocare. Ut igitur Deus colatur, et ut consulatur hominum saluti, gubernatores maxime cavere debent, ne laedantur piae conscientiae.

Constat hanc ceremoniam institutam esse, ut fidem confirmet in pavidis mentibus, seu consolationem adferat, et ut hic gratiae agantur Deo. Quomodo autem consolationem capiet, aut aget gratias exulcerata conscientia? Haec arcana vulnera gubernatores Ecclesiae intelligere et sanare debebant. Ideo tollatur abusus, videlicet, prohibitio calicis.

XII. Maximus et universalis abusus est, quod non exercentur iudicia Ecclesiastica, nec de doctrina, nec de moribus sacerdotum, aut populi. Primum Pontifices quando convocarunt Synodos ad veram et aequam cognitionem⁵) de doctrina? sed iam de particularibus Ecclesiis agimus. Episcopi habent officiales, ut vocant, quibus controversiae de contractibus sponsalium, et aliae quaedam inquisitiones commissae sunt. Hi nec intelligunt officium suum, nec faciunt. Sed habent quaedam aucupia pecuniae, quae longum esset recitare.

Non possumus sine magno dolore commemorare Ecclesiae calamitates. Nos in Germania ti-

*) Buc. *modestos.*

5) Buc. mendose: *cogitationem.*

tulos habemus Episcoporum, Episcopos qui officium suum faciant, non habemus. Cum enim quatuor sint praecipua Episcopi officia, docere et gubernare doctrinam, ordinare et explorare ordinandos, praeesse iudiciis Ecclesiasticis, et visitare Ecclesias: nostri Episcopi in Germania vix umbram et ceremoniam unius muneris retinent, videlicet, ordinationem sine exploratione. Interim tenent amplas ditiones, quas cum administrant, ducum officiis funguntur, non Episcoporum. Quas si volunt retinere, non enim impedimus, deliberetur de certis, qui vere regant Ecclesias: et ut supra dictum est, oportere in qualibet dioecesi esse certos delectos viros, qui praesint ordinationi, et explorationi ordinandorum, ita sint, seu iidem seu alii, qui praesint iudiciis Ecclesiasticis, et visitent Ecclesias.

Fungatur igitur vero munere Episcopi seu unus aliquis certo loco, seu haec decuria iudicum. Necesse est enim in Ecclesia esse aliquos idoneos gubernatores doctrinae et ordinationis. Necesse est iudicia exerceri de doctrina, et de controversiis sponsalium, de divortiis. Necesse est restitui excommunicationem mandatam in Evangelio. Hunc Episcopi vicarium, seu hanc decuriam iudicum tueatur ille, qui titulum tenet Episcopi.

Iam si collegia haberent viros doctos, pios et exercitatos: expeditissimum esset legere hos iudices ex collegiis. Sed addendi sunt aliqui honesti, graves et docti viri laici. Et in singulis dioecesibus pro magnitudine plures tales decuriae iudicum constituantur, sed sit una suprema, quae, ut dictum est, si velut vicaria Episcopi.

Ut autem habeant hae decuriae honesta stipendia, certae praebendae seu certa collegia, seu reditus monasteriorum ad hos usus transferantur. Quanta est enim turba otiosorum et ignavissimorum hominum nunc in collegiis et opulentis monasteriis?

Constat, exigua pecunia apud officiales posse transigi de poena stupri aut adulterii. Haec lenitas auget licentiam. Ideo severitas iudiciorum et poenarum restituenda est. Ac primum de omnibus criminibus hoc servetur. Habeat suum ius magistratus civilis. Ut ex officio laicorum delicta inquirit et punit, ita sacerdotes reos manifestorum criminum, stupri, adulterii, furti, caedis, et similium, puniat suarum legum poenis. Et quidem docendus est magistratus, ne negligenter officium suum administret. Nam divinitus huic gradui commendata est disciplinae externae conservatio et defensio, ut Paulus docet, inquiens, magistratum honore afficere bona opera, econtra vero formidandum esse malis. Nec exigua morum corruptio inde orta est, quod forum Ecclesiasticum impedivit magistratum civilem, ne inquireret aut puniret adulteria. Sit igitur vigilans et acer magistratus sciat se disciplinae custodem esse divinitus in hac statione collocatum. Interim tamen Ecclesiastici iudices suum faciant officium. Et quia in multis locis civilis magistratus ex quadam veteri et prava consuetudine segnior est in puniendis adulteriis, ideo pastores et iudices Ecclesiastici sint diligentiores in suo officio. Pastor admoneat obnoxios criminibus, adulteriis, Epicureo contemtui religionis Christianae, blasphemis sermonibus, periuriis, aut aliis criminibus. Si admonitus non pollicetur emendationem morum, deferat eum decuriae iudicum, hi, re inquisita *), sententiam excommunicationis ferant adversus reum, ac magistratui civili suam sententiam indicent.

Et ita sint constituta iudicia delectis, certo numero viris gravibus, doctis et iustis, ne pastor aut quisquam alius videatur odio potius reum in periculum adducere, quam moveri ad accusandum officii ratione. Nec liceat soli pastori ferre sententiam excommunicationis, sine ulla iudicum decuria, aut nemine adhibito ex honestioribus viris suae Ecclesiae. Ut enim vocantur haec iudicia Ecclesiae, ita sunt plures adhibendi, ut Paulus voluit. Tyrannis est inimica Ecclesiae. Ideo species omnis tyrannidis in Ecclesiae iudiciis fugienda est.

XIII. His decuriis iudicum commendanda est visitatio Ecclesiarum, ubi de doctrina pastorum fiat inquisitio. Coerceantur petulantia ingenia, quae serunt falsa dogmata, tollantur superstitiones, et statuae ad quas fiunt concursus, et inspiciantur etiam scholae, et gubernentur studia.

Nec officinae typographicae negligendae sunt. Plurimum enim refert, quales libri veniant in manus hominum, cavendumque, ne spargantur impia dogmata aut famosi libelli. Ideo magistra-

*) Bec. *exquisita.*

tus in singulis locis praeficiant certos inspectores sen censores officinis, nec liceat edere libros non approbatos ab his censoribus. Fiat etiam inquisitio de moribus pastorum et populi, si compertum fuerit, pastorem admisisse aliquod flagitium, puniatur severis legum poenis, et eo minus conniveudum est ad stupra, adulteria, aut scortationes sacerdotum, quia petimus concedi eis coniugium. Quare severissimis poenis corporis illa delicta puniantur.

Inspiciant etiam visitatores rationes aerarii in Ecclesiis, et curent fideliter pendi stipendia pastoribus, diaconis, et his qui praesunt scholis.

XIV. In scholis non solum Ecclesiae seminaria sunt, sed etiam ibi praeparantur ingenia ad omnem reliquam vitae gubernationem. Imo scholae sunt fontes humanitatis in tota vita, quibus neglectis, necesse est sequi magnas tenebras, confusiones religionum, et superstitiones, legum et literarum atque artium interitum, oblivionem antiquitatis et historiarum, morum feritatem, denique infinitam barbariem morum, et omnium vitae partium. Quare omnes sapientes gubernatores maxime iudicarunt scholarum constitutionem ad rempublicam pertinere, et bene constitutas praecipuum decus et ornamentum esse civitatum. Quanto magis in Ecclesia tuendae sunt scholae? in quibus conservatur et propagatur doctrina Evangelii, et traduntur aliae bonae artes, utiles, tum ad explicandam coelestem doctrinam, tum ad reliqua vitae officia gubernanda. Et hac in re moveamur consuetudine Ecclesiae omnium temporum. Nunquam sine scholis floruit Ecclesia, voluit Deus certos esse coetus ad tabernaculum, quod Moyses condidit, et postea ad templum: non aliam ob causam, nisi ut ibi studia legis divinae et aliarum artium bonarum in quadam frequentia vigerent, et iuventus excoleretur. Ita Samuel adolescens missus est ad tabernaculum, tanquam ad Academiam, et postea Elias, ac Eliseus, Ioannes Baptista, Christus habuerunt agmina auditorum. Hunc morem et Apostoli servarunt, ut ex Irenaeo apparet, qui testatur Ioannem non solum universam multitudinem illiteratam docuisse, sed etiam habuisse quosdam assiduos auditores, qui se totos studiis addixerant, quos solitus est familiariter docere, etiam extra conventus universae Ecclesiae. Hinc orta sunt vetera collegia, et proderat esse tales scholas, quae erant testes, quae doctrina ab Apostolis accepta esset, et conservabant sententiam Apostolorum, ideo saepe allegantur illae veteres scholae: et propter has laudatur ordinaria successio, quod essent certi testes doctrinae Apostolicae. Nunc hae laudes ad potentiam amplificandam transferuntur postea cum opes, Regia dominatio, luxus, extinxerunt studia collegiorum, caligo ingens in Ecclesia secuta est, et nata est illa Theologia monachorum, diluta quadam inerudita philosophia, et superstitionibus. Et haec ipsa nunc consenuit, quare sapientes gubernatores providere debent, ut in scholis rursus pia et sincera doctrina Christi tradatur, et muniendae sunt scholae, ut ad posteros*) propagari incorrupta veritas possit.

Deinde quia in singulis regionibus magno numero pastorum opus est, alendi sunt pauperes scholastici de publico, qui cum recte didicerint doctrinam Christianam, postea praeficiantur Ecclesiis. Haec est vetus et vera Ecclesiae consuetudo.

Toties vociferantur adversarii nostri, consuetudines6) Ecclesiae negligi, cum ipsi haec utilissima instituta Prophetarum et Apostolorum penitus deleverint, quae quidem ut restituantur et conserventur, omni contentione gubernatores perficere debent, videlicet ita, ut scholae floreant, et propagetur salutaris doctrina, et praeparentur, excolantur ac erudiantur studiosi postea praeficiendi Ecclesiis. Porro in Academiis opus est duplici emendatione, videlicet, doctrinarum et disciplinae. De artibus tradendis vere eruditi et prudentes ordinem praescribant, ita ut iuventus non solum versetur in artibus prophanis, sed etiam discat Christianam doctrinam. Deinde ut ad veram philosophiam revocetur, et explosis nugis sophisticis, tradatur Dialectica sincere et prudenter, adiungantur Physica et Mathematica, formetur stylus. Sed haec pars de doctrina longior est, quam ut tota hic comprehendi possit, et singulis locis iudicio eruditorum et prudentum constituenda est.

Disciplinae restitutio requirit autoritatem et diligentiam principum et magistratuum, necesse est mores severitate maiore regi, et continere iuventutem intra septa, et ad pia exercitia revocare,

---

*) Buc. ex mendo: *pastores*.
6) Buc. *consuetudinem*.

licentiam adstringere, prohibere convivia intempestiva, indecorum, scenicum, et militarem vestitum. Haec emendatio obtineri non potest, nisi magistratus veris poenis contumaces puniant.

Sed ut Demosthenes nervos belli vocat pecuniam, ita ad hos gradus omnes opus est reditibus, videlicet, ad alendos pastores, iudices, scholasticos. Et sunt in promptu, si recte collocentur. Facile enim iniri ratio potest, ut nobilitas in collegiis maiori parte redituum Ecclesiasticorum fruatur, et tamen aliqua collegia et monasteria transferantur ad hos tres gradus: ad augenda stipendia pastorum et diaconorum, deinde ad constituendas decurias iudicum ac scholas, in quibus non solum mercedes dandae sunt docentibus, sed etiam mediocris victus praebendus pauperibus scholasticis. Haec ut facilius fiant, opulenta monasteria transferantur ad hos usus, in quibus nunc tantum otiosi et ignavi homines aluntur. Et satius est hoc totum vitae genus aboleri, quam interim esurire pios pastores, cum honestis uxoribus, et piis liberis, aut scholasticos, aut Ecclesias stare orbatas pastoribus, aut deseri literarum studia. Cum ait Christus: Dignus est operarius mercede sua; et Paulus inquit: Nemo militat suis stipendiis: mandatum Dei praecipit, ut ad hanc militiam Ecclesiae, docentium et discentium, stipendia conferantur. Et propter hanc causam a piis regibus et principibus hae opes Ecclesiis, quas nunc tenent, donatae sunt. Iniquum est autem praeripi stipendia ab otiosis, et fucis, ac interim fame perire eos, qui durissimam militiam in docendo et in gubernatione sustinent. Haec sunt mutanda, bonorum et sapientum regum, et principum conciliis et autoritate.

XV. Sed de monasteriis virginum omnino prodest sexum illum imbecillem liberari votis. Semper in conspectu sit sapientibus et piis gubernatoribus haec regula: non esse impediendam veram Dei invocationem, qui cum mala conscientia invocari non potest, nec animas abstrahendas esse a Deo in aeternum exitium. Constat autem in tanta imbecillitate eius sexus, multarum conscientias gravissime excruciari. Ideo aboleantur haec vota. Et tamen pauperibus puellis praesertim nobilibus, consulatur ex his reditibus, qui per certos quaestores ad hos usus quotannis colligantur, et quodam ordine distribuantur. Nam in pagis aut locis desertis virginum coetus esse, non videtur utile, sed si placet aliqua monasteria virginum converti in scholas puellarum nobilium et aliarum, id fiat in urbibus, ubi est honesta disciplina. Et praesint honestae, piae et graves matronae. Tales scholas aliquas puellarum esse, sine ullis vinculis votorum optandum esset, in quibus nobilium filiae et aliae puellae discerent literas et doctrinam Evangelii, et adsuefierent ad ipsa exercita, et bonos mores, nupturae cum vellent.

Haec est imago honestissimi coetus matronarum et puellarum, quae olim quadam assiduitate serviebant templo, in quo coetu Anna prophetissa tanquam magistra fuit reliquarum. Deus pater Domini nostri Iesu Christi, qui elegit sibi Ecclesiam, in qua in vita aeterna celebretur, emendet, regat, defendat et augeat eam, Amen.

No. 2318. 18. Iul.

Urbes Imperii ad Caesarem.

Editum in Buceri actis german. p. 216b. (latinis p. 216b.) repetitum ab Hortledero l. l. p. 438. et a Walchio, opp. Luth. T. XVII. p. 936.

Der freien Reichsstädte Gesandten Antwort auf Kaiserl. Majest. abschiedlich Bedenken [vom 12. Jul.], übergeben d. 18. Julii.

Allerdurchlauchtigster rc. Wiewohl wir verhofft es sollten Churfürsten, Fürsten, Prälaten und Grafen sich nunmehr, nach beschehener Erinnerung, des alten im Reich Herkommen-Gebrauchs gehalten, und uns ihres Bedenkens, wie hergebracht, Abschrift und Bedacht zugelassen und vergönnet haben: so hat sich doch abermals Sonntags den 17. dieses Monats zugetragen, daß sie durch ihre Verordneten uns anzeigen lassen, wie sie sich zweier unterschiedlicher Antworten in der Religionssachen Römischer Kais. M. zu überantworten entschlossen, und befohlen, uns dieselbigen vorlesen zu lassen. Weil wir aber die Größe der Schriften ersehen, und bei uns nicht erachten mögen, daß dieselbigen gleichförmig in der Gedächtniß durch das Gehör eingenommen werden möchten, auch unsern Obern merklich daran gelegen: haben wir zu Förderung der Sachen Abschrift und Bedacht begehrt, aber nicht erhalten mögen. Darum wir als diejenigen, so von ihnen ausgeschlossen werden, unterthänigster Gehorsam wegen, Ew. Kais. Maj. in gebührender demüthiger Antwort nicht wissen mangelhaft zu lassen.

Bitten abermals, E. Kais. Maj. wolle uns gnädigst bei altem Herkommen handhaben, und in Ansehung was Röm. Kais. Maj., auch den Frei- und Reichsstädten an solchem gelegen, allergnädigst mit Churfürsten, Fürsten, Prälaten und Grafen jetzt allhie verschaffen, uns beim alten Gebrauch, unserm vorigen E. Kais. M. übergebenen Bericht nach, bleiben zu lassen.

Und demnach auf E. K. M. gnädigste Vorhaltung und Erbieten Dienstag d. 12. dieses Monats, den Punct die Religion belangend beschehen, thun gegen E. K. M. wir uns unterthänigst bedanken des gnädigsten E. K. M. Vorhabens und Anbietens, daß E. K. M. gewillet, aufs förderlichste so immer möglich, mit Verleihung des Allmächtigen, sich wiederum in das heilige Reich deutscher Nation zu verfügen, und sich dieser Sache halben dermaßen zu erzeigen und zu beweisen, wie einem christlichen Kaiser gebühret und wohl anstehet. Daß auch E. K. M. bedacht, sich jetzo förderlich zu päpstlicher Heiligkeit zu verfügen, von derselbigen eigentlich zu vernehmen, was des Concilii halben zu verhoffen sey, wünschen wir E. K. M. zu diesem ihrer Majestät christlichen Vorhaben des Allmächtigen Gnade, Hülfe und Förderung.

Und als E. K. M. zu gemeiner Stände Bedenken gesetzt: es für gut angesehen wird, die Puncten, deren sich die Colloquenten beiderseits verglichen haben, also für gut zu halten und es dabei bleiben zu lassen, zum wenigsten bis auf das nächstkünftige gemeine Concilium etc., oder so lang, daß sonst durch gebührliche Wege mit Bewilligung und Vergleichung der Stände andre Ordnung oder Fürsehung geschehe und aufgerichtet würde etc.: so dann E. K. M. solches für gut ansiehet, lassen E. K. M. gnädigst Bedenken wir uns, und sonderlich der mehre Theil, wohlgefallen, daß die verglichne Artikel, und über die verglichne das Bedenken der katholischen Untersprecher eröffnet, publicirt und dergestalt, wie von denselbigen katholischen Colloquenten angesehen, zu lernen [lehren] zugelassen werde. Dadurch würde dem Volk das Verlangen, zu wissen was hierunter gehandelt, benommen, E. K. M. und der Stände hierin fürgehender Fleiß auch bei männiglich erkannt, und des Unfleißes Verdacht abgewandt. Es möchte auch hiedurch der Unwillen und das Mißtrauen, so die Weltlichen gegen die Geistlichen bisher getragen, geringert, oder vielleicht durch diesen Weg gar abgelegt werden; so sonst, wo solches E. K. M. Bedenken nicht fürgehen sollte, der Widerwillen und die Unruhe sich erst steigern möchte.

No. 2319. 18. Iul.

L. Fuchsio.

Epist. lib. VI. p. 281 sq.

Leonhardo Fuchsio, Tubingae.

S. D. Etsi hanc nostram militiam tempora requirunt, tamen illud Philosophicum otium, in quo doctrinam vitae salutarem tu, *Ioachimus*, et similes Viri boni et docti inquirunt et illustrant, non solum beatius, sed etiam honestius et vitae utilius esse censeo. Nos enim etsi dimicatio fortassis necessaria est, tamen quia dissimillimae sunt in negotiis voluntates nostrae *καὶ τῶν κενταυρῶν*, parum loci rectis consiliis esse videmus. Vos tranquilli velut apes in alveolis vestris mella conficitis, et summa vitae ornamenta vestra assiduitate tuemini. Quod cum ita sit, et tibi et Reipubl. gratulor otium tuum. Nam et caetera, quae edidisti, lego avidissime, et expectamus ea, quae habes in manibus, eaque plurimum non solum ad medicanda corpora, sed etiam ad accendenda honesta studia profutura esse statuo.

Pro Methodo missa gratias ago quam in hoc itinere evolvam. Decreveram ante reditum meum Thermas a te laudatas petere, curandae dextrae causa, sed domum rapior non solum iniustis, sed etiam insulsis imperiis aulicis. Sed nos Philosophos meminisse illam non tam regis quam Philosophi vocem apud Euripidem convenit, *τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας φέρειν χρεών*. Videro autem, ut tandem me ab hac *κενταύρων συμμαχίᾳ* avellam, plus fortassis in schola profuturus Ecclesiae, quam in barbaricis horum consiliis, ut nihil dicam durius. Deum oremus, ut ipse Ecclesiam et honesta studia gubernet et tueatur, ut et petere et sperare nos iussit. Ideo qualiscunque erit *καταστροφὴ* conventus, spero Deum suas Ecclesias servaturum esse. Bene vale. Ratisbonae, 18. Iulii, Anno MDXLI.

No. 2320. 19. Iul.

Contareni declaratio.

Edita in Buceri Actis lat. p. 101., Melanth. Actis Wormat. Lit. P. 2. (opp. T. IV. p. 694.), Eckii apol. p. CXXI. — Ex epistola Mel. ad Crucigerum infra d. 22. Iul. intelligitur, Contarenum hoc scriptum tradidisse d. 19. Iulii.

tibi esse quam nobis. Semel ad me scripsit d. *Philippus*, sententias dictas esse a nostris de libro exhibito. Ac ipse et antea latinum scriptum composuerat, et postea germanicum multo copiosius καὶ δεινότερον exhibuit, diligenter commemoratis causis, quare non debuerit liber a nostris approbari. Interim accepimus etiam adversariorum responsum datum *Caesari*, quod et librum refutat et semel conciliationes hactenus tentatas praecidit, cuius tibi exemplum exhibendum affini meo dedi. D. *Philippus* per literas me rogavit, ut se tibi excusem de silentio, quia partim manus imbecillitate, partim occupationibus impediatur, quo minus tam multa scribere possit quam vellet. D. Doct. *Martinus* Dei beneficio enixus calculum non minimum, eumque tricipitem, nunc melius habet, hodie etiam valetudinis causa cum d. *Augustino* Medico foras expatiatus. Proximo die dominico dolores acerrimos passus est in coxendice; medici iudicabant esse morbum ἰσχιάδικον, sed sequenti nocte cepit .... *). Cruciatus erant saevi, sed, ut dixi, Dei beneficio non diuturni. Hic etiam caetera publice et privatim tranquilla sunt, et novi nihil auditur. Speramus iam in reditu esse et reliquos nostros ut ipsum d. *Philippum*. D. *Plicardum* aiunt iam Lipsiam venisse; verum an *Philippum* habeat comitem nondum scimus. Deum precor, ut et ecclesiae tuae incrementum largiatur, et te illi ac nobis confirmet et servet. Bene vale. Wittebergae 20. Iulii 1541.

Caspar Cruciger. d.

*) Abscissum est hic aliquid chartae; scriptum fuit fere: *exire calculus*, vel simile.

No. 2324. 20. Iul.

Theologi ad Fridericum Palat.

Edita in Buceri actis Ratisb. lat. p. 100., in Melanthonis actis Ratisb. Lit. S. 3. et in eiusd. opp. Witeb. T. IV. p. 757 sq. — Est responsum theologorum Protestantium, Melanthone interprete traditum Friderico Principi Palatino, moderatori colloquii ad scripta Contareni d. d. 12. Iul.

Responsio ad censuram Contareni Cardinalis, de libro, et articulis oppositis.

Cum intellexissemus huic conventui interfuturum esse Cardinalem *Contarenum*, bona in spe eramus, authoritatem eum suam non solum ad concordiam constituendam, sed etiam ad veritatem propagandam [1]) atque illustrandam collaturum esse. Propria est enim viri docti et sapientis haec animi magnitudo et libertas, ut, quod probat, praesertim in Ecclesia, proferri sinat. Sed ipsius censura de libro et nostris articulis, quam legimus his diebus propositam, non respondet expectationi nostrae.

Laedimur ab eo iniquo praeiudicio, cum quidem videat nos nihil absurde [2]) sentire, nihil profiteri, quod pugnet cum sanis iudiciis piorum et doctorum in Ecclesia Christi, imo locos aliquos doctrinae Christianae in nostris Ecclesiis pie et utiliter illustratos esse. Et tamen edidit censuram, in qua ait, nos a communi consensu catholicae Ecclesiae dissentire. Iubet etiam in altera pagella Episcopos advigilare, ut genus doctrinae, quod profitemur, deleant. Haec cum publice proposita sint, dissimulari a nobis non poterant, ne tacite probare eius iudicium videremur. Ideo veniam nobis dari petimus, quod hanc responsionem, vere et modeste scriptam, iniustae ipsius censurae opponimus.

Fatemur enim a nostris quosdam errores reprehensos esse, late vagatos, ante haec tempora in Ecclesiis [3]). Sed iniuriam facit Ecclesiae Christi, si quis eos errores vocat consensum catholicae Ecclesiae. Persuasiones humanae, sparsae in Ecclesia contra Evangelium, etiamsi diuturnitas temporis, magnorum hominum et multitudinis exempla authoritatem eis [4]) addiderunt, tamen non sunt Ecclesiae catholicae consensus, qui consistit in Propheticis et Apostolicis scriptis, et sententia per Apostolos probatis testimoniis tradita.

Hunc Consensum nos amplectimur et defendimus, nec ab eo unquam discessuri sumus.

Scit *Contarenus* qui sint Ecclesiae naevi, quanta Coenae Domini in Missis prophanatio, quantum vitii in invocatione divorum; quanta labes in coelibatu Romano, quanta inscitia in populo, qui non recte docetur de poenitentia, ...

1) *sed etiam ad ver. propag.* exciderunt apud Buc.
2) Peuc. edidit *absurdi*, sed Mel. et reliqui *absurde*.
3) Buc. et mst. *Ecclesia*.
4) *eis* addunt Buc. et mst.
5) Buc. *morbi*.

nostris, Caesarem reformationem eius ex utriusque partis consilio susceptorum.

Postremum acceperunt nostri cum gravi querela de iniquis insidiis camerae.

6) Ultimus articulus fuit de auxiliis contra Turcam. Ea nunc nostros audio promisisse.

No. 2322. 19. Iul.

Legati Sax. ad Electorem.

† Ex autogr. in Tabul. Vinar. Reg. E. fol. 48. Vol. III. p. 128.

Dem Durchl. — Herrn Johann Friedrich, Churfürsten, und Herrn Johann Ernst, Gebrüderen, Herzogen von Sachsen ꝛc.

— — — — — — — — — — —

Nachdem Kais. Maj. jüngst begehren haben lassen, etliche Mißbräuche zusammen zu ziehen, und seiner K. M. zu übergeben, so haben Magist. Philippus und Bucerus mit Vorwissen und Bedenken der Theologen auch der Religionsverwandten Stände derselben etliche zusammengezogen, und Kais. Maj. deutsch und lateinisch übergeben, wie Ew. Chur- und F. G. aus beiliegenden Copeien zu vernehmen, sampt Anzeig etlicher nothwendigen Reformation der Kirchen. — — — —

— — — — — — — — — — —

Es ist auch gestrigen Tags unser gnädiger Herr von Anhalt von hinnen abgereiset, in Willens sich zu Ew. Chur- und F. G. zu verfügen, und mit seiner Fürstl. Gn. Licentiat Ambsdorf. Aber Magister Philippus ist allhie blieben, aus den Ursachen, daß Pfalzgraf Friedrich anstatt und von wegen der Kais. Maj. solches begehrt hat. Und wiewohl unser gnädiger Herr Fürst Wolf von Anhalt und wir andern, Ew. Chur- und F. G. Befehl nach, lieber gesehen hätten, daß er zugleich mit abgereiset, uns auch ganz keiner Handlung in der Religion ferner versehen, so möcht es doch darzu dienstlich seyn, ob vorfallen würde, daß eine Protestation des Concilii halben vorzuwenden seyn wollte, welche am besten durch Magistrum Philippum könnte gestellt werden.

Es wird auch gänzlich dafür gehalten, daß die K. Maj. auf den nächsten Montag oder Dienstag von hinnen abreisen werde, und soll der Abschied den mehren Theil allbereit gestellt seyn, denn auch täglich viel von den Kaiserischen im Aufbrechen und Abreisen seyn. —

— — — — — — — — — — —

Datum Regensburg, den 19. Iulii 1541.

Ew. Chur- und F. G.

unterthänigste gehorsame Dienere Räthe gegen Regensburg verordnet.

No. 2323. 20. Iul.

Cruciger ad Ionam.

† Ex autogr. Crucigeri in Vol. Epist. Meining. ep. 6.

Clariss. viro excellenti pietate, doctrina et virtute praedito, d. Iusto Ionae, Theologiae doctori, patrono et amico suo carissimo,

S. D. Scilicet aliquando rumpendum est illud satis quidem, fateor, diuturnum silentium sed nondum tamen ita obfirmatum, ut temere susceptum non statim etiam facile deponi non potuerit. Verum unde mihi ad id excusandum initium inveniam? et quam molestus tibi fuero vel ipsa inanitate argumenti, si coner verbis tibi persuadere, ut iudices me probabili aliqua causa neglecti officii culpam a me amovisse? Quare ut breviter et me absolvam, et tibi satisfaciam, malo me tibi ipsi quantumvis prolixe accusare, fiducia fretus tuae placabilitatis, quae reo confitenti, ut spero, non gravatim deprecationi locum concessura est. Quare, ut mihi ignoscas, per illam tuam veterem adeoque germanam ac propriam facilitatem et bonitatem naturae te oro. Scis mihi natura hoc esse vitii, ut piger sim ad scribendum; sed in conventu ut minus etiam liberet scribere, molestia et indignitas illarum actionum in causa fuerunt. Huc postquam veni recens, ut fit, et occupationibus quibusdam domesticis impeditus hactenus fui, et defuit flagitator, qui literas postularet, aut etiam improbius extunderet, qui nisi nunc adesset, fortasse ne verberatio quidem illa meae cessationis seu potius convicium, tametsi illud quidem iustum et necessarium ad me excitandum, quo usus es in literis ad d. Doctorem, cum mutum piscem salutari iussisti, ad scribendum me perpulisset.

De iis, quae sub meum discessum acta et postea allata sunt ex conventu, existimo tam nota

tibi esse quam nobis. Semel ad me scripsit d. *Philippus*, sententias dictas esse a nostris de libro exhibito. Ac ipse et antea latinum scriptum composuerat, et postea germanicum multo copiosius *καὶ δεινότερον* exhibuit, diligenter commemoratis causis, quare non debuerit liber a nostris approbari. Interim accepimus etiam adversariorum responsum datum *Caesari*, quod et librum refutat et semel conciliationes hactenus tentatas praecidit, cuius tibi exemplum exhibendum affini meo dedi. D. *Philippus* per literas me rogavit, ut se tibi excusem de silentio, quia partim manus imbecillitate, partim occupationibus impediatur, quo minus tam multa scribere possit quam vellet. D. Doct. *Martinus* Dei beneficio enixus calculum non minimum, eumque tricipitem, nunc melius habet, hodie etiam valetudinis causa cum d. *Augustino* Medico foras expatiatus. Proximo die dominico dolores acerrimos passus est in coxendice; medici iudicabant esse morbum *ἰσχιάδικον*, sed sequenti nocte cepit .... *). Cruciatus erant saevi, sed, ut dixi, Dei beneficio non diuturni. Hic etiam caetera publice et privatim tranquilla sunt, et novi nihil auditur. Speramus iam in reditu esse et reliquos nostros ut ipsum d. *Philippum*. D. *Plicardum* aiunt iam Lipsiam venisse; verum an *Philippum* habeat comitem nondum scimus. Deum precor, ut et ecclesiae tuae incrementum largiatur, et te illi ac nobis confirmet et servet. Bene vale. Wittebergae 20. Iulii 1541.

Caspar Cruciger. d.

No. 2324. 20. Iul.

Theologi ad Fridericum Palat.

Edita in Buceri actis Ratisb. lat. p. 100., in Melanthonis actis Ratisb. Lit. S. 3. et in eiusd. opp. Witeb. T. IV. p. 757 sq. — Est responsum theologorum Protestantium, Melanthone interprete traditum Friderico, Principi Palatino, moderatori colloquii ad scripta Contareni d. d. 12. Iul.

Responsio ad censuram Contareni Cardinalis, de libro, et articulis oppositis.

Cum intellexissemus huic conventui interfuturum esse Cardinalem *Contarenum*, bona in spe eramus, authoritatem eum suam non solum ad concordiam constituendam, sed etiam ad veritatem propagandam 1) atque illustrandam collaturum esse. Propria est enim viri docti et sapientis haec animi magnitudo et libertas, ut, quod probat, praesertim in Ecclesia, proferri sinat. Sed ipsius censura de libro et nostris articulis, quam legimus his diebus propositam, non respondet expectationi nostrae.

Laedimur ab eo iniquo praeiudicio, cum quidem videat nos nihil absurde 2) sentire, nihil profiteri, quod pugnet cum sanis iudiciis piorum et doctorum in Ecclesia Christi, imo locos aliquos doctrinae Christianae in nostris Ecclesiis pie et utiliter illustratos esse. Et tamen edidit censuram, in qua ait, nos a communi consensu catholicae Ecclesiae dissentire. Iubet etiam in altera pagella Episcopos advigilare, ut genus doctrinae, quod profitemur, deleant. Haec cum publice proposita sint, dissimulari a nobis non poterant, ne tacite probare eius iudicium videremur. Ideo veniam nobis dari petimus, quod hanc responsionem, vere et modeste scriptam, iniustae ipsius censurae opponimus.

Fatemur enim a nostris quosdam errores reprehensos esse, late vagatos, ante haec tempora in Ecclesiis 3). Sed iniuriam facit Ecclesiae Christi, si quis eos errores vocat consensum catholicae Ecclesiae. Persuasiones humanae, sparsae in Ecclesia contra Evangelium, etiamsi diuturnitas temporis, magnorum hominum et multitudinis exempla authoritatem eis 4) addiderunt, tamen non sunt Ecclesiae catholicae consensus, qui consistit in Propheticis et Apostolicis scriptis, et sententia per Apostolos probatis testimoniis tradita.

Hunc Consensum nos amplectimur et defendimus, nec ab eo unquam discessuri sumus.

Scit *Contarenus* qui sint Ecclesiae naevi 5): quanta Coenae Domini in Missis prophanatio, quantum vitii in invocatione divorum; quanta labes in coelibatu Romano, quanta inscitia in populo, qui non recte docetur de poenitentia, de

---

*) Abscissum est hic aliquid chartae; scriptum fuit fere: *exire calculus*, vel simile.

1) *sed etiam ad ver. propag.* exciderunt apud Buc.
2) Peuc. edidit *absurdi*, sed Mel. et reliqui *absurde*.
3) Buc. et mst. *Ecclesia*.
4) *eis* addunt Buc. et mst.
5) Buc. *morbi*.

beneficiis Christi, de fide seu fiducia, accipiente condonationem propter Christum; videt, non solum Monasteria, sed ipsos etiam Canonum recentium libros plenos esse superstitionum; videt, Theologiam Monachorum dilutam esse, et veteri in multis locis dissimilem. In his abusibus fatemur nos a multitudinis iudiciis dissentire, quae ne ipsum quidem probare arbitramur. Id autem non est discedere a consensu catholicae Ecclesiae. Quare id crimen obiicere nobis desinat. Et quod addit in ea pagella, non desperari concordiam, sciat, nos non recepturos esse[6]) errores quos taxamus, et quos ipsi non solum decretis, sed nova asperitate, quae non decet[7]) Ecclesiam, defendunt.

Constat enim multos honestos homines[8]), et quidem in his aliquot doctrina praestantes interfectos esse, tantum propter piae doctrinae confessionem.

Ac quid in altera pagella nunc quoque agit *Contarenus* aliud, quam ut confirmet hanc saevitiam, cum iubet Episcopos cavere, ne labes, quae grassatur per Germaniam, irrepat in Dioeceses? Et praecipit, ut medicinam adhibeant. Quam? Usitatam videlicet, sectiones, usturas, neces. Haec remedia nova sunt in Ecclesia[9]), et praesertim huic nationi parum apta, deinde non ab eo viro probanda, qui pacis et concordiae autor perhiberi vult. Facile retinerent Episcopi autoritatem, si, emendatis quibusdam abusibus, consulerent piorum conscientiis. Id saepe testati sumus, et hanc ad concordiam viam esse iudicamus, praesertim in Ecclesia, in qua lucere debet, et eminere gubernatorum Mansuetudo.

Haec eo recensuimus, ne dissimulatione nostra *Contareni* scripta probare videamur, et hortamur omnes, ne talibus praeiudiciis assentiantur, sed nostra dogmata conferant ad Evangelium traditum in scriptis Apostolicis et primae Ecclesiae exempla.

Concionatores principum, et Statuum coniunctorum Augustanae Confessionis.

6) *esse* abest a textu Buc. et mst.
7) Buc. et mst. *decent.*
8) *homines* Mel. et Peuc. non habent.
9) Buc. et mst. *nova sunt Ecclesiae.*

No. 2525. 21. Iul.

Legati Sax. ad Electorem.

† Ex Actis in Tabul. Vinar. Reg. E. fol. 48. Vol. III. p. 195.

Pagella inclusa epistolae Consiliariorum Saxonicorum in Comitiis Ratisbon. ad Ducem Saxoniae Electorem, data d. 21. Iulii 1541.

Und nachdem wir auch Ew. Chur- und F. G. hievor Copeien zugeschickt was Contharenus, der Päpstliche Geschickte, für eine Schrift auf das Buch und die Religionhandlung hat lassen ausgehen: so hat Magist. Philippus darauf auch etwas in dieses Theils Theologen (Namen) geschrieben, wie wir E. Chur- und F. G. solchs hieneben sampt einer weitern des Conthareni Schrift *) zuschicken, und werden Ew. Chur- und F. G. aus des Conthareni Schrift vermerken, daß allhie aus der Religionhandlung nichts weiteres wird. Dat. ut s.

No. 2526. 21. Iul.

Elector ad legatos suos.

† Ex autographo in Tabul. Vinar. Reg. E. fol. 48. Vol. III. p. 197.

(*Quaedam ex epistola Io. Friderici, Ducis Sax. Electoris, ad Wolfgangum Principem Anhaltinum et caeteros consiliarios tum Ratisbonae in comitiis versantibus.*)

Von Ew. Lieb und Euch ist uns ein Schreiben am Datum haltende zu Regensburg Mittwoch den dreizehenden Julii, den 21. darnach zukommen, welches wir sampt den überschickten Copeien empfangen. — — — — — — — — — — — — —

Die Artikel, worauf ein äußerlicher Friede sollt zu richten seyn und wir euch hievor übersandt, die ihr uns auch wiedergeschickt, haben wir empfangen. Worauf nun die Religionsverwandten auf vorgehende Berathschlagung geschlossen und bedacht, daß denselben Artikeln nach, doch mit etlichen Zusätzen und Veränderungen, die wir uns also lassen gefallen, berührter äußerlicher Friede sollt anzunehmen und zu bewilligen seyn, solches haben wir aus dem jetzt zugefertigten Artikeln auch vernommen, und ist unsre freundliche Bitte und

*) Contareni scriptum secundum, quod dedimus d. 12. Iul.

Begehren, Ew. L. und Ihr wollen neben den andern Ständen ihren möglichen Fleiß haben, daß dieselben Artikel bei Kais. Maj. also mögen erhalten, und ein äußerlicher Friede darnach aufgerichtet werden. Ob nun einige Veränderung, dafür [dagegen] Ihr doch soviel möglich wollet seyn helfen, darinnen vorfallen, und wobei es damit verbleiben wird, das wollet uns durch euer Schreiben weiter berichten. — — — — —

Welchergestalt auch Magister Philippus auf Doctoris Martini und Pomerani Bedenken des vorgelegten Buchs halben ein Comment begriffen, darnach Kaiserlicher Maj. sollt zu antworten seyn, welches ihnen die andern Stände also auch gefallen lassen, und fürder aus Kais. Maj. Befehl Pfalzgrafen Friedrichen überantwortet worden, haben wir aus der übersandten Copei vermerkt. Was sich Kais. Maj. darauf wird lassen vernehmen, Ihr wollet uns dasselbige auch zu erkennen geben. Daß aber Ihr, Fürst Wolf, Euch neben den Theologen und Doct. Pleickharten nunmehr, voriger unsrer Erlaubniß nach, erheben und euch zu uns verfügen, das wollet also thun, denn wir Euer länger Verziehen zu Regensburg ohne Noth achten. — — — — — — — — — — —

Datum, Herzberg den XXII. Iulii, anno dom. XLI.

Joh. Friedrich, Churf.

No. 2327. **22. Iul.**

Georgio Anhaltino.

Epist. lib. II. p. 192. (edit. Lond. lib. II. ep. 181.)

D. Georgio Principi in Anhalt.

S. D. Illustrissime Princeps. Apud Esaiam promittit Deus se Ecclesiam etiam senescentem servaturum esse. Hac nos consolatione sustentemus. Et tamen si qui possunt adiuvare pacis consilia, annitantur ne desint Ecclesiae. Princeps *Palatinus Fridericus* valde laboravit, ut *Caroli* Imperatoris animum ad pacem flecteret, sed audio conditiones intolerabiles Ecclesiis proponi. Ideo satis apparet Imperatorem de Ecclesiasticis rebus praecipue dimicare, etiamsi alii praetextus ostendantur. Etsi autem ingens periculum est, tamen spero exitus fore mediocres. Et ut sint salutares Ecclesiae Dei oremus. Bene valeat C. V. Die Magdalenae.

No. 2328. 22. Iul.

C. Crucigero.

† Ex apographis in cod. Monac. 88. no. IV. p. 91. et in cod. Monac. 90. no. VII. p. 364.

Ad dominum Doct. Caspar. Crucigerum.

S. D. Meministi, quam familiariter petiverim, ut quam primum ad me scriberes domum reversus. Multae causae sunt, cur res domesticas cognoscere cupiam. Sed scito, me nec a te nec ab aliis post tuum discessum ullas literas accepisse praeterquam a D. *Luthero*. Etsi igitur speramus nos quoque breviter abituros esse, tamen interea velim te aliquid literarum mittere. Carolum Imperatorem aiunt hinc in Italiam iturum esse, ac ingressurum iter proxima septimana; sed hi dies non sunt stati, ut fit. Nihil est futilius[1]) aulicis sermonibus. Heri etiam in coena dicebat comes *Fridericus Fürstenbergius*[2]), cui traditur exercitus ducendus in Pannonias, aiebat, se, si iam Caesar abiret, vel prehensa equi cauda retracturum esse. Mira est[3]) actionum tarditas, cum tamen nihil agatur. Nam etiam illae deliberationes Ecclesiasticae iam[4]) conticuerunt.[5]) una pagella *Contareni* proposita, qui iubet relinqui causam integram iudicio Synodi seu aliis conventibus. Et venerat ille in suspicionem Eccianis, qui probare videretur articulum *περὶ τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως*. Edidit alteram pagellam ante triduum, in qua se purgat. Nos quoque pagellam exhibuimus, in qua quaedam est censurae ipsius refutatio. Tales hic interdum *μονομαχίαι* adhuc incidunt. Nunc sunt deliberationes de forma pacis, quam fortasse impetrassemus luculentiorem, si initio omissis insulsissimis moderationibus Imperatori declarassemus nostram voluntatem simpliciter, detulissemus *πολιτικὰ* officia, et petivissemus pacem. Sed scis, nostra consilia derideri ab aulicis. Nec ego unius erratum reprehendo. Liberabit tamen nos Deus, ut spero[6]), ex[7]) his miseriis. Iam illos ipsos poetas harum compositionum pudet co-

---

1) Cod. 88. mendose: *facilius.*
2) Cod. 88. *Furstenbergensis.*
3) Cod. 88. *enim.*
4) *iam* excidit e cod. 88.
5) Cod. 90. *consiluerunt.*
6) *ut spero* absunt a cod. 90.
7) Cod. 88. *in.*

silii, ac spero nostros discessuros mediocri inter se concordia, aut si quid est ὕπουλον, non valde movebit meliores. Summas rerum ex historiola[8]) cognosces, quam pertexui. Eam imperties et Dom. Doct. *Martino*, D. Pastori, Magistro *Paulo* et caeteris amicis. Post tuum discessum quae scripserim istic videbis. Funera satis tristia habuimus, paene continua. Decesserunt enim *Philippus*, Legatus Wirtembergensis, et noster pater[9]), ut ego video ἀποπληξίᾳ. Et *Clementem Volckamerum*[10]) Noribergae mortuum esse audio. Conflictatur febricula et *Franciscus*, quam magis ex moerore contraxit, quam ex aliis causis ullis. In Pannonia circumsederi aiunt exercitum, qui obsidione *Budam* cinxerat. Interim nostri heroes hic disputant, quid mus comedat rodens[11]) panem consecratum. Bene vale. Iam enim canitur classicum abituro principi[12]). Die Magdalenae.

Philippus Melanthon.

No. 2329. (hoc temp.)

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 106 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 80.

Clarissimo et optimo viro, D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg. suo patrono

S. D. Imperator iusserat *μετὰ τὰς διαλέξεις* ut nos delecti expectaremus finem harum deliberationum. Quare etsi nostri dissentiebant, tamen volui indicare *Palatino Friderico* ὥσπερ βραβευτῇ, me revocari. Is, probato meo officio, rem indicat seu *L. Gellio*, seu Domino. Ita iussus sum manere. Habui graves causas, quare clam discedere noluerim; volo utrisque testatum esse, me ingenue et simpliciter in re tanta agere[*]), quam ago, nec ad me pertinere σοφίσματα αὐλικά. Sedeo igitur domi, et versiculos compono, et si quid negotii restat, nec periculum, nec laborem defugio.

Vesperi nos vocarunt *Wirtebergenses*, et iam *Snepius* illis promisit de me. *Ioachimus* nondum a fratre rediit; sed[1]) expecto eum. Bene vale ὦ λῷστε καὶ φίλτατε Ἱερώνυμε.[2])

† Philippus Melanthon."

No. 2330. 28. Iul.

Gustavo, Regi Sueciae.

Epist. lib. III. p. 17 sqq. (ed. Lond. lib. III. ep. 8.)

Inclyto et serenissimo Regi et Domino, Domino Gustavo Regi Suecorum, Gotthorum, Wandalorum, Domino suo clementissimo.

S. D. Inclyte Rex. Veniam mihi dabit R. M. V. quod ad eas literas, quas circa Brumam ad me misit, non respondi. Aberam enim in Conventu Wormaciensi, in quo utilis explicatio controversiarum Ecclesiasticarum inchoata est, ut Imperator et caeteri Principes in Conventu sequenti negotiorum fontes cognoscere possent, et collatis utrinque sententiis eligere veriores. Erant auspicia eius congressus satis felicia: sed interrupta disputatione, a Rheno discessimus domum reversi, cum iam terra ubique altissimis nivibus tecta esset. Ex his vix semel eluctati, mox procul ad Danubii ripam proficiscimur, quo iam Imperator *Carolus* Principes convocaverat, et deliberationem primum omnium de religione instituit. Fortassis autem adversarii nostri animadverterant non prodesse sibi disputationis formam Wormaciae inchoatam, quae causam nostram illustratura et in conspectu positura erat: ideo rursus quaesitae sunt latebrae. Iussi sumus pauci quidam, non de nostra Confessione, sed de alio quodam libro colloqui, qui etsi moderationes quasdam contentionum proponere videbatur: tamen ita insidiose et captiose scriptus erat, ut tecte doctrinam nostrarum Ecclesiarum labefactaret. Cum igitur non

---

8) Cod. 88. *historia.*

9) Sic scriptum est in cod. 88. In cod. 90.: *noster p.* .... Videtur auctor apographi ipse legere non potuisse verbum, nam pinxit quasi compendium scribendi, quo praeterea non usus est. *Pater* haud dubie mendosum. Fuitne scriptum *nostrae patriae?* i. e. Palatinatus.

10) Cod. 88. *Volckmarum.*

11) Cod. 90. *edens.*

12) Cod. 88. *abiturum Principem.*

*) Lib. VI. *agere in re tanta*, hoc ord.

1) Lib. VI. mendose: *Sic.*

2) Alia manus adscripsit annum 1541., repetitum in Lib. VI.

solum itineribus et occupationibus, sed etiam novis curis impeditus fuerim, quo minus responderim R. M. V. rogo ut meum silentium boni consulat.

Historiam vero huius Conventus magna ex parte ex his paginis, quas simul mitto, R. M. V. cognoscet: quam cum leget, videbit adversarios nostros non velle Ecclesiis vera ratione consulere. Eo magis optandum est, ut boni Gubernatores caeteri, ac praesertim qui puram Evangelii doctrinam intelligunt, pias Ecclesias recte constituant, ac curent, ut in his luceat Evangelium filii Dei.

Hoc Sacrificium Deus tum ab omnibus tum vero praecipue a Regibus flagitat et amplissimis praemiis compensat, sicut inquit: *Glorificantes me glorificabo.* Quare gratulor R. M. V. hunc animum, quod curam Ecclesiarum ornandarum et propagandi Evangelii suscepit, ac precor Deum, ut haec honestissima consilia, salutaria tot gentibus, adiuvet ac provehat.

Pro poculo misso gratias ago R. M. V. Etsi autem nondum mea officia tanta fuerunt erga R. M. V. ut tam magnifico munere compensanda fuerint; tamen gaudeo R. M. V. declarare suam benevolentiam erga Scholasticum ordinem, qui, cum multorum ingenia ad pietatem et caeterarum virtutum officia formet, profecto benignitate Regum et Principum complectendus est. Bene valeat R. M. V. Ratisbonae 23. Iulii Anno 1541.

No. 2331. **23. Iul.**

Normanno et Clementi.

† Ex autographo *) Melanth. in codice: Virorum illustrium literae, Vol. I., qui habetur in Tabulario Regni Sueciae Stockholm. mihi descripta a S. Venerab. Lüdecke, Past. Stockholm.

Egregia virtute, doctrina et prudentia praeditis, D. Georgio Normanno, et Clementi, Regio Secretario, amicis suis cum observantia colendis,

S. D. Magnae mihi voluptati fuit epistola vestra, non solum propter privatam amicitiam nostram, sed multo magis propter commemorationem de Inclyti Regis pietate et virtute. Nam cum passim toto orbe terrarum stent Ecclesiae squalentes vetusta caligine, et incultae, et Pontifices multis locis conentur inusitata sevicia opprimere lucem Evangelii rursus emergentem, profecto optandum est aliquos pios et praestantes Reges ac Principes opem ferre Ecclesiis et conservare puram Evangelii doctrinam. Ac vero praecipuum hoc munus est gubernatorum. Nam cum haec politica societas divinitus instituta sit, ut in eo luceat Dei noticia, maxime convenit politias et regna praebere hospitium Ecclesiis.

Id fieri in vetustissimo regno Sueciae magnopere gaudeo, quae cum semper fuerit sedes fortissimorum virorum, optandum est, ibi recte tradi Relligionis doctrinam, ut gentis fortitudo et ceterae virtutes gloriae Dei serviant, et divina luce regantur.

Quod vero refutatis calumnias sparsas contra Regem non solum probo officium vestrum, sed etiam testimonio adsentior. Inter caetera humanae infirmitatis καὶ ἀταξίας exempla, vere et hoc malum numerari potest, quod cum vicinitas vinculum deberet esse amiciciae; tamen plerunque vicinae gentes inter se dissident. Quam perniciosa certamina fuerunt harum vicinarum civitatum, in ea gente, quae vere summam humanitatis laudem habuit, Atticae, Spartanae, et Thebanae!

Ideo non mirum est, incidere dissidia inter has Arctoas nationes multo rigidiores. Hi gentium mores deplorandi a nobis sunt, et reprehendendi, nec velim ulla in parte accendere aut fovere odium. Quare si qui de vobis secus loquuntur, doleo, et opto, ut vicini utrinque cogitent, quantum bonum sit, bonus vicinus. Et ut sit talis, mutuis officiis perficiendum est.

Deinde consensus de vera Relligione etiam coniungere animos et mitigare dissidia debebat. Ita olim cum diu inter se dimicassent Hungari et Germani, postea societate Relligionis bella sedata sunt. Tanta est infirmitas humani generis, ut ubique toto orbe terrarum sint quaedam inter vicinos iniusta certamina. Sed hi impetus frenandi sunt primum Relligione, deinde quadam aequitate καὶ ἐπιεικείᾳ gubernatorum.

Hanc concionem non in hac epistola nunc primum scribo, saepe eam in medio Senatu inter

---

*) Epistola ipsa alterius manu scripta est, sed sua manu Melanthon nomen subscripsit.

nostros recitavi, quos hortatus sum, ut privatas offensiones mutua aequitate abolerent, et extra hunc senatum alios esse hostes saeviores cogitarent, adversus quos vicinorum concordia aut συγκρητισμῷ opus sit. Mihi Danorum et Suecorum discordiae non sunt notae. Ideo totam hanc meam orationem, de communi hominum vita, non de vestris tantum rebus scriptam esse putetis. Saepe ingenti dolore adficior, cum video in his nostris regionibus, quam infirmae sint amiciciae vicinorum, aut eorum, qui multis naturae, legum et Relligionum vinculis coniuncti sunt. Nos igitur privati homines oremus Deum, ut gubernet, et coniungat, ac consociet bonorum Principum voluntates; et sicubi est occasio, hortemur omnes ad eas amicicias colendas, quae sunt utiles primum ad verae Relligionis defensionem, deinde ad patriae tranquillitatem. Haec sentio, et toto pectore Deum oro, ne me usquam dissidii, praesertim inter membra corporis Christi, inflammatorem esse sinat. Defero etiam omnia mea officia primum Inclyto Regi Sueciae, deinde et caeteris vestrae gentis hominibus. Nec naturam meam, nec mores ignoratis, scitis me non delectari dissidiis. Deinde functio scholastica, cum praecipue serviat Ecclesiae, pariter complecti omnes gentes debet. Bene valete. die 23. Iulii: Ratisbonae. Anno. M.D.XLI.

Philippus MelanthoN.

No. 2332. 23. Iul.

Iusto Ionae.

Epist. lib. V. p. 14 sqq.

Iusto Ionae.

S. D. Legi querelam tuam de meo silentio, in qua minime obscura erat significatio summi amoris erga me tui. Quanquam autem me et luxatio dextrae impedivit, et hic primum hi fluctus exceperunt, ut, cum essem in maximo dolore, omnia mihi eius generis officia de manibus excuterentur, tamen veniam petere malo, quam longam excusationem scribere, praesertim cum ex *Casparo* cognovisse vos pleraque iam arbitrer, quae non erant mandanda literis. Expectamus καταστροφὴν conventus, quam Deus gubernet, ac spes quaedam est fore placidum. Deus mira bonitate et suo consilio elusit quorundam praepostere sapientium fraudes, ac spero fore deinde inter nostros consensum firmiorem. Scripsi historiolam, quae summas actionum continet, sed in illa desunt, quae vos politici viri maxime requiritis, qui fontes fuerint horum consiliorum, quae hypotheses, ut vocat Πολύβιος. De his, Deo dante, coram colloquemur.

Imperator *Carolus* properat in Italiam, quem heri dicebat quidam, nolle bellum in Germania excitari, addens, complecti eum totam Remp. nec velle alteram partem tantum salvam esse, alteram deletam. Deus gubernet et servet Ecclesiam. Bene vale. Die 23. Iulii, Ratisbonae 1541.

Philippus Melanthon.

No. 2333. (23. Iul.)

Mart. Luthero.

Edita a Manlio in farrag. p. 8. Iterum a Peucero in Mel. select. epist. p. 66. Recusa in Epist. lib. I. p. 32. (edit. Lond. I. ep. 24.) — Apographa in cod. Bav. II. p. 298. et in cod. Goth. 401., quae vero tantum priorem huius narrationis partem (missam Alberto, Duci Pruss., d. 24. Maii) complectuntur. Apud Manlium inscribitur: „*Historia conventus Ratisbonensis, Anno* 1541. *mense Martio*"; sed a Peucero rectius inscripta est:

D. Martino Luthero *)

S. D. Initio conventus postquam Imperator *Carolus* exposuit, se deliberationes institui [1]) velle de controversiis Ecclesiasticis dirimendis: coniuncti Augustanae confessioni petiverunt, pertexi disputationem *Vuormaciensem*, ut ex ea explicatione Imperator et Principes cognoscere possent, et quae res veniant in controversiam, et qui sint fontes. Quomodo enim eligi verae sententiae a principibus possunt, nisi res hoc modo collatae et diserte explicatae eis proponantur? Sed hoc consilio repudiato, ostendit Imperator, se paucos quosdam delecturum esse, non ut sententiae inter se pugnantes defenderentur, sed ut quaereretur quae dogmata [2]) conciliari possint. Ac ne quid periculi esset ex hac deliberatione partibus, praefatus est,

---

*) Addidit tamen Peuc. quoque: *De conventu Ratisbonensi, Anno* 1541. *mense Martio.*

1) Codd. Goth. *institui*. Manl. et Peuc. *instituere.*

2) † *inter se* cod. Bav.

velle se, non teneri quenquam his deliberatis, nec ea vim praeiudicii habere, sed omnia rursus ad consilia[3]) Principum referenda esse. Postulavit item, ut sibi permitteretur, ut suo iudicio, quos vellet, deligeret. Nihil enim mirum est[4]), in re tanta dissimiles esse hominum voluntates, dissimilia studia et iudicia. Sed erant quidam, qui ab hoc toto consilio conciliationum abhorrebant, propter magnitudinem periculi. Multa enim sunt et vetera et recentia exempla, quae admonent, in talibus conciliationibus plerunque decurri ad ambiguos, flexiloquos, fucosos et fallaces articulos, quibus veritas obruitur, et non sanantur Ecclesiae, sed †magis" dissipantur. Alii contra disputabant, hanc viam etiam profuturam esse ad declarandas sententias, quas profitentur[5]) Ecclesiae, quae amplexae sunt Augustanam confessionem: praesertim si interfuturi essent boni viri, qui Imperatori recitarent, ut res posceret, disputationum summas. Et Imperator dixerat, velle se inquiri[6]) veritatem. Futurum autem animum Imperatoris mitiorem, si intelligeret non tam absurda esse dogmata nostrarum Ecclesiarum, ut a Pontificibus, monachis et aliis sycophantis traducuntur[7]). Addebant item, si colloquii huius deliberata referrentur ad Principes quosdam, dicturos esse[8]) liberas et honestas sententias.

Tandem igitur eo decurritur: assentimur Imperatori, ut hoc loco[9]) colloquium instituatur: sed ita, ut[10]) ne condantur flexiloqui articuli, sed ut simplex veritas patefiat. Et testatus est Imperator, velle se inquiri veritatem: ac in delectu usus est hac aequitate. Ex Pontificiis tres delegit, *Iulium*, *Eccium*, et *Gropperum*. His addidit ex altera parte †tres", *Philippum*, *Bucerum*, et *Nidanum pastorem*. Petitum est, ut addantur Principes ceu[11]) gubernatores colloquii, et aliqui auditores ceu[11]) testes, ut acta cum Imperatori, tum aliis principibus fidelius recitari possint. Delecti sunt gubernatores, Dux *Fridericus*, Palatinus, et *Granvellus*. Adiuncti auditores, *Comes de Manderscheit*, *Eberhardus Ruede*, consiliarius Moguntini: cancellarius *Palatini* Electoris, *Saxonicus* cancellarius, cancellarius *Hassicus*, *Iacobus Sturmius* Argentinensis[12]).

Initio congressus Dux *Fridericus* rursus adhortatur delectos, ut sedatos ac pios animos ad tantam deliberationem adferant, et dirimere controversias studeant. Narrat, ipsi Imperatori tot iam annos eam rem maxime curae fuisse, eoque multorum doctorum et bonorum explorasse sententias. Cum igitur quidam exhibuerint ipsi scriptum, quod propter aliorum moderationem[13]) consiliis[14]) durioribus antetulerint: velle Imperatorem, ut delectis liber ille proponatur, qui quasi viam monstret ad dirimendas controversias. Liber est exhibitus aequissima conditione, ut, quae non probarentur nobis, dicere liceret: et censuram adderemus. Etsi autem tutius videbatur nonnullis ex delectis, percurrere Augustanam confessionem: tamen cum alii librum anteferrent, et incivile videretur, nolle inspicere scriptum propositum ab Imperatore sine iniquis conditionibus: convenit, ut liber legeretur, et ordine dicerentur sententiae.

Initia non habebant controversias, de conditione hominis, de lapsu, de libero arbitrio, de caussa peccati, de vitio originis. De his locis tunc quidem rixae nullae fuerunt. Secutus est locus de reconciliatione hominis, seu †de" iustificatione, de quo farrago illa neutri parti satisfaciebat, et quia novas quasdam sententias continebat, et †quod" pleraque erant obscura, impropria et flexiloqua: ut alias videretur recte dicere, Fide propter Christum iusti sumus: alias contra, propter donatas virtutes sumus iusti: ut Thomas, seu ut Plato loquitur.

Seposito igitur libro, de summa rei libere disputatum est: et tandem ad formulam decursum[15]), in qua recepta et explicata sententia est, Fide propter Christum *gratis* iustificamur, non propter virtutes nostras. Cum de hoc loco convenisset, redire ad librum iussi sumus.

Lectus est locus sequens de *Ecclesia*. †Hic" ut facilius obtineri sequentia possent, insidiose addita est hypothesis, communem consensum †ec-

3) *concilium* cod. Bav.

4) Codd. omnes *est*. Libri editi: *esse*.

5) *profitentur* codd. pro *profiterentur*, quod habent Manl. et Peuc.

6) Manl. *inquirere*. 7) Cod. Bav. *praedicatur*.

8) Pro *esse* Peuc. mendose *eos*.

9) Pro *loco* cod. Bav. *angustius*.

10) *ut* om. Peuc., *ita ut* om. cod. Bav.

11) Manl. et Peuc. *seu* pro *ceu*.

12) Cod. Bav. addit: „*Inchoatus est congressus delectorum XXVIII. Aprilis*" et his verbis desinit.

13) Manl. pro *moderationem* habet signum *

14) Manl. mendose: *conciliis*.

15) Sic codd. pro *reversum*, quod Manl. et Peuc. exhibent.

clesiae" et synodos legitimas non errare. Hic magnum certamen ortum est. Cumque per aliquot dies de hoc loco diligenter disputassemus, † et pars delectorum scripsisset contrariam sententiam," iussi sumus, reiicere hanc partem in aliud tempus.

Lectus est locus de *Sacramentis*, in quo cum ventum esset ad Coenam Domini, ortae sunt rixae de conversione substantiae panis. Reiecta est et haec disputatio in aliud tempus.

Postea acerrima contentio de re non magna secuta est: An in *confessione*, ut vocant, sit necessaria delictorum enumeratio. Defendebatur regnum confessionis a nonnullis, vel propter autoritatem ordinis sacerdotum, vel propter culinas monachorum. Sed ab aliis exhibita est contraria sententia, explicata copiose. Agitata est et quaestio de *Satisfactionibus*, de quibus formula proposita est a Pontificiis brevis: et ut moderata videretur, ambigua. Sed concessum est, ut et altera pars suam exhiberet sententiam.

Ventum est ad locum de gradibus et potestate *Episcoporum*, ubi aliquid de potestate[16]) Romani pontificis significatum fuit. Adiecta erant et alia quae vocabantur in quaestionem. Tribuebat enim scriptum autoritatem Episcopis, caeremonias divinitus constitutas*) mutandi. Id quidam**) interpretabantur de parte Coenae Domini, adempta populo.

Secuta sunt certamina de *invocatione Divorum* qui ex hac[17]) vita discesserunt; de applicatione *Missae*, de privata Missa, de usu integrae coenae Domini. In his materiis cum ii, qui Augustanam confessionem amplectuntur, dissiderent a libro illo, et a Pontificiis: concessum est ut contrariae sententiae exhiberentur.

Reliqua erat in libro longa recitatio veterum Canonum, de coniugio sacerdotum. Etsi autem liber eam causam reiiciebat ad deliberationem summorum gubernatorum: tamen significabat, coniugium sacerdotibus concedendum esse iuxta normam veterum Canonum. Hic adiecta est liberior sententia a nobis.

Tandem igitur percurso libro, iussi sumus acta referre Imperatori: ac reddito libro ostendere, de quibus locis convenerit, et quae controversiae non sint diremptae. Etsi fuimus delecti, ut, inquisita veritate, dissidia tolleremus: tamen ut studium concordiae ostenderent hi, qui Augustanam confessionem amplectuntur, de libro non acerbam censuram egerunt, multa improprie dicta dissimularunt: quaedam donarunt adversariis, quae tamen digna erant reprehensione. Sed semper ita sensimus, non propter leves causas alenda esse dissidia: tantum de magnis et necessariis rebus pugnandum esse duximus[18]).

Postquam Imperatori liber redditus est, tentatae sunt per *Marchionem Ioachimum* et compositiones reliquarum controversiarum, de quibus articuli a nobis exhibiti erant. Cumque caetera communia de utilitate concordiae et pacis, de ingentibus malis, quae civile bellum comitarentur, longa oratione commemorata essent: illud tandem adiectum est, moliri Imperatorem novam Ecclesiae reformationem, et doctrinam de iustitia fidei propagaturum etiam esse in caeteras regiones. Haec tanta bona impediri, si caeteros articulos mordicus retineremus, nec regrederemur aliquantulum, cessuri non hostium improbitati, sed piorum in aliis regionibus utilitati.

Multi hac[19]) ratione movebantur: bellum civile, quo nihil iniustius in hac vita cogitari potest, non stulte formidantes: nonnulli et[20]) altera parte orationis moveri se significabant, et censebant nostra moderatione invitandam et confirmandam esse voluntatem Imperatoris, universo orbi consulere cupientis, et quasi quoddam aureum seculum promittentis. Ac disputabant, cum singuli quaedam dissimulemus amicorum vitia, una[21]) cum celebr.tiss. autoribus Augustino et aliis, aliorum[22]) errores quosdam[23]) condonemus: posse etiam hoc tempore aliqua seu remitti, seu involvi ac tegi, cum propter nostras civitates et Ecclesias, in quibus vastitas futura esset: tum propter gentium, quae tanquam infirmae invitandae essent, utilitatem. Nec leve fuit, cum de re tanta sententiae dicerentur[24]). Nam alii contra: Etsi pu-

16) Cod. 401. *principatu.*
*) Manl. et Peuc. in Select. epp. ed. pr. *institutas.*
**) Manl. *quidem.*
17) *has* om. Manl.

18) Desinit hic cod. 401.
19) Peuc. *priore* pro *hac.*
20) Manl. *ex* pro *et.*
21) *una* om. Peuc.
22) *aliorum* om. Peuc.
23) Manl. *quos.*
24) Sic Peuc. pro *decernerentur*, quod Manl. edidit.

blica[25]) Ecclesiarum et scholarum excidia metuerent, ipsi tamen doctrinae corruptelas fugiendas esse sentiebant. Nec hi tantum eo movebantur, quod omnibus periculis anteferenda sit veritas: sed etiam hoc considerabant. Primum moderatores pacem, quam ostendebant, non impetraturos esse, nisi totum purae doctrinae genus abiiceremus. Deinde domesticum consensum tuendum esse, cum constet plerosque domi pacificationem hanc vel cum paucorum articulorum corruptelis coniunctam asperrime reprehensuros et improbaturos esse. Postremo, secuturas esse magnas in nostris Ecclesiis discordias. Illa vero promissa de aureo seculo, et de reformatione, non magni faciebant: quod viderentur esse, ut inquit Thucydides, σχῆμα πολιτικὸν λόγου.

Tandem igitur *Marchioni* respondetur verecunde, has de reliquis controversiis deliberationes differendas esse, donec a Principibus in utraque parte sententiae de prioribus articulis dictae essent, de quibus fortassis collocutorum iudicium neutri satisfaciat[26]).

Etsi autem tot controversiae reliquae non[27]) erant diremptae, tamen *Caesar* iubet in senatu Principum sententias dici de libro. Hic dux *Bavariae Guilelmus* recitat de scripto longam criminationem eorum, qui amplexi sunt Augustanam confessionem. Deinde et hunc librum a Caesare oblatum prorsus reiicit. Censet nullam ullius opinionis correctionem aut moderationem, nullam legum pontificiarum mitigationem admittendam esse: nihil concedendum adversariis, quod discrepet ab usitatis opinionibus, aut caeremoniis caeterarum nationum. Haec summa fuit orationis domini *Guilelmi*[28]), cui assentiebantur plerique Episcoporum. Hos ut confirmaret *Eccius*, misit ad senatum Principum brevem epistolam, in qua improbat librum: ac testatur[29]), nunquam sibi placuisse, propterea quod errores non ferendos contineret: nec in loquendo sequeretur Theologorum phrasin et consuetudinem. Dicuntur sententiae moderatiores a legatis *Coloniensis* episcopi, a legatis *Palatini*, et a *Marchione* Brandenburg. Electore: ut conciliati articuli comprobentur, caeteri reiiciantur ad synodum aut alium conventum. Hi enim disputabant, paulatim coituras in concordiam Ecclesias, si aequitas adhiberetur: et conscientiis piorum, quae desiderent quorundam rituum vitiosorum emendationem, consulendum esse. Tertia fuit sententia nostrorum, Non reprehendi articulos conciliatos, si tamen in his quaedam ambigua diserte explicarentur. Addebant et de controversiis non diremptis: se iudicare articulos a nostris in colloquio exhibitos, veros: et ita moderate scriptos esse, ut sperent sanis iudiciis satisfacturos esse. Et quia iusserat Imperator exhiberi deliberationem de reformatione Ecclesiae, adiecti sunt libelli de gubernatione Ecclesiarum.

Cum vero Principum sententiae inter se non congruerent, Imperator, ne de summa rei ipse statuere videretur, cardinalem *Contarenum* ipse[30]) adhibet. Hic ut honesto praetextu certamina finirentur, proponit scriptam sententiam, in qua iubet totam vel integram caussam servari Romano pontifici, ac vetat in conventu de his rebus iterum disputari. Et quia fuerat contentio de conciliatis articulis recipiendis, quos visus est antea *Contarenus* non improbare: adductus est importunitate *Eccii*, ut alterum scriptum proponeret, in quo diserte inquit, se de conciliatione non pronunciare, nec probare eos, sed relinquere iudicium Romano pontifici. Mirabantur multi *Contarenum*, cum et doctrinae Christianae peritissimus esse diceretur, et singulari gravitate et virtute praeditus non libere profiteri quod sentiret. Nam cum omnes Christiani et intelligere communem Evangelii doctrinam debent: tum vero maxime illis, qui primas in Ecclesia tenent et gubernatores doctrinae esse volunt, convenit, aperte suam sententiam ostendere. Nec continent articuli conciliati inanes argutias, sed res magnas, et Ecclesiae necessarias: ut de morbo originis, de libertate voluntatis humanae, et fide iustificante propter Christum, de retinendis officiis Episcoporum et aliorum graduum Ecclesiasticorum.

Sed quo consilio suam sententiam *Contarenus* occultarit, nihil ad nos attinet: sed eventus

---

25) Manl. mendose *propria*.
26) Peuc. *neutris satisfaciet*.
27) Peuc. *Etsi autem multae controversiae nondum*.
28) Pro *dom. Guil.* Peucer: *Bavaricae*.
29) Manl. *testabatur*.
30) *ipse* non habet Peuc.

satis ostendit, eos, qui sperarunt initio adversarios nostros aliquam moderationem aut emendationem suarum opinionum admissuros, non satis prospexisse eorum voluntates: tentandos putarunt animos nostros, ut seu inclinatio quaedam, seu distractio fieret, posteaque suum odium declararent: alii meliores, qui serio moderationem aliquam expetunt, cum viderent nec animorum concordiam vere coituram esse, nec semina odiorum [31]) tolli, etsi [32]) receptae essent hae moderationes, minus succensebant nobis quod repugnaveramus. Audio et * [33]) cum videret frustra tentatas esse has conciliationes, dixisse, Deum fortassis hos conatus impedivisse, qui arcano et mirabili consilio regit Ecclesiam: quod, his moderationibus receptis, mala quaedam confirmata fuissent: et eorum stabilita potentia, qui errores praecipue defendunt. Deum vero orandum esse, ut ipse Ecclesiae opem ferat, et pios cultus ac veram doctrinam restituat.

No. 2334. (hoc fere temp.)

Ioanni Friderico Elect.

† Ex autographo Melanthonis in cod. Monac. II. p. 25 sqq. — Est prima delineatio, lituris plena, narrationis Duci Saxoniae, Electori, de Colloquio Ratisbonensi a Melanthone scriptae, quae an descripta et Electori missa sit, nescimus. Hoc vero quisque videt, Melanthonem haec scripsisse non ut ab aliis sed ut ab Electore solo legerentur; est enim narratio secretior, ab ea, quam Luthero et amicis misit, valde diversa. Apographon eius inveni etiam in cod. Galli I. p. 39. Commemorat Melanthon hanc peculiarem narratiunculam Duci Sax. Electori missam in ep. ad Myconium d. 22. Aug. h. a.

(*Ad Ioannem Fridericum, Ducem Sax. Princ. Electorem.*)

Bericht, wie die Handlung zu Regensburg vorgenommen.

Als wir zu Regensburg ankommen, sind die Reden bei den Unsern gewesen, des Kaisers Gemüth sey endlich, etwas fruchtbares und gutes auszurichten, nämlich einen Anfang der Reformation also zu machen, so etliche Artikel möchten verglichen werden, sollten dieselbigen ausgeschrieben und also zu lehren geboten werden; und obgleich etliche Artikel übrig blieben unverglichen, dieselbigen sollten suspendirt werden auf ein Concilium. Und sollt also ein beständiger Fried gemacht werden, welcher nicht zu Unterdrückung des Evangelii, sondern mehr zur Förderung dienet, und sollt durch solchen Anfang der Reformation des Papsts und der Bischöffe Macht etwas geschwächt werden, denn die Unsern würden zu den Gütern mehr Zutritt haben.

Dabei ward auch gemeldt, daß solche Reformation zu begehren seyn sollt nicht allein von wegen der gutherzigen unter den Verfolgern, sondern auch um der Unsern willen, dieweil viel Unordnung bei uns ist, und könnten unsre Kirchen die Länge also nit stehen ohne Aufseher; denn unsre Priester und Volk bedürften besser Zucht und Ordnung.

Auch würde diesen Ständen schwer ohne Hülfe der Kirchengüter ihre Pfarren und Schulen zu erhalten. Dazu könnt man durch eine Concordia kommen. Item, Fürsten und Städte, so in der Bündniß sind, vermöchten die Läng den Kosten nit zu tragen.

Aus diesen Ursachen wäre gut, eine leidliche Concordia zu gedenken. Und, damit solches scheinbarlicher geredt würde, hat man viel vom Anfang der Reformation gesagt, und sind diese Wort von vielen gebraucht worden: wir sollten dem Kaiser die Hand bieten, solch christlich Werk anzufahen etc., wie solches Marggrave Joachim, der Landgrave, etliche bei Granvelo, Item Eustachius, der Hessische Canzler, Gropperus, Straßburg und Augsburg vorgaben.

Nu hab ich mich nit wenig entsetzt vor solchen Reden, hab aber den Grund, wie der Anschlag practiciret gewesen, noch nit eigentlich gewißt, habe also erwarten wollen, wie sichs anlassen wollt. Es hat sich aber im Grund also zugetragen.

Dieweil sich Granvel eingelassen, hat er gedacht auf eine subtile Form uns in das alte Wesen zu bringen, wie er selb diese seine Handlung allezeit eine Reduction genannt, wie auch die Italianer diese des Kaisers Handlung nit anders nennen. Damit aber ein Zutritt wäre zu einer solchen Subtilität, hat er ein Buch stellen lassen, das einen Schein hätt einer Moderation und Zulassung etlicher unser Artikel, und einer Reformation, und doch also verhaakt gewesen, daß es im Grund die Irrthum, so wir anfechten, bestätiget.

Dieses Buch ist gestellt durch Groperum von Collen, und einen jungen kühnen Gesellen, Gerardum*), bei Granvel. Es mag auch Bucerus ge-

---

31) Manl. eorum pro *odiorum*.

32) Peuc. in Select. epp. ed. alt. Erratis emendavit *etiamsi*, nec tamen in lib. I. servavit.

33) pro nomine Manlius et Peucerus posuerunt signum *.

*) Dinium Gerardum *Volcruck*, Caesar. Consiliarium, qui cum Granvela advenerat.

holfen haben, wiewohl er solchs nit will gethan haben, bekennt aber, daß er um den Rath gewißt, und viel mit Gropero davon geredt; sagt, es sey von ihm und Gropero wohl gemeint*).

Nun ist wohl zu achten, daß dieser Rath nit ernstlich von Granvel herkomme, denn er diesen Sachen so fern nit nachdenkt; wer aber den Rath geben, ein solch verwickelt Buch zu machen, das laß ich bleiben. Gerardus rühmet sich, er hab diesen Rath geben; besorg aber sehr, es komme vom Hessischen Canzler. Hab Ursach etlich seine Rede, die ich zu Worms gehört. Doch ist dieses wahr, daß der Landgrave nit Gefallen gehabt am Buch, und als ichs mit ihm überloffen, habe ich gesehen, daß er sehr, durchaus mit seiner Hand, Noten gemacht hat eben an denselbigen Orten, die vornämlich anzufechten gewesen.

Als aber das Buch gestellt, ist es *Bucero* und *Capitoni*, vielleicht noch Jacob Sturmen gezeigt, und als Bucerus das Buch nit angefochten, hat Granvel befohlen, das Buch dem Landgraven und Marggraven zuzuschicken**). Dieses hat Bucerus ausgericht, und soll dem Landgraven geschrieben haben, daß er und *Capito* dieses Buch uns für leidlich achten, mag vielleicht in einen oder zween Punkten Zweifel haben. Dabei hat Granvel vertröstet, auf diese Weg eine Concordia und Frieden zu erheben, und hat befohlen, daß der Marggrave das Buch dem Kaiser zuschicken sollt, als für einen erheblichen Rathschlag. Mir hat auch letztlich Groperus gesagt, daß geredt gewesen, daß diese Sach mit Vorwissen und Rath Ew. Churf. Gn. und Doctoris Martini sollt vorgenommen werden, darum der Marggrave dem Herrn Doctori *Martino* das Buch zugeschickt, der aber von diesen Anschlägen nichts gewißt. Dazu war das Buch die Zeit wohl noch ungereimter.

Als aber Marggrave Joachim das Buch empfangen, hat er's dem Kaiser zugeschickt, und um Handlung angesucht, mit Vertröstung, dieses Buch würde ein erheblich Mittel seyn bei beiden Parten; denn er vielleicht vom Landgraven Hoffnung gehabt, wie ich weiß, daß zu Frankfordt von ihnen beiden viel von einer solchen Concordia disputirt worden.

So ist erstlich zu Regensburg dem Landgraven die Sach sehr angelegen gewesen, eine Concordia zu machen, wiewohl er sagt, er hielt es für unmöglich, hätte solchs dem Marggraven und Bucero mehrmals gesagt. Gleichwohl ist er darauf geführet oder sonst gerathen, wie daraus abzunehmen, denn der Kaiser hat diese zween Punkten bei ihm gesucht, die er gewilligt, sich nit wider den Kaiser mit jemand einzulassen, item, diese Concordia zu fördern, welches er doch mit dieser Maßen gewilligt, so viel er mit gutem Gewissen thun könne.

Auch ist der erste und vornehmste Anfang aus diesen seinen Worten zu spüren, da sich die Handlung erstlich stieß von der Kirchen Autorität oder Concilien, und er nun wohl besorget, es würde nit gehen, da ich ihm Bericht gethan: sagt er mit sehr bewegten Gemüth: ach, ich wollt, es wäre nie angefangen. Darauf ich geantwort: er wisse, daß wir's alle Zeit widerrathen; denn so wir bei rechter Lehr zu bleiben gedächten, sollten wir solch Flickwerk meiden. Da sagt er wiederum mit heftigen Geberden: ihr wißt nicht, wie es angefangen; ich weiß mehr darum denn mir lieb ist. Der Marggrave hat gemeint, er wolle viel bei dem Gegentheil erlangen; so hab ich gemeint, ich wolle viel bei den Unsern erheben, und fehlet beiden. Hat weiter gesagt: euer Herr hat weislich gethan, daß er nicht anher kommen. Er wollte auch, daß er daheim blieben wäre.

Diese Wort zeigen an, woher der Anfang kommen, und welche Hoffnung und Practiken gewesen.

Nun mag dieses Vornehmen von etlichen wohl gemeint seyn nach menschlicher Weise; aber Granvels Meinung ist nie anders gewesen, denn einen subtilen Abfall zu machen; denn er will ein beständiger, heftiger Papist gehalten seyn, wie aus vielen seinen Reden abzunehmen. Auch seyn sonst allerlei Reden von ihm, die ich von den Burgunden und Pfaltzischen gehört, die mich auch gewarnet, mich vor ihm zu hüten. Es sagt auch Gropperus zu mir, ihm sey leid, daß er sich in dieses Thun hätte führen lassen; denn er die Zeit ge-

---

*) Hic Mel. scripserat haec, quae vero litura delevit: „Es sagt mir aber *Musculus*, er habe etliche Charten gesehen geschrieben, die wir hernach in diesem Buch gefunden haben und verworfen, die ihm Bucerus abzuschreiben geben. Auch hab ich zu Worms selb etliche Charten bei Bucero gesehen, die hernach in dieses Buch verzeichnet."

**) Primum scripserat Mel.: „Als aber das Buch gestellt, ist es Bucero und Capitoni zugestellt, und hat Bucerus das Buch dem Landgrafen zugeschickt." — Bucerum in ea re partes aliquas egisse, testatur etiam Rommelius in libro: Philipp der Großmüthige, Landgraf von Hessen 1. B. (1830. 8.) p. 449, ubi dicit: „daher wagte es Philipp gegen Ende des (Wormser) Gesprächs auf eigene Gefahr, den vermittelnden Bucer mit Gropper und andern gemäßigten Katholiken zusammen zu schicken. Diese geistliche Conferenz unterhielt die Hoffnungen des Kaisers und bereitete das Regensburger Interim vor."

hofft, man würde traulicher handeln. Hat auch bei Granvel nit viel mehr Dank verdient denn ich.

Aus dieser Erzählung ist zu verstehen, woher der Anfang kommen, was vornehmlich gemeint gewesen, und welche Strick uns gelegt sind. Davon ich doch erstlich nichts gewißt. Bin also nach langem Gezänk in das Colloquium kommen, und hab nit kleine Verhinderung gehabt von meinem Gesellen, der zuvor alle Practiken gewißt, und mehr dem Gropero denn mir geholfen.

Denn des Marggraven, Hessischen Canzlers und Buceri Meinung ist erstlich gewesen, daß dieses Buch sollt von uns durchaus gewilligt werden, oder doch wenig angefochten, das ich die Zeit nit gewißt von Bucero. Als aber das Colloquium angefangen, und uns das Buch im Namen Kais. Maj. vorgelegt, wäre wohl zu streiten gewesen, daß man bei der Confessio bliebe. Ich bedacht aber, daß sie sich mit dieser Klugheit selb fahen würden; denn ich wißt wohl, daß Ecken das Buch, als wenig als mir, gefallen würde, wie er hernach etliche Mal zu mir gesagt.

Und da wir in den Artikel von der Justification kommen, fochten wir beide, Eck und ich, das Buch zugleich an, wie es auch sehr ungereimt Ding zusammen gerafft hat, daß der Marggrave selb sagt, ihm hätte derselbige Theil nit gefallen.

Also wurden wir auf dieß Mal des Buchs lose, und disputirten etliche Tag heftig, bis wir zuletzt die Form begriffen, die nun in das Buch gesetzt.

Nun wollte ich wohl die ganze Handlung bald umgestoßen haben da wir diesen Artikel disputirten; sagt' es auch unsern Beisitzern und meinen Gesellen mit dieser Anzeige, daß ich nit Zweifel hätt, es worde [würde] hernach mit größerm Undank geschehen; denn Eck würde an uns setzen von der Transsubstantiatio, Sacrament-umtragen etc. Aber Bucerus und Jacob Sturm sagten: es wäre dennoch ein Vortheil, so dieser Artikel de iustificatione bei ihnen auch bekannt und angenommen würde. Denn Gropperus und Herr Julius waren wider den Ecken. Dieweil denn unser Leut noch so heftig auf das concordiren waren, und gesagt hatten, ich hätte es ohne Noth umgestoßen, wäre dazu vom Churfürsten zu Sachsen angericht, wie ich denn solche Wort wohl gehört: hab ich gemach gethan, und wollen Artikel erwarten, die den andern auch angelegen.

Auch hab ich Wunder gesehen, wie man erstlich heftig ist, und so es nicht bald gehet, wird man kalt und läßt nach. Doch hätte ich die Practika gründlich gewißt, so wollt ichs öffentlich gemeldt, und ohne Scheue alle Handlung umgestoßen haben.

Ich muß auch noch eines melden. Da wir disputirten, daß unrecht ist, zweifeln ob wir in Gottes Gnaden sind etc., sendet uns der Päpstliche Legat ein Form, die war ihr selb widerwärtig, daß ich lachet, so bald ich sie ansahe. Ward also diese Form von allen verworfen, und sahe man wohl, daß sie sich von wegen des Legaten schämten, und nahm sich Granvel des Handels so ernstlich an, daß er selb den ganzen Artikel de iustificatione schriebe.

Da wir von diesem Artikel kommen meineten Eck und ich, wir sollten nun des Buchs lose seyn, und nach Ordnung der Confessio fortschreiten. Aber Granvel wollt haben, daß wir das Buch wiederum vor die Hand nehmen sollten. Dazu trieben auch Gropperus und Bucerus, sagten, dieses wäre der bequemste Weg zu handeln und zur Concordia; denn sie wißten den Anschlag, daß man darauf arbeiten sollt, dieses Buch zu willigen, und dadurch eine Concordia zu machen. Also kamen wir wiederum in das Buch, und nahmen vor den Artikel von der Kirchen, der seltsam zerhackt ist. Und wiewohl ich Mißfallen hatt an viel Puncten, nahm ich doch vornämlich den letzten vor, darin das Buch ihm eine Kirch, wie ein weltlich Regiment, nach menschlicher Weisheit dichtet, darin der Herr oder der Praetor Gewalt hat, die Gesetz zu deuten, und gilt die Deutung von wegen des Gewalts und Oberkeit, etc. Item, in weltlichen Gerichten gilt das mehrer etc. Dieser weltlichen Weise nach dichtet das Buch: es müß eine Gewalt in der Kirchen seyn, die Schrift zu deuten, und diese Gewalt stehe nit bei Privatpersonen; item, eine Privatperson soll sich nit wider den größern Theil oder die Mehrern setzen.

Von diesen Puncten hatten wir gute disputationes, und da begunnt der Landgrave über das concordiren unwillig zu werden. Wiewohl nun mein Gesell mir den Artikel viel glossiren wollt, und mich Granvel anredet, ich sollt ihn doch fleißiger lesen, sagte ich: ich hätte ihn nun oft gelesen, hätte ihn auch zu Witeberg gelesen; ich könnte ihn nicht billigen, wollte es auch nicht thun; das sollten sie endlich von mir wissen. Denn so man den Concilien diese Gewalt geben sollt, wie sie sagten, würden wir viel Irrthum der vorigen Concilien bestätigen, und zu künftig alle Nachkommen mit diesem praeiudicio schrecklich beschweren.

Da hat Pfalzgrave Friedrich eine Weise vorgeschlagen, daß die Colloquenten unsers Theils einen

eigenen Artikel stelleten; doch nit zänkisch. Also ist ein Gegenartikel übergeben, und dieweil wir unverglichen blieben, und Granvel sahe, daß sie wenig Glimpfs haben würden, so man sagt [sagen würde], daß sich die Handlung in diesem Streit von den Concilien gestoßen: haben sie eine Höflikeit geübet, gesagt, man soll diese materia suspendiren, und fort schreiten.

Nun folget im Buch die Lehre von Sacramenten. Von der Confirmation habe ich gesagt, ich wolle von dieser Ceremonien nit streiten, so die Mißbräuch darin abgethan, und der Katechismus angerichtet würde, und ein recht ernstlich Gebet dabei geschähe. Ich sagt auch, es folgen bald hernach andre wichtiger Sachen.

Bald ist gefolget der Streit von der *Transsubstantiatio.* Da wißt Eck wohl, daß er die Unsern mit einem großen Unglimpf beladen könnt von Umtragung des Sacraments ꝛc., und warde ein hart Gezänk fast acht Tag. Da sahen nun der Landgrave und Jacob Sturm, daß aus dieser Handlung mehr Verbitterung zu besorgen denn Einikeit zu hoffen, und sagt der Landgrave, wie droben gemeldt, er wollte, es wäre nie angefangen.

Und sind von uns etliche Declaration nach der Läng übergeben, die bei Handen sind. Ich sagte auch der Präsidenz, sie sollten den Ecken nit gestatten, mit seinem Pochen und Lästern diese Sach weitläuftiger zu machen, denn er möcht damit ein Feuer anzünden, das er nit löschen könnt. Ihre Fantasey von der Transsubstantiatio hat Ursach geben zu vielen großen Mißbräuchen im Umtragen und falschen Anbeten. Item, man hat disputirt, so ein Maus das consecrirte Brod naget, was sie esse. Solch Gaukelwerk ist durch unsern Bericht aufgehoben, der den rechten Verstand der Sacrament erhält, und stimmet mit der alten Kirchen, nämlich, daß Sacrament in ihrem Brauch Sacrament sind, und nicht außer ihrem Brauch oder Werk; wie das Wasser nit die Tauf ist, sondern das ganze Werk.

In diesem Gezänk ward Eck krank, mocht sich vielleicht zu hart bewegt haben, und darnach sehr getrunken, daß ein febris folget. Da ists endlich also blieben, daß wir ein Gegenartikel übergeben haben.

Hernach folget der Zank von der Beicht und Satisfactio. Da stritt Groperus, die Erzählung der Sünden wäre nöthig und aus dem Evangelio in nöthiger Folge genommen. Denn dieweil die Kirche bindet und auflöset, wäre solches ein Gericht, und müßte der Richter die Sach zuvor hören. Item, dieweil in der Beicht müßten Genugthuung zu Heilung der Wunden aufgelegt werden, so müßte der Priester zuvor wissen, ob der Schad groß oder klein sey. Dieses ist verlegt; und wiewohl wir einen gelinden Artikel gestellt, samt einer längern Bestätigung, so war dennoch Granvel nicht zufrieden, gabe mir viel böser Wort, deß ich mich des andern Tags im Anfang der Reden beklagt, und sagt, so es die Meinung haben sollt, daß mir nicht zugelassen meine Meinung zu sagen, wollt ich fürohin daraus bleiben. Darauf er sich entschuldiget, und sind also fort geschritten an den dritten Theil des Buchs, darin erst die rechten Griff und Subtilitäten gefasset.

Im Artikel von Ordnung des Kirchenregiments und Gewalt der Bischöff sind fünf Artikel beisammen: der erst, daß ein oberster Bischoff seyn müßt, nämlich der Bischoff zu Rom. 2) Daß die Bischöff anstatt der Aposteln sind, und daß zu Einikeit der Kirchen vonnöthen sey Erhaltung der bischöfflichen Stühl, oder, wie sie es nennen, ordinaria successio, das ist, daß keine Kirche, kein Sacrament sey, wo nit eitel Bischöff sind, aus Rom bestätigt. 3) Daß solche Bischöff Macht haben, Ceremonien als Gottesdienst zu ordnen. 4) Daß sie Macht haben, göttliche Ceremonias nach Gelegenheit zu mäßigen, damit sie die eine Gestalt heimlich entschuldigen wollten. 5) Daß man schuldig wäre, in solchem allem gehorsam zu seyn.

Da ich so viel Stück in einem Artikel merket, die alle listiglich gesetzt, ward ich sehr ungedultig, und focht den ganzen Artikel an. Da hatt ich mit Bucero und dem Hessischen Canzler nit weniger zu streiten denn mit Gropero und Granvel, und hätt man mir diesen Artikel gern an Hals gehängt. Granvel sagt, wo ich diesen Artikel nicht annähme, verhinderte ich die ganze Reformatio und so großen merklichen Nutze der ganzen Christenheit. Auch schickte Marggrav Joachim nach mir, mich zu bereden. Dem ich kurz antwort, also, daß er hernach nichts mehr bei mir sollicitirt. Endlich hab ich einen Gegenartikel übergeben, der als in der Eil kurz gestellt, ist aber den Papisten unleidlich.

Hernach folget der Heiligen Anrufung, Meß, eine Gestalt, Verbot der Ehe und Möchleben. Von diesen Stücken allen haben wir Gegenartikel übergeben, wiewohl viel Gezänks davon gewesen.

Da wir nun aus dem Buch kommen, und dem Kaiser das Buch und Gegenartikel überantwortet, ließen Marggrave Joachim und Lunden ansuchen bei dem Landgraven um Handlung in den übrigen streitigen

Artikeln. Da zoge der Landgrave etliche andre von Ständen zu sich, und that Eustachius eine lange Rede vom Frieden, vom Türken, von der Reformatio, daß man dem Kaiser die Hand bieten müsse etc.; aber es warde beschlossen, daß man den Ständen sämptlich diese Suchung anzeigen sollt. Da warde die Handlung ganz abgeschlagen.

Gleichwohl hielt der Marggrave an, und schickte dem Landgraven etlich gefärbte Artikel, darauf der Landgrave abermal etliche von Ständen und die Theologen erfordern ließ, ward abermal geredt, wie Krieg zu fliehen, und man sollt sehen, daß man nit jetzund ausschlüge, das man über zwei Jahr gern wollt, daß es angenommen worden; item, wir wären schuldig, andern Kirchen auch zu helfen. Dagegen mancherlei geredt worden, daß aus dieser Handlung mehr Spaltungen zu besorgen denn Einikeit. Denn es würden doch nicht alle an [mit] dieser Concordien zufrieden seyn, und würden fürohin drei Part in teutscher Nation oder vielleicht mehr seyn. Und da wir gemeint, andern Kirchen zu helfen, da hätten wir die unsern zerrüttet, betrübt und unruhig gemacht. Darauf sagte der Landgrave, sein Gemüth wäre, sich von unsern Ständen nit zu trennen, und bedächt viel bei sich selb, wie sorglich diese Handlung wäre, und sagt, wir sollten wohl hie concordiren, daß wir darnach daheim uns selb bei den Unterthan Aufruhren erregten. Haben also die Theologen eine kurze Schrift an den Landgrafen gestellt, darin wir die Handlung mit glimpflichen Worten abgeschlagen. Denn wiewohl viel disputirt worden von etlichen, daß andern Kirchen zu helfen, so ist doch dagegen angezeigt, daß dieses größer zu achten, daß unsre Kirchen nicht zerrüttet werden. Item, es wäre nicht zu rathen, daß wir mit Zerrüttung unsrer Kirchen, und dazu Verdunkelung der Lehre, andern helfen wollten.

Damit man auch wisse, welche Artikel dem Landgraven zugeschickt, mußt ich einen erzählen, de votis: „Gelübd in vernünftigen Jahren geschehen ist tüchtig und sollt gehalten werden, aber Gelübd, so freventlich gethan, kann nit ohne Sünd gehalten oder gebrochen werden." Solche Thorheit war in etlichen mehr Artikeln, die aber der Landgraf alsbald durchstrich, daß nur 4 Artikel übrig blieben, die hätte der Marggrave noch gern erhebt [bewilligt gesehen], von Concilien, vom Einsperren des Sacraments, von der Beicht und Satisfactio, von Päpstlicher Hoheit; vertröstet, so wir diese Artikel annähmen, wollt er erhalten, daß der Gegentheil die Unsern von der Meß von Heiligen-anrufen, von der Priester Ehe, von Gelübden annehmen, welches ich ihm viel weniger möglich achtete denn bei uns etwas zu erhalten.

Ist also endlich alle Handlung abgeschlagen, und ist der Landgraf weggezogen.

Mir ist bald im Anfang gedräuet worden, man wisse, welche das Buch annehmen würden, und wo wir nicht auch wollten, würden sich viel von uns thun, und ist wohl gespüret, daß auf solche Trennung ist practiciret worden. Aber es ist endlich dem Kaiser von unsern Ständen eine einhellige Antwort geben, die bei den andern Acten zu finden. Als auch hernach unsre Leut der Pfaffen und Baiern Härtigkeit gesehen, haben sie selb wohl gemerkt, daß der Anschlag: *do ut des*, wie es etliche nennten: man sollt etwas nachgeben, damit wir dagegen etwas erlangten, ein vergeblicher Gedanke gewesen. Denn ich hab nit Zweifel, Mentz und Baiern hätten sich endlich eben also erzeiget, wenn wir gleich des Kaisers Buch ganz ohne alle Einrede angenommen hätten. Und ist gut, daß unsre Weisen und Concordatores innen werden, daß solch Gaukelwerk vergeblich ist, welches sie doch nicht geglaubt hätten, so die Handlung am ersten alsbald umgestoßen wäre. Auch mögen wir bedenken, wie unsre Leut ein Theil gesinnt seyn. Ich habe eine Rede gehört, daß der Kaiser sollt gesagt haben, er hab bis anher in dieser Sach zwei Mal anderer Rath gefolget; das dritte Mal wolle er seinem eigenen Rath folgen. Ob aber dieses also sey, und wie es gemeint, weiß ich nit. Es sind aber dennoch Worte, die nit zu verachten.

Der Herr von *Prato* soll gesagt haben, er sehe, daß Gott seine Kirche selber wolle regieren, und habe vielleicht darum diese ihre Moderationes, also hat er's genennt, verhindert, denn dadurch wären doch große Mißbräuche bestätiget, die Gott ändern wolle.

(Diese Verzeichniß habe ich zu einem kurzen Bericht von der Handlung zusammen gezogen, und so mein gnäd. Herr etwa von einem Punkt weiter Bericht haben will.) *)

No. 2335. **28. Iul.**

Imperator ad Ordines Imp.

Editum in Buceri actis colloquii germanicis p. 218b. repetitum ab Hortledero in libro de bello germ. p. 439. et a

*) Haec uncis inclusa delevit litura Melanthon, neque habentur in apographo Galli.

Walchio in opp. Lutheri T. XVII. p. 938. ubi inscribitur: „Der Römisch Kaiserl. Majestät ander abschiedlich Bedenken." — Hic editum ex apographo (Principi Electori misso) in Tabular. Vinar. Registr. E. fol. 48. Vol. III. p. 146., ubi accuratius ita inscriptum est:

„Notel des Abschieds, den Kais. Maj. den Ständen des Reichs haben thun lassen 1541., gelesen Sonnabend den 23. Julii zu Regensburg."

Die Römisch Kaiserliche Majestät, unser allergnädigster Herr, läßt Churfürsten, Fürsten und Ständen des Reichs und der Abwesenden Botschaften freundlicher und gnädiger Meinung anzeigen, wie sich dieselbigen aus ihrer Kais. M. Ausschreiben dieses Reichstags, auch ihrer Majestät erst beschehenen Proposition der Ursachen, darum ihre K. M. abermals in deutsche Nation kommen, und diesen Reichstag vorgenommen, genugsamlich zu erinnern haben. Gleicherweise trügen[1]) gemeine Reichsständ gut Wissen, welchergestalt ihre K. M. zu Hinlegung und Vergleichung der streitigen ReligionSachen bis anher viel Fleiß, Mühe und Arbeit fürgewendt, und nichts, das der Handlung etwan[2]) dienstlich und fürträglich seyn möchte, unterlassen hätte; wie denn ihre K. M. alsbald zu Eingang dieses Reichstags zu dieser Sache, als den höchsten Hauptpunct, gegriffen, und mit der Churfürsten, Fürsten und Stände Bewilligung über die streitigen Artikel der Religion etliche Theologen verordnet, dieselbigen Artikel zu erwägen, und was durch sie gehandelt dasselbige an gemeine Reichsstände zu bringen, als [i. e. was] dann beschehen, und förder mit ihrer, der Stände, Rath derselben verordneten Theologen Handlung Päpstlicher Heiligkeit Legaten vorbracht worden. Und hat sich also K. M. unzweifentlich versehen, wo solcher Streit und Irrthum zu gütlicher Einigkeit oder Vergleichung kommen, daß folgends in allen andern des heiligen Reichs Ob- und Anliegen desto stattlicher fortgeschritten, und zuversichtlich in denselbigen allen guter Beschluß und Erörterung gefunden werden möge.

Was lange Zeit aber ihre K. M. in der streitigen Religion auf diesem Reichstag bis anher mit großer ihrer Majestät Ungelegenheit und Beschwerung verzehret, das wäre offenbar, und deßhalben unnoth[3]) gemeinen Reichsständen davon längere Ausführung zu thun. Dieweil aber über allen ihrer Maj. vorgekehrten Fleiß die streitigen Artikel bemeldter Religion dahin nicht gebracht, daß dadurch auf dießmal in solcher Streitigkeit eine entliche Vergleichung oder Einigkeit gefunden werden möge, wie solches Churfürsten, Fürsten und Ständen wohl bewußt, und sich dann die Läufte gemeiner Christenheit Erbfeinds, des Türken, halben an mehr Orten so gefährlich und beschwerlich zutragen, darum in alle Weg die hohe und unvermeidliche Nothdurft erfordert, solcher Gefährlichkeit zeitlich zu begegnen, auf daß dann hierin keine Zeit verloren werde: so hat demnach ihre K. M. für gut angesehen und bedacht, der verordneten Theologen Handlung auf ein gemein Concilium zu remittiren, wie denn der Päpstlichen Heiligkeit Legat ihrer K. M., daß solch Concilium in kurzem durch die Päpstliche Heiligkeit ausgeschrieben werde, Vergewisserung gethan. Wo aber das nicht Fürgang haben solle, daß doch ein Nationalconcilium gehalten, und im Fall, wo deren keins füglich gehalten werden möchte, daß dann eine gemeine Reichsversammlung gehalten werden solle.

Und damit denn gemeine Reichsstände spüren und vernehmen mögen, daß ihre K. M. des heiligen Reichs Wohlfahrt und Aufnehmen gnädiglich zu fördern allweg geneigt, und sonderlich daß dieser Streit der Religion zu förderlicher Endschaft und Erörterung gebracht werde: so will ihre K. M. an derselbigen jetzigem Durchzug in Italiam bei Päpstlicher Heiligkeit mit allem emsigen Fleiß und Ernst handeln und fördern, daß solch Generalconcilium zum förderlichsten gehalten, und im Fall, so dasselbe nicht seinen Fortgang haben möchte, alsdann das Nationalconcilium zum förderlichsten ausgeschrieben und gehalten werde, immaßen solches von gemeinen Reichsständen gebeten und begehrt worden. Und wo deren keines füglich gehalten werden möchte, so will alsdann ihre K. M., zum förderlichsten so es möglich ist, einen gemeinen Reichstag ausschreiben, und denselben in eigner Person besuchen, der Hoffnung, berührte streitige ReligionSache zu entlicher christlicher Vergleichung und Einigkeit zu bringen, und alles andere zu handeln, das dem heiligen Reich und denselben Ständen zu Wohlfahrt, Nutz und Gutem gereichen mag.

Und wäre darauf ihrer K. M. gnädige Ermahnung und Erinnerung, daß bis zu obbestimmter entlicher Vergleichung durch die Protestirenden über und wider die Artikel, deren sich ihre verordnete Theologi vereinigt, nicht geschritten werde.

Daß auch dazwischen die geistlichen Prälaten samt und sonderlich bedacht seyn wollen, unter ihnen Ordnung und Reformation vorzunehmen, die zu guter, ge-

1) Libri editi: tragen.
2) etwan] Buc. jendert.
3) Buc. ohn noth; Walch. ohne Noth.

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 142 sq. — Contuli apographon manu antiquiss. scriptum in cod. Monac. I. p. 550 b.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Eccles. Norib.

S. D. Priores tuae literae de Scholastico munere in tantam spem erexerunt *Pomeranum*, ut vellet adolescentem quamprimum iter ingredi, qui dum se ad iter parat, ecce afferuntur alterae tuae literae, in quibus narras, Silesio adolescenti eam functionem traditam esse. Si scissem Silesium ad eam conditionem proficisci, retinuissem eum. Nunc D. *Pomerani* nepos, fretus tua humanitate, pergit quaesiturus conditionem apud vos, aut in Academia Tubingensi. Incumbe omnibus nervis, ut ei consulas. Scis me verecunde amicorum opera uti. Sed in hac causa velim mihi des veniam, quia satisfacere cupio amico D. *Pomerano*.

Scriberem prolixius, nisi mihi prudentia tua, et in omni officio diligentia nota esset. Tuas literas expecto max. *περὶ Τουρκικῆς ἱστορίας*. Incipio Ezechielis vaticinium metuere, quo significant *τὸν Μάγωγ* pervastaturum universam Ecclesiam. Sed Deum oremus, ut nos servet, et reprimat impietatem et barbariem Mahometicam, Turcicam, Papisticam et Sophisticam. Haec quotidie oro in precibus meis. Die XII. Septembris 1541.

†Philippus Melanthon."

No. 2377. (h. t.)

B. Mithobio.

Epist. lib. II. p. 337 sq. (edit. Lond. lib. II. ep. 341.)

D. Burcardo Mithobio.

S. D. Gratiam habeo et Illustriss. Dominae Principi et vobis, quod hunc hospitem adiuvistis, ac commendo eum vobis. Vides optime et doctiss. D. *Mithobi* oriri fatales tumultus imperiorum, quare maiore cura foveamus Ecclesias, ne funditus intereant summa bona, quae Deus conservari vult, et quorum caussa conditi sunt homines, doctrina scilicet coelestis, et aliarum utilium artium studia. Mihi ex Venetiis scribitur, Turcicum Tyrannum adducere tantum exercitum, quantum nemo ex eius maioribus duxit. Haec congruunt ad Ezechielis vaticinium de multitudine Gog et Magog. Sed Deum oremus, ut suas Ecclesias defendat, et servet, nec sinat deleri nomen filii sui. Mitto tibi duas conciunculas, quarum lectionem tibi non iniucundam fore arbitrabar. Bene vale.

No. 2378. 17. Sept.

Senatui Gorlicensi.

† Ex autographo Melanth. in codice Landshut. p. 188. descripta a S. V. *Schulzio*.

Den Erbaren, Fürnehmen, und Weisen Herrn Bürgermeistern und Rath zu Görlitz, meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch unsern Herrn Jesum Christum zuvor. Erbare, Fürnehme, Weise, günstige Herrn. Eure Weisheit als die Verständigen können wohl abnehmen, daß ich in diesem meinem Beruf den armen und fleißigen Schülern Zeugniß und Vorschriften*) nicht abschlagen kann. Bitt derwegen, Ew. Weisheit wollen an dieser meiner Schrift kein ungünstig Mißfallen haben, und fug Ew. W. zu wissen, daß ein armer Gesell, mit Namen Caspar Reynmann von Görlitz, deß Aeltern E. W. bekannt, und, wie ich vernommen, durch Brand zu Abnehmung ihrer Nahrung gekommen, eine Zeitlang sich allhie enthalten und fleißig studirt hat. Nu

*) Fürschriften i. e. Empfehlungen.

klagt er seine und seiner Aeltern Armuth, und weiß keine Zuflucht denn zu E. W. als seinen Herrn, bitt derwegen um Gottes willen um ein Hülf zum Studio, als dieses Jahr um zehen Floren, hoffe damit so viel auszurichten, daß er hernach zu Dienst zu Kirchen oder Schulen kommen mag.

Dieweil denn durch Gottes Gnad zu hoffen, daß solche Hülf wohl bewandt seyn werde, und dieses ein gottgefällige Elemosyna ist, bitt ich, E. W. wolle sich gutwillig erzeigen. Denn ohne Zweifel, so wir uns bessern und den Armen, besonder zu rechter christlicher Lahr Förderung thun, so wird der allmächtig Gott uns auch Gnad beweisen, und gnädigen Frieden geben, und uns vor des grausamen Türken Wüterei schützen, wie die Wort des Herrn Christi lauten: Wer dem Geringsten um der Lahr willen einen Trunk Wasser giebet, das soll belohnet werden. Es erbeut sich auch bemeldter Caspar, sein Leib und Leben, so er durch seine Oberkeit dazu erfordert, zu Rettung seines Vaterlands und der Christenheit zu wagen. Darum wolle E. W. ihr den ihren gunstiglich lassen befohlen seyn. Gott bewahr E. W. allezeit. Datum Witeberg, die 17. Septembris 1541.

E. W.

williger
Philippus Melanthon.

No. 2379. 27. Sept.

M. Collino.

† Ex apographo in cod. Paris. D. L. 54 a.

Egregia doctrina et virtute praedito, Magistro Mattheo Collino, in Academia Pragensi, amico cariss.

S. D. Delector amore et officio tuo, mi *Colline*, quod memoriam nostrae consuetudinis et benevolentiae retines. Colamus has nostras scholasticas amicitias, et demus operam, ut decet γνησίως φιλοσοφοῦντας, ut prosint reipublicae. Literatorum coniunctio certe utilis est ad tuendam Ecclesiarum consensionem et iuvanda studia. Nosti illud Homericum: συμφερτὴ ἀρετὴ χρείσσων *). Ratisbonae multi Bohemi me adierunt *). Ex his intellexi, istic de oeconomia vestra ortas esse discordias. Dolui a vobis avelli *Henricum*, quem profecto et amo et facio plurimi. Si sedatum est certamen gaudeo, teque rogo, ¦ea de re ut aliquid mihi significes. Legi carmen de crucigero Cyrenaeo. Probo inventionem et versus ipsos. Difficile est his materiis nitorem addere, quod cum conor facere, longiusculas descriptiones admisceo et intertexo locos, qui videntur iucundiores, etsi sum, ut video, non valde ἀνθηρολόγος. Turcicae victoriae piis magnam curam et moestitiam adferunt, sed nostros heroas nondum satis excitant. Utinam Deus doceat manus nostrorum ad proelium. Spero filium Dei propugnaturum et servaturum esse suas Ecclesias. Bene vale et rescribe. Die 27. Septb. Salutem opto *Wencislao*.

*) Verba Iliad. ν' vs. 237. sunt: συμφερτὴ δ' ἀρετὴ πέλει ἀνδρῶν καὶ μάλα λυγρῶν.

*) Apparet, epistolam mox post conventum Ratisbon. (1541.) scriptam esse.

No. 2380. (m. Sept.)

I. Rorscheit.

† Ex apogr. Dresd. in cod. Zeltneri p. 88 sq. et cod. Mehn. III. p. 102 b.

Honestis moribus et eruditione praedito Iohanni Rorscheit Noribergae.

S. D. Scio quosdam fastidire scholasticas operas, sed revera nullum est in terris sanctius munus, quam pia et utilia docere iuventutem, et ecclesiae seminaria provehere ac fovere. Ideo non asperneris tuam functionem, et des operam, ut Spartam tuam ornes **). Non exigua commoditas est, in ea urbe esse, ubi et civilis status et tranquillitas est grata moderato ingenio, et frequentia literatorum tanta, ut in Academia esse videaris. Habes omnium artium eximios artifices, quorum tibi consuetudo profutura est. Vicinum tuum senem *Sturmium* fetialem ***) meis verbis amanter salutabis. Salutem etiam dices D. *Michaeli* ac *Vito Theodoro*. Bene vale. Anno 1541.

Ph. Mel.

**) Venerat Norimbergam mense Martio, anni 1541. Vid. ep. d. d. 6. Mart. Videtur igitur scripta in autumno huius anni.

***) Manu antiqua hic margini adscripta leguntur in cod. Mehn. haec: „*Maximiliani et Caroli Ehrenholdt fuit.*" Idem in epistola d. 9. Febr. 1542. dicitur *Caduceator*.

No. 2381. 3. Oct.

Fr. Myconio.

Edita a Snegassio ep. 45. Contuli autographon, quod habetur in Biblioth. Guelpherb.

Viro optimo D. Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Gotthanae, amico suo cariss.

S. D. Ecclesiae nostrae rursus novi terrores incutiuntur. Hactenus cum *Romana* Tyrannide bellatum est; nunc accedit terror *Turcicus*. In *Hungaria* audio cives *Budenses* et *Pestienses* sua sede pulsos, et in *Bosnam* missos, retentis *Budae* et *Pestiae* mulieribus et puellis. Et urbes hae duae cum mulieribus et puellis ac facultatibus civium attributae sunt Turcicis militibus tanquam Colonis. O rem miseram! Tales coniugum divulsiones nullas fecerunt Monarchiae veteres. Ideo apparet, hoc Turcicum latrocinium esse postremum Diaboli furorem, precibus vincendum, quae a Deo defensionem Ecclesiis petant. Nostri Heroës sedent domi, deliberant fortassis, si quid rei seriae agant, certant inter se libellis [1]). Sed oremus Deum, mi *Friderice*, ut nos respiciat, et protegat Ecclesias suas, tuam coniugem, tuas filiolas et filios. Bene vale. Die 3. Octobris.

Philippus Melanthon.

No. 2382. 4. Oct.

Vito Theodoro.

Epist. lib. VI. p 468. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 551.

D. Vito Theodoro, Noribergae docenti Evangelium.

S. D. Venit huc πτωχὸς quispiam Anglicus cum D. *Osiandri* testimonio, et abiturus, clam, inscio *Luthero*, reliquit puerum in *Lutheri* aedibus. De eo scribit *Lutherus* ad Senatum vestrum, et orat puerum inde huc adductum in vestro παιδοτροφείῳ*) ali. Nam cum adhuc †paene" nutrice egeat, putavimus hoc consilium commodius etiam puero fore. Hanc causam tu quoque suscipies. Puerum adducit *Gregorius Burmanus*, qui iam a Marchione *Georgio* accersitur ad Ecclesiam quandam gubernandam.

His diebus convenient Duces Saxoniae, Marchio *Ioachimus*, Macedo, Neoburgi collocuturi de exercitibus contra Turcas mittendis. Deus excitet nostros et doceat manus eorum ad proelium.

Editionem *Bucerianam* de actis Ratisbonensibus vidisti. Leviter me movent, quae aspergit. Nam hoc tam funesto tempore sit iustitium harum futilium rixarum. Bene vale. Die 4. Octobris.*)

†Phil. Melanthon."

1) Sneg. *bellis*; mendose. Vid. eadem querela in epist. ad Vitum d. 9. Sept. h. a.

*) Lib. VI. παιδοτροφίῳ.

*) Alia manus adscripsit ann. 1541. (repetitum in lib. VI.).

No. 2383. 4. Oct.

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 105 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 79.

Clarissimo et optimo viro, D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg.

S. D. Remittit isthuc Anglicum infantem *Lutherus*, quem πτωχὸς Anglus clam in aedibus *Lutheri* reliquit. Quid petat *Lutherus*, ex ipsius literis intelligis. Rogo ut causam adiuves, ut puer in παιδοτροφείῳ alatur. Utinam tua et similium consilia valuissent de mittendis quam primum auxiliis in Pannonias; sed meministi illud vetus, οὐ νοῦς ἐνὶ κενταύροισι, imo vero, οὐδὲν δίκαιον, ἢ εὐσεβὲς παρὰ κενταύροισι. Etsi autem non mediocre periculum est Germaniae a Turcis, tamen non frangamur animis. Servabit et propugnabit Deus Ecclesias suas. Hac spe et sustentemus nos et arma capiamus. Non erit quieta μοναρχία, quam sibi Turci despondent**). Bene vale, carissime *Hieronyme*, et Vir optime. Die 4. Octob. 1541.

†Philippus Melanthon."

**) Lib. VI. *Monarchia*, et: *Turca despondet.*

No. 2384. 4. Oct.

S. Hellero.

Ex apographo in cod. D. L. 54 [a]. in Biblioth. Paris. St. Genovevae. — Eam iam olim edidit Schützius epp. Luth.

I, 168. ut Lutheri epistolam ex collectione Imhofiana, eamque Lutheri epistolis inseruit de Wettius, T. V. p. 403 sq. Non autem dubium est, Melanthonem eius esse auctorem.

Ad D. Sebastianum Hellerum I. U. D. et Cancellarium Principis Marchionis Georgii.

Utinam[1]) et illustrissimi Principis Marchionis et tuae sententiae de mittendis quam primum auxiliis in Pannoniam obtemperatum[2]) esset. Saepe caeterorum tergiversationes fremens[3]) reprehendi. Utinam enim nostri in vera religione firmi et in politicis officiis obsequentes essent. Haec essent heroica Davidica. Sed nos non audimur[4]). Etsi autem terribilis est expeditio Turcica, tamen non frangamur animis. Faciamus officium in armis et in publica gubernatione, quia Deus certo conservaturus est reliquias verae Ecclesiae. Sic inquit Propheta: Estote fortes et facite officium, et aderit Deus bonae causae. Deinde et illud[5]) cogito, non restare quintam Monarchiam. Ideo etsi carpit[6]) nos barbaries Turcica, tamen oppressurum sua dominatione has nationes non arbitror. Haec scripsi[7]) pro nostra familiaritate, quae ut boni consulas rogo. *Gregorium Burmannum*[8]) tibi commendo. Is narrabit, Dei beneficio socrum honestissimam matronam recte valere. Bene vale. 4. Oct. 1541.[9])

No. 2385. 5. Oct.

G. Normanno.

† Ex autographo in Tabul. Regni Suevici in Vol. I. Virorum Illustrium liter., nobis descripta a Sum. Vener. I. A. A. Lüdecke, Past. Stockholm.

Egregia virtute et doctrina praedito d. Georgio Normano in aula Inclyti Regis Sueciae, amico suo.

S. D. Hic tabellarius rediturus in Patriam a me petivit, ut literas sibi darem. Est honestus vir, et diligenter versatus in studiis: quare eum Inclyto Regi commendabis. In Germania dum nostri Heroes litigant de ceremoniis tuendis, interea *Turci* exercitum Regis *Ferdinandi* in Hungaria trucidarunt, caesis octo millibus fortium virorum. Nunc tyrannus *Turcicus* ipse, cum ingenti exercitu, adest in Hungaria, et hanc occupat totam, imponit praefectos, et redigit in formam provinciae. *Budae* et *Pestiae*, quae duo sunt oppida praecipua, cives mares omnes iussit abduci in Bosnam, et retentis mulieribus et puellis tradidit oppida, civium coniuges et filias cum facultatibus suis militibus, quos tamquam colonos ibi collocat. Nostri Germani tantum de suis finibus tuendis deliberant, adeo virtus antiqua extincta est. Oremus deum, ut liberet orbem terrarum tyrannide Turcica. Quae enim unquam Monarchia sic distraxit coniuges? Turcica barbaries haud dubie postremus diaboli furor est grassantis contra Ecclesiam. Ideo armis eorum, qui vere deum invocant, vincenda erit illa barbaries. Has historias commemorabis istic bonis, ut deum pro communi salute orent. Bene vale, et hunc tabellarium complectere. Die 5. Octobris.

Philippus Melanthon.

1) de Wette: *G. et P. Utinam.*

2) de Wette: *obtemperandum*; ex mendo. Loquitur enim Melanthon de consiliis in conventu Ratisbon. prolatis.

3) *fremens*] de Wette: *vehemens.*

4) de Wette: *audimus.*

5) *illud*] de Wette: *aliud.*

6) de Wette: *sarpet.*

7) *scripsi* de Wette non habet.

8) Cod. Par. *Georgium Bermannum*, mendose, vid. ep. ad Hellerum supra d. 9. Iul. 1539.

9) Schütz, addidit subscriptionem: *T. Mart. Lutherus*, ex arbitrio ut saepe in apographis, addita.

No. 2386. et 2387. (h. t.)

Praefationes in Acta Ratisb.

Acta conventus Ratisbon. edidit Melanthon mense Octobri 1541., ut est videre ex epp. ad Weinlaubium d. 8. Oct, ad Medlerum d. 2. Nov. et ad V. Theodorum d. 4. Nov. huius anni. Titulum libri vide supra in praemonendis ad colloquium Ratisb. fere d. 14. Martii h. a. — Duplicem autem Melanthon praemisit praefationem, *alteram* ante librum Imperatoris collocutoribus propositum, *alteram* post hunc librum ante articulos, quos libro opposuit. — A) *Prior* praefatio in fronte libri Lit. A. 2. legitur, recusa in Melanth. selectis epistolis p. 116. et in opp. Mel. Witeberg. T. IV. p. 696. — B) *Posterior* praefatio legitur in iisdem actis Lit. K. 2., recusa in Mel. opp. Witeb. IV. p. 729., porro in Mel. select. epist. p. 123., et denique in Mel. epist. lib. I. p. 188. (edit. Lond. I. ep. 69.). — Huius posterioris praefationis versio germanica habetur: „Wahrhaffter Bericht und Urtail von dem übergeben Buch und gehalten Gespräch zu Regensburg. M.D.XLI. des hochgelahrten und theuern Herrn Philippi Melanchthons hievor in Latin ausgangen. (s. l.) M.D.XLII. 4. — Praefationem *germanicam* in Mel. acta Ratisbon germanica dabimus infra exeunte anno. — Hic tantummodo exhibentur praefationes A. et B.

A.

Pio Lectori Philippus Melanthon,

S. D. Non dubium est, Filium Dei concionari de Ecclesia postremi, hoc est, nostri temporis, cum ait venturam esse afflictionem ingentem, qualis

non fuit inde usque ab initio mundi, nec erit postea. Etsi enim semper Ecclesia non levibus certaminibus et aerumnis exercetur, tamen in hac postrema aetate durissime quassatur. Nunquam tot ac tam saeva genera calamitatum concurrerunt. Multis seculis paene prorsus extincta Evangelii luce, magnae in Ecclesia tenebrae fuerunt, et grassatae sunt non leves εἰδωλομανίαι. Has defenderunt Pontifices, Episcopi, et eorum satellites, non aliter, quam Rex Babylonius suae statuae adorationem tuebatur. Saevitum est in membra Christi, in homines pios qui taxarunt errores. Sicut inquit Daniel, doctos ruituros esse interfectos gladio, flammis, et aliis modis excruciatos. Accessit ad hoc malum rabies Turcica, quae in Asia, Graecia, Illyrico, Thracia, et Ecclesias delevit, et exercet crudelitatem quantam nulla exercuit unquam monarchia. Interim, et seditiones domesticae haeresium passim tumultuatae sunt. Ac recens postquam Deus aliquam Evangelii scintillam nostris Ecclesiis reddidit, quasi omnium certaminum nunc sit epitasis, magis exarsit furor Diaboli. Pontifices saevierunt atrocius, Turci longius progressi, florentissimum regnum Pannoniae occupant, et iam in vestibulo Italiae ac Germaniae crudelissimum latrocinium exercent. Passim vero in Europa crevit Epicurea factio, quae singulare genus sapientiae esse ducit, ridere Deum et divinam doctrinam. Exorti sunt alicubi et Anabaptistae, non multum dissimiles Manichaeis, alicubi et Sirenes, quae fingunt bellas dogmatum corruptelas. In his tantis malis cogitent pii Lectores, qualis sit imago verae Ecclesiae, quae passim sparsa circumfert Evangelium, agnoscit Christum filium Dei, et vere Deum invocat. Hanc dilacerant hinc Pontifices, Episcopi, Monachi, Anabaptistae, Epicurei, illinc Turci, et, ut Ieremias ait, expandit Sion manus suas, nec est qui consoletur. Ac vere talis est Ecclesiae status, qualem describit Esaias: Nisi Dominus reliquisset nobis semen, sicut Sodoma et Gomorra essemus. Cum igitur postremae reliquiae verae Ecclesiae tam varie oppugnentur, utcunque intelligi potest, cur dixerit Christus, futuram adflictionem, qualis nulla unquam fuit. Equidem cohorresco toto corpore, cum cogito eversam a Rege Babylonico urbem Ierosolymam, cives partim trucidatos, partim abductos; deinde post reditum, saevitiam Antiochi et Herodis; postremo etiam Apostolorum et Martyrum aerumnas. Hae tragoediae omnes, etsi fuerint luctuosae, tamen si conferantur ad Pontificiam εἰδωλομανίαν coniunctam cum saevitia, ad fanaticorum deliria, ad Epicureorum βεβηλότητα, cuius contagium late vagatur et religionem obruit, denique ad barbariem et immanitatem Turcicam, quanto graviora sint haec mala, facile iudicari potest. Haec eo commemoro, ut pii, Ecclesiae aerumnas animo reputantes, accendantur ad petendum a duce Christo auxilium, qui nunc haud dubie mirabiliter cum diabolicis agminibus rabiosissime furentibus dimicat. Sed nos vocat ad eandem militiam, armat nos, et vult stare instructos, ut suo quisque loco praelietur, vult pios doctores retinere doctrinae Evangelicae puritatem, vult bonos gubernatores adiuvare propagationem verae et salutaris doctrinae, et delere idola et fanaticorum deliria, vult pios bellatores defendere Ecclesias, politias, leges, disciplinam, adversus Turcicum furorem. Sed ut est infirma et dissipata vera Ecclesia, ita segniter praeliatur, multo plures sunt, qui impediunt bonorum voluntates. Diu Pontifices conati sunt in Germania civile bellum accendere, extant enim literae in eam sententiam ad quosdam principes scriptae. Sed Imperator *Carolus* parci voluit patriae, et ut Ecclesiastico more diiudicarentur controversiae dogmatum, iussit cogi synodos; sed Pontifices vident, si piis et doctis concedant libertatem sententiae dicendae, regnum et opes venire in discrimen. Tentavit igitur Imperator alias vias dissidia componendi, qua in re laudanda est eius moderatio, et quod civilia bella prohibet, et quod deliberationes eruditorum de doctrina instituit, quae, etsi initia difficilia sunt, tamen aditum faciunt ad emendationem Ecclesiarum. Itaque gratiam ei propter hanc moderationem debemus, et Deus orandus est, ut eius voluntatem gubernet. Caeterum quibus consiliis institutae sint disputationes Ratisbonenses, quis sit autor libri qui propositus est, ut viam monstraret ad concordiam, ego non plane scio. Voluntatem etiam existimo aliquorum non esse vituperandam. Et hoc nomine laudandus est Imperator ipse, quod ita librum exhibuit, ut iusserit collocutores delectos candide et libere de singulis locis sententias suas dicere. Quare nos de locis aliquot disputavimus, ut ex articulis nostris et aliis, quae hic adiecta sunt, intelligi poterit. Nec vero ignoro haec tempora, cum vagantur in vicinia Turcici exercitus, qui Germaniae vastitatem et exitium minantur,

flagitare domesticam concordiam; et hanc toto pectore opto; sed profecto magna est impietas, oblivisci homines tot seculorum delicta, oblivisci privatas cupiditates, et veros odiorum fontes, qui merentur poenas, et accusare Evangelium, accusare Deum, qui, ne funditus periret Ecclesia, pro sua immensa clementia rursus accendit doctrinam salutarem, quam constat paene extinctam fuisse. De hoc tanto munere ingrati homines uno ore *) conqueruntur. Hoc iubent nos abiicere, ut patria defendi possit. Multas Ecclesia ingentes aerumnas perfert. Sed nihil tristius ac acerbius est hac venenata calumnia, qua deformant eam Epicurei sapientes, qui coelestem doctrinam facem esse dissidiorum clamitant. De hac calumnia queritur in Psalmis ipsa Ecclesia inquiens: Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Est autem facilis et perspicua refutatio. Nam error veritati cedere debebat. Sed in hac vita Ecclesia premitur tyrannicis iudiciis. Vitam, corpora, fortunas pro communi tranquillitate magno animo adducit in discrimen, sed abiicere veritatem non potest. Interea eadem vera Ecclesia praestat politica officia, tuetur cives ac socios, dimicat pro patria. Et quidem in hoc agone lucere fidem oportet, adeuntem ingentia pericula, propterea quod adesse Deum opitulatorem statuit. Excellit vera Ecclesia magnitudine animi, cum sola intelligat nos ad aliam longe meliorem vitam conditos esse, cum sciat causas veras communium calamitatum, et didicerit, quam sit pium et gloriosum reprimere diabolum grassantem in impiis et tyrannicis Imperiis, denique cum in exercitu piorum ducem adesse Filium Dei norit, destruentem opera diaboli. Haec animi magnitudo etiam in piis mulieribus saepe conspecta est. Et falso iactitant ignavi, se esse Ecclesiae membra. Deinde novit Ecclesia politias divinitus constitutas esse, et amat hunc ordinem, amat omnes coniunctos civilibus vinculis, didicit ex Evangelio, nos debere animas pro fratribus ponere, ut Iohannes scribit. His tantis causis impellitur, ut omnibus officiis iuvare cives et socios cupiat. Non igitur accusari potest Ecclesia, non coelestis doctrina. Alia sunt quae principes disiungunt, quorum certamina utinam aliquis Nestor dirimeret. Est id quidem fatale malum regnorum, ut poëta dicit:

Nam caetera regna
Luxuries vitiis odiisque superbia vertit.

*) *ore* om. Mel. opp.

Sed si quis putat sanari hoc malum fucosis conciliationibus dogmatum, longe fallitur. Qualia autem sint involucra passim sparsa in librum, prudens lector facile agnoscet. Neque tamen impedio, si quem delectant haec Ulyssea artificia, quo minus fruatur. Placere mihi moderatas sententias testantur mea scripta et meae actiones, ac soleo saepe iocans dicere, me sequi Aristotelis philosophiam, qui virtutibus omnibus hanc metam constituit, videlicet *μετριότητα*. Sed idem Aristoteles gravi consilio discernit a mediocritate, seu moderatione, *εἰρωνείαν* quam quidem inter vitia recenset. Et saepe captiosa est ironia, ac ut Aristophanes dicit, *σαίνει δακνοῦσα ὥσπερ κύων λήθαργος*. Res testatur ipsa, hoc genus doctrinae, quod profitemur, non humana sagacitate patefactum esse, sed divinitus iterum Ecclesiae illuxisse; deinde constat, in eo propagando pios non levia certamina sustinuisse. Quae autem esset ingratitudo, nunc extinguere lucem divinitus accensam, et confirmare eorum pertinaciam qui crudelitatem in doctores exercuerunt. Retineamus Dei donum, et ea, quae sunt vera et Ecclesiae necessaria, moderate, sed tamen ingenue, proprie et perspicue dicamus. Plerumque perspicuitas orationis est signum rectae et honestae voluntatis, iuxta illud Euripideum, *ἐσθλὸν τὸ σαφές*. Et profecto in Ecclesiis opus est proprietate et perspicuitate in dicendo, quam qui amant, fugient dicta flexiloqua, qualia multa sunt in hoc libro. Et admixti sunt aliquot loci aperte pugnantes cum sententia nostrarum Ecclesiarum. Ideo adiectae sunt responsiones nostrae, in conventu exhibitae, quae verecunde et moderate scriptae sunt. Nos cum nostro munere in explicatione doctrinae, bona conscientia functi sumus, exitus Deo commendemus, qui Ecclesiam cum adversus Turcicam crudelitatem defendet, tum servabit in aliis tempestatibus. Haud dubie miranda Dei opera sunt conservatio Ecclesiae et defensio politiarum. Ideo ab ipso haec et petamus et expectemus. Ut Antiochum exigua auxilia, ut ait Daniel, depulerunt, ita aliquando Deus liberabit orbem a Turcica tyrannide mirabili modo.

B.

Praefatio Philippi Melanthonis.

Etsi non prorsus novi, quibus consiliis institutae sint actiones Ratisbonenses, tamen et me-

deratio Invictissimi Imperatoris *Caroli* Augusti grata Ecclesiis et bonis omnibus esse debet, et exemplum memoria dignissimum est, ac ad omnem posteritatem pertinet. Constat enim non paucas esse Erinnyas, quae civile bellum accendere, delere Ecclesias nostras, trucidare Christi membra et pios Evangelii ministros, extinguere literarum studia, barbariem et vastitatem in patria efficere conantur. Hos impetus cum reprimat Imperator *Carolus*, agnoscendum est Dei beneficium, qui eius animum ad mitia consilia flectit, et ipsi Imperatori habenda est gratia, quod suae potius bonitati, quam alienis odiis, morem gerit, quod vetat arma inferri Patriae et Ecclesiis, denique quod de his controversiis Ecclesiastico more deliberationes instituit. Haec moderatio cum in praesentia salutaris est, tum vero magnis Principibus ad posteritatem exemplo erit, ut, motis controversiis, inquirant fontes, audiant bonorum et moderatorum iudicia, non statim obtemperent Pontificum iracundiae, qui dimicant non de Evangelio Filii Dei, non de salute Ecclesiarum, sed de sua potentia, de suis opibus et sua tranquillitate. Moderate Imperator et hoc fecit, quod cum librum proposuisset, qui videretur ad concordiam iter monstrare, tamen aequam conditionem adiecit, ut liberum esset dicere, quod quisque sentiret, eaque, quae in libro desideraret, bona conscientia indicare. Praeclare Ambrosius, inquiens, ad Theodosium Imperatorem: Nihil tam in Imperatore amabile esse, quam si libertatem dicendae sententiae concedat, et hoc inter bonos et malos Principes discrimen esse, quod boni libertatem ament, servitutem improbi. Addit idem, Nihil tam in Sacerdote turpe esse, quam non dicere quod sentiat.

Contulimus igitur inter nos de libro, non solum placide, sed etiam ingenue. Et ad ingenuitatem candor pertinet. Autor libri ita attemperaverat scriptum ad iudicia Pontificiae partis, ut, si quid nobis largiebatur, obscure id significaret, quaedam vero palam eripiebat, quaedam etiam involvit ambiguis sententiis velut aenigmatibus. Quanquam igitur quaedam in materiis utilibus, de quibus nostrae Ecclesiae necessario pugnant, brevius aut obscurius dicta erant, quam opus erat, tamen in iudicando candorem adhibui, pleraque praeterii, ut aditus ad concordiam fieret. Sed cum postea graviter nos laedi in quibusdam libri partibus in loco de Ecclesia, de humanis cultibus, de applicatione Coenae Domini, et aliis quibusdam animadvertissem, coepi, ut dicam quod sentio, metuere insidias. Et manifestas ineptias adversarii adeo duriter defendebant, non ut veritas quaeri ab ipsis, sed nostrae sententiae palinodia videretur. De me dicam, nec reprehensionem seu stultitiae seu ineptae morositatis metuo, incandui et ipse, et labefactare quaedam absurda coepi, de quibus articuli sequentes exhibiti sunt, communi iudicio trium, qui eramus delecti ex nostra parte.

Videram pingi Ecclesiam, velut regnum politicum. Et erant in descriptionibus quaedam quae, quanquam fremens, praeteribam tamen. Cum ventum esset ad locum de potestate interpretandae scripturae, vidi quae fundamenta iacerentur stabiliendorum maximorum errorum. Tria enim complectitur articulus. Primum humano more constituit in Ecclesia potestatem interpretationis, propemodum ut de praetoria potestate interpretandarum legum Iurisconsulti loquuntur; deinde addit amplius, non licere privatis, non paucioribus reprehendere iudicia maioris partis, seu dissentire a suffragiis plurimorum. Hinc efficit postremo, maiorum Synodorum sententiis et decretis parendum esse. Inde etiam contendebat *Eccius*, Synodos, quae vocantur legitimae, non posse errare. Semper ita accidit, ut de Ecclesia homines politici cogitantes imaginem conceperint humanae politiae seu Regni. In Regno potestas est interpretandae legis, seu regia, seu praetoria, quae tribuitur certis personis, quae funguntur publicis muneribus, hoc est, vel principi ipsi, vel praecipuae iudicum curiae*). Et huic interpretationi obtemperandum est propter autoritatem magistratus; valent enim magistratuum leges ac sententiae, partim propter probabilem rationem, partim propter autoritatem quam Deus attribuit ordini; vult inferiores horum iudicia, modo non sint absurda, privatis iudiciis anteferre. In Ecclesia longe alia res est. Deponamus paulisper illam imaginem humanae politiae et cogitemus coetum dispersum qui vere Deum invocat, gubernatur a Spiritu sancto, circumfert puram Evangelii doctrinam, et inter pericula admirandis Dei operibus defenditur. In hoc coetu non potestas est alligata certis personis aut certae multitudini, sed donum est aliquorum piorum, id est, lumen divinum, quo intel-

*) Mel. opp. *praecipua iudicum curae.*

ligunt sapientiam in Evangelio traditam, quae est supra rationis humanae iudicium posita. Ac ingens intervallum est inter donum et illam praetoriam potestatem, quae Episcopis aut Synodis tribuitur. Porro saepe accidit in instauratione Ecclesiae, ut unus aut pauci privati renovarint doctrinam, et reprehenderint falsas persuasiones Pontificum, et reliquae multitudinis, quae dominabatur, ut Elias, Esaias, Ieremias, Iohannes Baptista, ab ordinaria potestate, et a multitudine dissenserunt. Et quidem mandatum Dei de confessione doctrinae cogit singulos recte sentientes testari quod sentiunt, et ubi vocatio requirit contra dicere multitudini, et gubernatoribus errantibus.

Sed liber longe aliter pingebat Ecclesiae politiam. Nec aliud erat comprobare hanc formam, nisi traducere equum Troianum in *) moenia. Primum enim errores quidam non leves recentium Synodorum stabiliti essent, si autoritas eis tribueretur ἀνεπίληπτος, eamque ob causam fatebatur *Eccius* se autoritatem Synodorum propugnare, ut articuli sequentes, de quibus sunt controversiae, sine certamine obtineri possent. Deinde et hoc astute agebatur, si adsensi essemus, non licere privatis aut paucioribus dissentire a superioribus ac pluribus, iam nostra voce et nostris suffragiis nos ipsos condemnassemus. Cur enim *Lutherus* unus errores Pontificum et scholarum attingere ausus est, cur nostrae Ecclesiae eum sequuntur, ac non potius tot seculorum, Pontificum et scholarum consensum? Postremo pertinebat hoc praeiudicium ad externas nationes et ad posteritatem, quae iure levitatem nostram reprehensura fuisset, si tanta tyrannide armassemus Pontifices. Quanquam igitur video tempora domesticam pacem flagitare, et natura minus sum pugnax quam opus est, tamen cum non agam privatam causam, sed publicam Ecclesiae, quid facerem? Ego vero ne quidem in tauro Phalaridis adsentiendum esse duco. Haec eo commemoro, ne quis petulantiae aut contumaciae tribuat, quod repugnavi, etsi id verecunde feci. Et vident me haec non tragice narrare, qui sciunt quam artificiose res instructa fuerit. Nec propterea veteribus et probatis Synodis autoritatem detrahimus. Semper enim constanter defendimus Nicenum Symbolum, quia et Apostolicae scripturae firma testimonia habet, et perspicue suffragantur vetustiores scriptores, qui testes sunt primae sententiae in Ecclesia.

*) Mel. opp. *intra* pro *in*.

Secutum est certamen de abiectione panis in Coena Domini, seu ut novo ipsorum vocabulo utamur, quod vere est *ξενοφωνία*, de transsubstantiatione. Hic error confirmat falsas persuasiones de oblatione, inanem fiduciam et adorationem spectantium panem in pompis theatricis, extra usum institutum. Et tota Ecclesia veris gemitibus optare debet, ut tandem Elias aliquis hanc horribilem sacramenti prophanationem aboleat. Saepe mihi cogitanti de Turcica tyrannide, et tantis successibus impiae et obscoenae gentis, venit in mentem temporum. Decretum de illa panis abiectione factum est in magna Europae perturbatione, anno post Christi natalem 1815.*) Eo ipso tempore in Asia dominari haec Othomanorum familia coepit, ac propemodum initia monent, hanc Turcicam rabiem ac**) crudelitatem, peculiarem poenam esse multiplicium delictorum, quae decretum illud peperit, quod nervus est oblationis, quaestus Missarum***), et opulentiae ac luxus sacerdotum. Praecedebat reges Persicos equus gerens parvam aram, in qua erant cineres et flammula sacri ignis, quem ceu numen colebant et adorabant Persae, ut igitur Rex videretur augustior, et una cum suo numine adoraretur, cum has pompa prodibat in publicum. Ita nunc Pontifices Romanos antecedit equus gerens panem consecratum, qui ibi vitiose adoratur. Sed haec alias copiosius. Nunc breviter recenseo, nos illam *ξενοφωνίαν*, de panis abiectione, et prophanationem Sacramenti inde ortam, non voluisse confirmare.

De Poenitentia, quales labyrinthi, quae tenebrae sint in quaestionibus monachorum, quantum ethnicarum superstitionum adhuc sit in satisfactionibus multarum gentium, constat. Cum vero depulsa illa caligine Deus reddiderit nostris Ecclesiis Evangelii lucem, noluimus recipere novas corruptelas rerum recte traditarum, ut facile indicabit Lector, collatis nostris et libri sententiis.

Sed ut in acie duces arte distribuunt copias, ita materiae libri singulari consilio varie dispositae sunt. In titulo de Ecclesia liber horribiliter execratur eos qui deserunt Ecclesiam. Et hanc describit quibusdam verborum involucris, ut non statim adpareat, quid moliatur. His fundamentis iactis, quae sunt speciosa, post longum interval-

*) Mel. opp.: 1215. **) Mel. opp. *et*.
***) Mel. opp. *Missarii*.

lum imponit illam suam ἱεραρχίαν, id est, Regnum Pontificium. Hic primum ostendit, quid vocet Ecclesiam. Alligat enim eam ad ordinariam successionem Episcoporum et ad leges eorum. Ait esse coetum, in quo unus sit Monarcha Romanus antistes, dans potestatem docendi et administrandi Sacramenta caeteris per gradus, hoc est, Episcopis, et deinde inferioribus Sacerdotibus, et condens leges, ut liber loquitur, ad excitandam pietatem et fulciendam fidem. Et addit, vinculum dilectionis a Paulo vocari obedientiam praestandam Episcopis ordinaria successione regnantibus et eorum legibus. Negat esse Ecclesiam, coetum non obtemperantem huic Monarchae et caeteris ordinaria successione regnantibus, negat esse ministerium Evangelii et remissionis peccatorum, sine autoritate talium Episcoporum ordinaria successione regnantium. Haec est ἱεραρχία, quam pingit, et fastigium Ecclesiae, quam extruit. Et ut Virgilii verbis utar: Hic labor ille domus, et inextricabilis error. In hanc daedaleam domum introducere nos, quid erat aliud, quam postulare confirmationem errorum Pontificiorum, et condemnationem nostrarum Ecclesiarum, in quibus cum luceat vera doctrina Evangelii, certum est eas extructas esse super lapidem angularem, Filium Dei, et ut Paulus loquitur, supra fundamentum Apostolorum, et esse Ecclesiam Dei, in qua Deus Pater Domini nostri Iesu Christi vere invocatur, et perpetuo celebrabitur. Quae esset impietas, condemnare has Ecclesias?

Removeantur illae humanarum politiarum imagines. Regna alligata sunt ad ordinariam successionem, ut Cambysi obeditur tanquam legitimo successori patris Cyri, etsi filius dissimilis est patri. In Ecclesia alia res est. Haec regitur luce Evangelii, quod cum non retinetur in ordinaria successione, ubicumque fulget, ibi amplectendum et sequendum est, ut Christus ait: Oves meae vocem meam audiunt. Deinde in illa daedalea domo tribuitur potestas Episcopis condendi leges, proponuntur Legum tabulae, de coelibatu ministrorum, de votis, de Missarum adplicatione, de invocandis mortuis, de caeteris superstitiosis ceremoniis. His qui obtemperat, ducitur esse civis huius Ecclesiae, caeteros liber execratur, et detrahit eis ministerium Evangelii et remissionis peccatorum. Nolo in hoc scripto indulgere meo dolori, qui quidem a multis bonis viris, ipsis etiam architectis huius aedificii, conspectus est. Quo enim esse animo debebam, cum viderem stabiliri veteres errores, et nobiscum minime eo candore agi, quem pios praestare decet? Habeant sibi suam daedaleam domum, regna, iniustas leges, superstitiosos cultus, εἰδωλομανίας, aucupia pecuniae, luxum. Quid attinet a nobis petere earum rerum adprobationem?

Etsi autem toties iam audimus et legimus multorum orationes speciose et plausibiliter concionantes de ordine, de vinculis bonae gubernationis et disciplinae, et colligentes incommoda quae sequuntur, si leges Episcoporum negligantur, si non coerceant Episcopi iudiciis et poenis Ecclesiasticis hominum petulantiam, tamen honestissime semper et gravissime, et eodem modo respondimus, non belligerari nos cum Ecclesiastica politia. Sed cum Episcopi sinceram Evangelii doctrinam improbent, cum interficiant nostros Sacerdotes, homines pios et eruditos, necesse est nos Regulae Paulinae obtemperare: Si quis aliud Evangelium docet, anathema sit. Deinde quid de iudiciis et moribus nunc declamitant? Quas Synodos habent tot iam seculis de doctrina? Quando concedunt piis et doctis libertatem dicendae sententiae? Quae iudicia exercent de moribus? Quales sunt in collegiis mores Canonicorum? cur ibi silent ipsorum leges et iudicia? Sed illae magnificae conciones de ordine et de disciplina sunt, ut vocat Thucydides, σχῆμα πολιτικὸν τοῦ λόγου, hoc est, honesti praetextus pravorum consiliorum. Non enim de vera autoritate Episcoporum, hoc est, de ministerii dignitate, et de cura retinendae puritatis Evangelii, non de emendandis moribus et disciplina omnium ordinum, sed de stabiliendis erroribus et iniustis legibus dimicant, quae sunt nervi potentiae et opum. Memini multorum sapientum sermones de Ecclesiae vulneribus, qui agnoscebant doctrinae fontes turbatos esse*), et invectum a Monachis doctrinae genus in Ecclesiam, partim sumptum ex inerudita Philosophia, partim ex Pharisaicis superstitionibus; deplorabant Liturgiae vitia plurima, detestabantur et Regiam dominationem Episcoporum et luxum collegiorum. Sed haec mala potius toleranda esse dicebant, quam faciendam ἀναρχίαν, quae sit omnium malorum extremum.

Scio haec magnifice dici, et gratam esse hanc orationem Regibus. Sed haec sapientia nihil ad

*) *esse* om. Select. epp. et lib. I.

Ecclesiam pertinet, in qua necesse est taxari εἰδωλομανίας, vel si fractus illabatur orbis. Deinde errant illi de ἀναρχίᾳ. Nunc vere est in ipsorum Ecclesiis ἀναρχία. Titulus est splendidus, ἱεραρχία Ecclesiae, in qua fingitur esse unus gubernator, qui custos sit doctrinae, legum et morum, deinde attribuuntur Episcopi velut ephori, nunquam ab hac specula tuendi Evangelii deiicientes oculos. Haec ita fieri optaremus, et, si fierent, iam illam ἱεραρχίαν seu politiam Ecclesiae toto pectore veneraremur. Sed constat, totam illam ἱεραρχίαν nunc quidem apud ipsos inane nomen esse; revera est ἀναρχία*). Dominari Pontifices, Episcopos, praelatos, tenere opes, dignitates, interesse Regum consiliis, aut frui otio videmus. Sed haec nihilo plus ad ministerium Evangelii, cui servire debebant, pertinent, quam Lycurgi politia.

Nostris literis magis ornata est ministerii dignitas, quam ullis scriptis adversariorum. Ideo maxime prohibemus ἀναρχίαν. Regnet in Ecclesia vox Christi, praeeant gregi Pastores et ministri Evangelii induti iustitia, ut Psalmus loquitur, hoc est, doctrina, pietate, virtute, sapientia antecellentes, et munere suo diligenter fungentes. In his rebus vera est dignitas. Tales Pastores etiam Canonicam politiam, ut vocatur, facile tuebuntur et sapienter moderari poterunt, ita ut conscientiis piis non iniiciantur laquei, et tamen disciplina retineatur. Illa vero vincula de successione ordinaria non iniiciant Ecclesiae; inde enim postea multa sequuntur: hunc ordinem Episcoporum ἀναμάρτητον esse; ea, quae communi consensu probant aut constituunt hi, qui titulum gerunt Episcoporum, amplectenda esse tanquam firma dogmata et κυρίας δόξας Ecclesiae. Denique haec persuasio praecipuum vallum est legum iniustarum, et regiae dominationis ipsorum. Ideo necesse fuit, nos de hoc circumspectius respondere.

Reliqua est extrema pars, quae invocationem mortuorum, et adplicationes Coenae Domini non dissimulanter confirmat, quam partem si quis nostra suffragatione iudicat comprobandam fuisse, is consideret quantam εἰδωλομανίαν toto orbe terrarum confirmaturi fuissemus. Magnum Ecclesiae probrum est impurus coelibatus sacerdotum. Sed multo plus mali est in invocatione mortuorum et commenticia oblatione et applicatione Missarum, ut vocant. Nec dubito quin praecipue propter has εἰδωλομανίας Deus iratus tam crudeli et foeda Tyrannide Turcica Ecclesiam puniri sinat. Nec ego nunc augere certamina volo. Scio hic **) incommoda extenuari, mitigari, tegi, inflecti verbis. Non adeo sum illiteratus, ut ignorem haec in malis causis fieri solere. Haec sunt illa σοφὰ φάρμακα, et, ut Paulus vocat, πιθανολογίαι, quae semper inde usque ab initio mundi veritati tenebras offuderunt, et paulo post rursus offundent. Clamant, opus esse concordia, pace. Agnosco, et semper vota feci, ut rebus tantis vere iudicatis concordia constitueretur; dedi etiam operam, ut diserte explicatis sententiis nostris facilius coiret concordia, et fuisse meas sententias moderatas, puto multos testari posse. Sed nulla sunt humana pericula tanta, propter quae confirmari vitiosi cultus debeant. Video quid dissensio noceat patriae, et doleo eorum, qui communi animo defendere patriam debebant, voluntates distractas esse. Sed non minus doleo, conferri causam omnium calamitatum in hoc donum Dei, videlicet in Evangelii lucem, cum revera aliae sint odiorum causae.

*) Mel. opp. νναρχία (ναρχία?)

**) Select. epp. et lib. I. haec pro hic.

No. 2388. 8. Oct.

Io. Weinlaub.

Ex autogr. Mel. in cod. Seidl. Dresd. ep. 23, edita in Wegscheideri Progr. II. ep. 9. p. 18 sq.

Cariss. viro et egregia doctrina et virtute praestanti D. Iohanni Weinlaub, Consiliario Illustriss. Marchionis, amico suo.

S. D. Hoc tempus arma potius, quam libellos flagitat, ut Turcica crudelitas reprimatur. Sed tamen interea non desperandum est de republica, nec abiicienda domestica administratio. Servabit enim Deus aliquas ecclesiae reliquias, nec tradet bestiis animas confitentes filium Dei. Quare cum hic editus esset liber *Ratisbonensis* ***), duxi Tibi mittendum esse. Utinam in conventu *Naumbur-*

***) Acta in conventu Ratisbonensi. Vitemb. 1541. 4.

gensi deus gubernet pectora principum, ut tandem et patriam et socios defendere incipiant. Tyrannus Turcicus repressus est in Thraciam, propterea quod imperator *Carolus* invasit Africam. Factae sunt cum rege *Ferdinando* per hiemem induciae, quae Turcis eo fuerunt expetendae, quia in Hungaria vastata non potuit iam ipsorum ali exercitus. Bene vale. Die 8. Octobris.

Philippus Melanthon.

No. 2389. 12. Oct.

N. Medlero.

Ex apogr. in cod. Bav. Vol. II. p. 318. primum a Zacheichselio edita in d. Unsch. Nachr. an. 1739. p. 268. Iterum a Danzio ep. 9. — Nunc ex eodem cod. accurate descripta.

Egregia pietate et doctrina praedito Domino Nicolao Medlero Doctori Theologiae, docenti Evangelium in Ecclesia Naumburgensi, amico suo cariss.

S. D. Deus adsit Principum Conventui [1]) et eorum consilia gubernet. Ut autem et Lazarus sit in tanta frequentia, venit istic [2]) senex sacerdos, coecus et pauper, de suis et de Ecclesia bene meritus. Habet a Domino Doctore *Martino* literas ad Ducem *Mauritium* [3]). Ego certa [4]) de causa scripsi ad D. *Franciscum* [5]) Cancellarium Ducis Electoris, qui si non aderit, literas des alicui ex caeteris consiliariis Electoris. Et ut negotium huius Lazari maiore diligentia et sedulitate cures, legito ipse literas ad D. *Franciscum* scriptas. Rogo ut hunc miserum senem excipias, et ei hospitium quaeras, ipsumque ad aulam nostram ducas. Scio aulicis has interpellationes ingratas esse; sed in re necessaria pauperis caussa decet suscipere molestias. Tot iam annos negligitur hic senex sacerdos et bene meritus, ut ferreus sit, qui eius calamitate non adficiatur. Rogo ut industriae et diligentiae tuae nervos intendas. Bene vale, die 12. Octobris, anno 1541.

Phil. Melanthon.

1) Vid. epist. ad Theod. d. 4. Oct.
2) Zsch. in U. N. mendose: *is hic.*
3) Haec Lutheri epistola non legitur in opp. Lutheri.
4) Zsch. in U. N. *recta*, perperam; Danz., nescio cur, edidit: *hac.*
5) Etiam hanc epist. Melanth. non habemus.

No. 2390. 13. Oct.

Abbati Heilsbronnensi.

Epist. lib. III. p. 102 sq. (edit. Lond. lib. III. ep. 47.)

D. Iohanni Abbati in Heilsbrun.

S. D. Homerus narrat Ulyssis socios mactasse boves Solis, et carnes boum tostas horribiliter mugiisse, ut prodigio monerentur sacrilegi, quantum scelus sit diripere bona ad sacros usus destinata, ac postea authores facti omnes naufragio periisse. Non obscura est exempli significatio. Quomodo bonis Ecclesiarum multis iam saeculis Episcopi et nunc Centauri abutantur, non est obscurum: sed poenae etiam in conspectu sunt. Laudanda est igitur pietas tua, quod de tuis facultatibus iuvas Scholasticorum studia, qui Ecclesiis usui futuri sunt. Nec dubito mitigaturum Deum esse poenas publicas propter suam Ecclesiam. Parcet igitur illis, qui fovent Ecclesiae studia, sicut in excidio Hierosolymae pepercit iis, qui Hieremiae servierunt, ut aulico Aethiopi, qui nominatur Abdemelech.

Est autem hic adolescens *Francus Nicolaus* admodum bono et modesto ingenio praeditus, Latine bene loquitur, ac Philosophiae Elementa et doctrinam Christianam probe didicit. Magnum autem specimen est honestae mentis, quod orbatus parentibus patrimonium suum studiis literarum impendit. Quare aequum est, vicissim eum ab Ecclesia, cui usui esse poterit, iuvari. Valde igitur te oro, ut eum non solum in Collegium tuum recipias, sed etiam exerceri cures, et aliquando ad Ecclesiam aliquam docendam provehas. Spero mores eius placidos et voluptati senibus, et exemplo iunioribus fore, et eruditio prodesse Scholasticis quoque aliis poterit. Bene vale. *) 13. Octob. **) 1541.

*) Ed. Lond. add. *Die.*
**) Ed. Lond. add. *Anno.*

[illegible] 2391. 16. Oct.

B. [illegible]

[illegible] p. 723 [illegible] Lind. [illegible] ep. 287.)

D. E[illegible] M[illegible]hobio.

S. P. [illegible] facere, et venienti [illegible] actionibus narrarem, et [illegible] quae literis committi non possunt. [illegible] cum *Luthero* et D. *Pome*[illegible] optime consilium [illegible], et Illustrissimum Dominum [illegible] commendare. De monasteriis [illegible], quosdam esse cunctantiores [illegible] illis suam sapientiam, fortassis [illegible], etsi saepe iam magno [illegible] sum, admodum esse inconsi[illegible] animos. Vos initio [illegible] Ecclesiae, seu, ut vocantur, [illegible] et constituantur. Ple[illegible] etiam ante hoc tempus multo fue[illegible] Monasteriis diligentiores, quam [illegible] et scholis. Sed expe[illegible], qui fortassis excutiet [illegible], ludos, voluptates, [illegible] aiii saevierunt in Ec[illegible] doctrinae, cer[illegible], fuerunt insulsos dialo[illegible] voluptatibus, negle[illegible], certarunt ambitione. [illegible] non contemnendum hostem. [illegible] Ecclesias et nostros [illegible] excusitet. Vidi [illegible]. Fabula per [illegible], qui iam putant esse [illegible] absurdam ornare, [illegible][2]), qui movet [illegible] sapientes guber[illegible] coher[illegible]

[illegible] 16. Oct.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Iusto Ionae, *S. Theol. Doct.*, *praeposito Vitebergensi*, *iam Evangelium docenti in Ecclesia Halensi*, *amico suo cariss.*

S. Quum nuncium commodum nactus essem, clariss. Domine Doctor, nolui illum sine literis ad te dimittere. Sed tamen novi erat hoc tempore hic nihil, quod vos ignorare putarem. In nostra schola ab omnibus expectatur *Camerarius* avidissime. D. *Camitianus* hisce diebus accepit literas Halae Suevorum 17. Cal. Octobris datas, quae ipsum *Camerarium* venturum certo nunciant. Hunc igitur, cum venerit, mihi comitem adiungam, et ad te animi gratia die aliquo festo veniam.

Sarcerius huc vocatus est, ut sit hic professor primarius et supremus theologiae. Hunc itidem brevi huc venturum opinamur. D. *Iacob Schenk* officio concionandi motus est. Nunc in schola permissu Principum publice legit; iam epistolam ad Titum enarrandam suscepit. Observatur diligenter a multis.

Parochum *Kalensem* tecum fuisse puto; eum, rogo, in negotio suo ut adiuves. Gratificabor vicissim iis, qui mihi a te commendabuntur. Vale et commendatum me habe. Lipsiae in die Galli.

Bernhardus Ziegler.

No. 2393. 20. Oct.

Senatui Luckaviensi.

Edita in Destinatis litt. Lusatt. P. VIII. p. 723 sq. (descripta a Clar. Gersdorfio.)

Den Erbaren fürnehmen und weisen Herrn Burgermeistern und Rath zu Lukau, meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch unsern Herrn Jesum Christum zuvor. Erbare, Weise günstige Herren. Ich habe nit Zweifel, Ewr Weisheit, als die Verständigen bedenken [illegible], daß mir und meines gleichen in dieser Vocation gebürt so viel möglich, der armen Jugend studia zu Erhaltung christlicher Lahr und nützlicher Künsten zu fördern, darum bitt ich, E. W. wolle meine Schrift günstiglich vernehmen, und füge E. W. zu Wissen, daß ich neulich einen armen Gesellen von Luka mit Namen Urban Krüger, der etwa in der Schul bei euch ge-

dient hat, verhört habe, welcher mich hernach mit Anzeigung seiner Armuth und hohen Nothdurft um Vorschrift an E. Weisheit gebeten, wiewol ich um Ewr Stadt Gelegenheit nit weiß, so habe ich dennoch aus angezeigter Ursach benannten Urbano diesen Dienst nit gewußt abzuschlagen, und bitte neben ihm, nachdem ich selb befunden, daß er wol studirt hat, und daß gut Hoffnung zu ihm zu haben, daß er mit der Zeit zu Gottes Lob und vieler Leute Seligkeit, zu ehrlichen Kirchenämtern zu gebrauchen seyn wird, E. Weisheit wolle ihm günstige Hülf mit Verordnung eines stipendii von Kirchenlehen oder sonst zum studio erzeigen, in Betrachtung, daß Gott solche Elemosynen den Regenten befohlen und gnädiglich belohnen will, mit Freuden und mit anderer Wolfarth. Ich habe auch nit Zweifel, so wir zu Bestellung der Kirchen und christlichen Studien fleißiger seyn werden, der Allmächtige werde die schreckliche Ruet[1]), damit er uns itzund drowet, die grausamen Türken abwenden, und um seiner Ehr und Kirchen willen, dieser Land schonen. Denn in Wahrheit, so er nit seiner Kirchen schonen wird, so wird menschliche Macht und Hülf wenig aufrichten. Nu hat er die Wittfrau zu Sarepta gespeiset um Eliä willen, habe nit Zweifel, er wird noch etlich Land schützen, die den Armen Hülf erzeigen zu Förderung christlicher Lahr. Und derwegen E. W. wolle sich gegen benannten Urbano gutwillig erzeigen, und E. W. zu dienen bin ich willig. Datum Witteberg den 20. Octobris 1541.

E. W.

williger

Philippus MelanthoN.

No. 2394. 22. Oct.

I. Rorscheit.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[b].

Egregia virtute praedito Iohanni Rorscheit), Budissino, Noribergae.*

Si mihi his turbulentis temporibus contigisset, in civitate bene morata, in qua tamen et literarum et artium studia aliqua essent, ut sunt Noribergae, delitescere vel mediocri conditione, bene mecum agi existimarem. Quare quantum possum te adhortor, ut spartam, quam nactus es, tueare, et ornare studeas. Potes apud homines doctissimos non minus proficere in omnibus disciplinis, quam si vel in Academia frequentissima esses. Tua patria adhuc, Dei beneficio, tranquilla est; sed omnes hae regiones propter res Pannonicas in magno metu sunt. Accidit nostris, dum nimis segniter et tarde progrediuntur, quod inquit Hesiodus: *ἀεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄταισι παλαίει.* Deum oremus, ut ipse reprimat hostem Christi. Bene vale. 22. Octob. Senem nostrum reverenter saluta.

Philippus Melanthon.

No. 2395. 26. Oct.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 371 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 246.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi in Academia Lipsica, amico suo summo,

S. D. Amanter fecit *Ziglerus* noster, quod adventum tuum nobis quam primum significavit. Nam et gaudeo te et familiam incolumem esse, et precor Deum patrem liberatoris nostri Iesu *χριστοῦ τοῦ γενομένου σφαγίου ὑπὲρ ἡμῶν*, ut tuam migrationem gubernet, et tueatur publica studia, ac Ecclesias. Ardeo cupiditate videndi te et miscendi sermones *περὶ σπουδαίων πολλῶν*. Aliquanto enim in conventu tranquilliore animo fui, quam nunc sum. Sed nolo te mox interpellare. Prima oeconomiae institutio habet plusculum negotii. Postea liberius colloquemur. Interim velim de tuis rebus aliquid mihi significes. Agnoscis, optime *Ioachime*, *τῆς φιλοσοφίας, μᾶλλον δὲ τῆς ἐκκλησίας τύχην*. Vagamur incertis sedibus, plectimur, quassamur *διὰ ἀμαθίας ἑτέρων*. Feramus haec ut decet eos, qui philosophari *γνησίως* student. Repete animo veterum summorum virorum historias, quorum nos vestigia utcunque imitamur. Sed ne illi quidem sapientiores vitarunt eos casus, in quos nos incidimus. Hac se consolatione et frater tuus sustentet, vir optimus. Res docet nos, non solum tyrannicum esse, *τὰ κυκλωπικὰ λέγειν*, sed etiam blanditiarum simulatione insidiari. Sed haec et alia multa, *καὶ περὶ τῶν οἰκιῶν* coram. Bene vale, die XXVI. Octob.

Philippus Melanth.

---

1) Ruthe.

*) Vide de eo epistolam ad Vit. Theodor. d. d. 6. Mart. 1541.

No. 2396. (ex. Oct.)

Ge. Spalatino.

† Ex apogr. Dresd. C. 140. p. 40[a]. ep. 55. mihi descripta a Cl. Gersdorfio.

Georgio Spalatino.

S. D. Est hic quispiam Magister *Christophorus Ionas* *) Prutenus, egregie eruditus ac in docendo diligens et summo candore praeditus. Huic commendo *Bernstenios*. Nam non solum exercet adolescentiam in lingua latina et dialecticis, sed etiam eruditioribus tradit elementa doctrinae Iuris. Si nosses eum valde diligeres. Mei ministri negotium tibi commendo. Quaestor, qui reditus ecclesiasticos apud vos scholasticis colligit, nondum hoc anno misit quidquam meo ministro. Rogo ut hominem admoneas **). Bene vale et forti animo ac excelso dispicias iniurias, quibus noster ordo hac ferrea aetate praecipue exercetur. 1541.

Phil. Mel.

No. 2397. 1. Nov.

Iudicium de Episc. Naumb.

† Ex Vol. Act. Reg. B. fol. 190. in tabulario Vinariensi transscriptum in cod. Goth. 451. p. 221. — Manu Crucigeri est scriptum hoc iudicium nomine Theologorum Vitebergensium, et quidem Iohanni Friderico Electori de creando episcopo Naumburgensi. Datum est die omnium sanctorum (1. Nov.). Caret autem inscriptione, subscriptione et anno, nisi quod in tergo legitur dies: *Allerheiligen*. Scriptum est Vitebergae. — Vid. etiam iudicium d. 9. Nov. 1541.

1.

Von Bischöfflichen Stiften oder Kapiteln.

Dieweil öffentlich ist, daß den Herrn, auch den Landen nützlich und löblich ist, daß der Adel nicht ganz von Studien komme, auch daß man sonst desto mehr Personen haben möge zu Regierung der Kirchen und zu anderer Nothdurft, sehen wir gerne, daß doch etliche bischöffliche Stift oder Kapitel erhalten, und in rechte christliche Besserung und Reformation gebracht würden. Denn es ist wohl zu achten, wie mans auch etliche Jahre nunmehr gesehen, daß der Adel, so er von solchen Stiften keine Hülfe haben sollte, wenig studiren würde. Und dieweil etliche Ehrliebende von Adel, die vor dem Pfaffenleben eine Scheu gehabt, die Stifte geflohen, ist zu sehen nicht allein in diesen Landen, sondern auch in allen Stiften am Rhein, in Franken und Schwaben, daß viel weniger Personen, die etwas studirt haben, in irre oder sonst in ihren Kapiteln zu finden denn vor dreißig Jahren. Es haben auch die Chur- und Fürsten zu Sachsen bei hundert Jahren einen großen Ruhm von Gelahrten ihres Adels gehabt, und, so viel möglich, wäre gut, daß man noch Leute aufzöge; denn es wird doch Mangel werden.

Zum Andern, wiewohl vielleicht in den großen, gewaltigen Stiften noch zur Zeit wenig Besserung zu hoffen, so achten wir dennoch, daß unser gnädigster Herr diesen kleinen Stift in seiner Chf. Gnaden Landen erhalten, und gleichwohl zu gutem Brauch richten könne.

Zum Dritten, Es ist auch viel mehr Hoffnung dabei, so eine ziemliche Reformation mit Naumburg und Zeitz vorgenommen würde, daß die Nachbarn und etliche weiter folgen werden, denn so man diesen Stift also plötzlich in Haufen stoßen würde.

Zum Vierten, so hält sichs in der Wahrheit also, daß etliche nöthige Kirchenämter sind, derwegen erstlich die Stifte fundirt und begabt sind, die nachmals am bequemsten durch diese Stift, so sie mit tüchtigen Personen bestellt und in rechte Reformation gebracht würden, auszurichten; als nämlich Consistoria in Ehesachen, Examen und Unterweisung der Ordinanden, sampt der Ordinatio; item Synodi, darin mit rechtem Ernst von der Lehr und Disciplin zu handeln; item die Visitatio der Kirchen. Zu diesen vier Stücken bedarf man besondere Personen und Kosten. Darum auch erstlich die Stift eine große Auctorität gehabt. Wie nun diese Aemter jedes seine Maaß haben sollte, davon ist hernach zu sagen.

Von der Person.

Ob das Kapitel zu einer andern Electio schreiten werde, besonders so *Iulius* gedenkt seine Electio durch den Kaiser, Mainz und andern Anhang zu vertheidigen, wird die Zeit wohl ausweisen. Im Fall aber, daß das Kapitel einen andern nach unsers gnädigsten Herrn Gefallen zu wählen williget, durch welchen eine christliche Besserung im Stift zu machen: so wäre hoch von Nö-

---

*) Anno 1542. fuit decanus facultatis artium in Acad. Viteb. ut intelligitur ex eius edicto quod legitur in Script. publ. T. I. p. 64. Vid. etiam epist. ad Albertum Ducem d. 10. Ian. 1542., d. 10. Septb. 1540., d. 16. Septb. 1541., d. 7. Maii 1542.

**) Vid. infra ep. ad Spalat. d. d. 2. Decb., ex qua intelligitur, hanc fere exeunte Octobri scriptam esse.

then, daß es nicht ein junger Geselle wäre, sondern ein solcher Mann, der selbst auch zu christlicher Lahr und zu rechter Uebung in der Kirchen Lust hätte, ginge in die Kirche, gäbe den andern Exempel, und wäre also der Anfänger mit Bestellung der nöthigen Aemter. Nun können wir nicht achten, daß junge Leute von Adel dazu große Lust haben. Sie finden auch andere, die sie abziehen. Die Herrn im Kapitel sind uns unbekannt. So sie geneigt wären Fürst Georgen zu Anhalt zu wählen, ist unser unterthänig Bedenken, daß er leidlich wäre. Denn wir alle haben ihn also erkannt, daß er die Lahr des Evangelii recht verstehet, ist gottfürchtig, und würde sich der Kirchen annehmen. Daß er aber verdacht, als sollt er zu Flickwerk in der Lahr geneigt seyn, und sollt sich bei dem Hrn. Doct. *Martino* also haben merken lassen, da sein Bruder anhero gesandt: darauf thut der Herr Doctor Bericht, daß Fürst Georg selbst dieselbige Artikel angefochten, und nicht dahin gearbeitet, daß sie sollten von den Unsern gewilligt, angenommen oder vermummelt werden. So hat er ein lang Buch dem Markgrafen gen Regensburg zugesandt, welches unsrer viel gelesen, darin er in denselbigen Artikeln allen der Papisten Meinung fleißig und mit guten Gründen angefochten, und besonder wider päpstliche Gewalt viel Blätter geschrieben, so hart, daß wir uns deß verwundert haben. So hat er mich, Philippum, vor meinem Abreisen mündlich, und hernach schriftlich zu Regensburg gebeten, ich wollte [möchte] mich nicht in Flickwerk einlassen beide Lahr in einander zu mengen, oder Artikel zu machen, die beide Theil für sich deuten und lenken könnten. Auch hat er neulich uns allhie gesagt, daß er und seine Brüder vorhaben, einen Superintendenten und Consistorium in ihrem Lande anzurichten zu Mönch-Neuburg, und gebeten, man wollte ihm die Ordnung allhie des Consistorii sehen lassen, bei welcher er bleiben wollt. So hat er auch etliche Mal Ordinanden anher gesandt. Aus diesen Ursachen haben wir gute Hoffnung zu ihm, daß er in der Lahr nicht wanken werde, sondern werde sie helfen fördern; wie er auch bis anher vornämlich gethan, denn der Bruder thut wenig zu diesen Sachen. Darum, so es Gottes Wille also wäre, daß Fürst Georg gewählt würde, und er das Bisthum annähme: bedenken wir unterthäniglich, daß ferner derhalben nicht zu streiten, besonders zu dieser sorglichen Zeit, so der Türk vor der Thür ist, dem jetzund durch Gottes Hülfe Widerstand zu thun hoch vonnöthen. So nun geringere Landsachen sollten Unruhe oder Uneinigkeit, oder Verhinderung an der Gegenwehr machen, das wäre hoch beschwerlich, kann auch nicht mit gutem Gewissen geschehen.

Vom Licentiat Amsdorff achten wir, daß er in keinem Wege zu bereden, ein Bisthum anzunehmen.

„Solches alles dünkt mich ganz fein und nützlich „seyn, denn ich dürfte Fürst Georgen wohl ein Grö„ßeres vertrauen, so ich ihn erkannt, und menschlich „zu reden ist." *)

Von den Ceremonien und dem Kapitel.

Damit erstlich der Gottesdienst recht angerichtet würde, ist vor allen Dingen auf einen frommen, verständigen Prediger zu Zeitz zu trachten, der das Evangelium treulich predige und Einigkeit erhalte mit dem andern Prediger in der Stadt, und solchen Fleiß thue, daß er die Kirche nicht wüste predige.

Zum andern soll die Meß, und andere unrechte, auch unnütze Ceremonien alsbald abgethan werden, und geschafft, daß es mit der communio und Meß gleichgehalten werde, wie sonst in unsers gnädigsten Herrn Landen. Nun wissen wir wohl, daß die Weisen **) jetzund darauf fallen, nachdem sie bekennen müssen, daß Privatmessen ein unnütz Ding sey, wollen sie gleichwohl eine tägliche Messe halten ohne Communicanten, allein zum Schein, daß die Kirche nicht ledig stehe; wie an andern Orten etliche darauf arbeiten, und reden die Meißnischen viel davon. Solches ist aber nicht zuzulassen, besonder dieweil andere sich nach diesem Exempel richten wollten.

Zum Dritten, es muß aber dennoch christliche nützliche Uebung bleiben, wenn bei dem Stift eine wohlbestallte Schul seyn würde, wie es etwa gewesen, so könnt man eine nützliche ernstliche Uebung haben, daß die Jugend vor der Predigt etwas psallirt, und kämen dazu etliche Canonici, die zu Haus wären, auch die Vicarii.

So aber keine bestallte Schul bei dem Stift seyn würde, wie wir vernehmen, daß nunmehr eine Schule in der Stadt angerichtet, so müßten dennoch etliche Canonici und die Vicarii psalliren, und dem Volk oder ihnen selber ein Kapitel oder zwei aus der Bibel vorlesen, darnach die Predig folget, und zum Gebet vermahnet. Und wiewohl solcher gedingter Kirchendienst von wegen der päpstlichen faulen Gewohnheit sehr kalt ist, so wird uns doch vielleicht die Zeit mit Ernst beten lehren, auch soll der Prediger mit ernstlicher Vermah-

---

*) Haec sua manu scripsit *Lutherus*, quae signis „ " inclusa sunt.

**) Sapientes scilicet.

nung anhalten. [illegible]
seyn; so [illegible]
wesen zu einem faulen [illegible]
nun schwerlich, besonder [illegible]
einen Ernst darauf [illegible]
an einem Bischoff [illegible]

[illegible]

[illegible], nicht zu ihm appelliren rc. Sollen ihm [illegible], keine Annata, und in summa keine [illegible].

Zum Andern, sollen die Edelleut, so zu Canonici [illegible] werden, nicht allein Jäger und müßige [illegible] seyn, sondern also geschickt, daß sie zu den [illegible] zu Consistorien, zum Examine und Visi[illegible] etliche zu ihrer Landesregierung, und zu [illegible] Sachen zu gebrauchen seyn.

Zum Dritten, darum soll die Wahl der Bischöffe und Canonicen bei dem Kapitel bleiben, wie solches [illegible] canonica electio genennt worden; doch daß der [illegible] in beiden, der Bischöffe und Canonicen, [illegible] seine alte Gerechtigkeit, auch als ein Patronus [illegible] habe, daß man tüchtige Personen wähle [illegible], und untüchtige ausschließe und entsetze.

Zum Vierten, es soll auch das als Statut ernst[illegible] werden, daß kein Vermöglicher eine Prä[illegible], der zu seinem Amt untüchtig, und [illegible], so ein junger Canonicus gewählet, und [illegible] nicht studirt, oder vergeblich im Studio seyn würde, [illegible] wiederum entsetzt werden; wie solches auch vor [illegible] gehalten, wie im Codice zu sehen.

Zum Fünften, eine jede Person, so gewählet, soll [illegible] oder nach acht Jahr in Universitäten studiren, und [illegible] Testimonium an das Kapitel von seinen Sitten [illegible] seinem Fleiß bringen, damit er hernach zu nöthigen Aemtern zu verordnen, nach Bedünken des Bischoffs und Kapitels.

Zum Sechsten, es muß auch eine gewisse Anzahl [illegible] der Doctoren nach Gelegenheit; als nämlich, drei Doctores Theologiae, sechs Doctores Iuris, ein Doctor Medicinae. Neben diesen wären [illegible] die Edelleute Canonici, welche, wie gesagt, auch gelahrt und [illegible] Männer seyn sollten, die zu Aemtern und mit zu Rathen zu gebrauchen. Wie viel aber Personen zu Zeitz, item zu Naumburg seyn sollen, das können wir nicht wissen, und wird zu seiner Zeit stattlich müssen bewogen und berathschlagt werden.

Von den Aemtern.

Es sind vornämlich vier Aemter, die solchen Collegien aufzulegen, nämlich das Examen und die Ordinatio der Priester, Consistoria, Synodos halten, Lehrer von der Lehr zu reden, und die untüchtigen Priester zu entsetzen, item die Visitatio, Aufsehung auf Pfarren und Schulen.

Von der Verhör und *Ordinatio*

Es muß warlich die Ordinatio nicht allein eine Ceremonie seyn, sondern die hohe Nothdurft fordert ein scharf Examen, und daß man etlichen Mittelmäßigen etliche Wochen Unterricht thue. Nun können wir wohl achten, daß die grossen Herrn solche Schulwerke für gering Ding halten. Gleichwohl ists der Christenheit Nothdurft; und wird der Fleiß bei der Ordination nicht geschehen, so wird mit der Zeit eine große Barbarei in Deutschland werden. Darum muß der Bischoff oft selbst bei diesem Examen seyn. Es müssen auch gewisse gelehrte Personen dazu verordnet seyn, die Ordinanden nicht allein zu verhören, sondern auch zu unterrichten in christlicher Lahr ꝛc.

2.

Die rechten und ernsten Papisten halten, daß die Kirche an den Bischoffsstand, als an eine göttliche Ordnung, gebunden, und daß ohne Bischöffe kein Sacrament, keine Vergebung der Sünden, keine Kirche sey; wie solches zu Regensburg auch im betrüglichen Buch mit eingeflochten. Dieweil denn die Bischöffe ihren Stand für ein solch nöthig Ding achten, zu dem, daß sich niemand williglich aus seinem Nest, Hoheit und Gütern heben läßt, ist nicht zu vermuthen, daß die Bischöffe still sitzen werden und dieses Exempel einreißen lassen, daß man einen nach dem andern aushebe, und werden den großen Schein, den alle päpstliche Theologi und alle Canonisten für den höchsten Hauptartikel des Glaubens halten, bei dem Kaiser und allen Königen vorwenden, und um Handhabung und Schutz, nicht als für ihre Person, sondern als für die gemeine Nothdurft der christlichen Kirchen ansuchen und schreien. Denn den Bischöffen ist nicht so groß an der Lehre vom Glauben oder der Meß gelegen, als an diesem Artikel. Dazu ists bei ihnen viel ein andres, Mönch und Aebte aufräumen, denn den geistlichen Stand aus der Kirchen stoßen und abthun. Denn sie wissen selbst wohl, daß Aebte und Mönch nicht von Christo eingesetzt. So ist die Möncherei nicht allein von Bischöffen, sondern auch von den Weisen und Gelahrten bei ihnen verachtet. Darum ist von diesem Exempel nicht zu arguiren: es ist nicht groß geachtet worden, da man die Aebte in Haufen gestoßen hat, darum werde mans auch nicht achten, so die Bischöffe aufgeräumt werden. Denn in diesem Fall wird sich der Gegentheil viel ernster erzeigen, nicht allein darum, daß bischöffliche Macht größer ist, sondern vielmehr derwegen, daß sie einen großen Schein vorwenden, ihr Stand sey ein nöthig Ding zur Seligkeit. Durch diesen Schein wird man sich unterstehen, die Könige und Potentaten zu bewegen. So ist dieser Artikel ihren Gelahrten also heftig eingebildet und eingewurzelt, daß nicht zu zweifeln, wenn alle ihre Theologi, auch die friedlichsten, und alle ihre Canonisten gefragt würden, ob diese Sache werth und so wichtig zu achten, daß die Herren schuldig seyen, darum Krieg anzufahen, würden sie ohne Zweifel bald schließen, daß es die höchste und äußerste Nothdurft der Kirchen sey und das heiligste Werk, diesen Stand zu schützen. Darum bis anher etliche gelinde unter ihnen, so sich erzeigt als erkennten sie viel ihrer Mißbräuche und begehrten Besserung, haben allein von einer Reformation gesagt: so sie aber sehen werden, daß es zu Zerstörung des Standes gereichen will, werden dieselbigen die hitzigsten Feinde werden.

Zum Andern, so wird dieses Thun ausgebreitet, als eine Zerstörung der teutschen Nation und des Reichs ꝛc.

Zum Dritten wollen wir aus treuer und nöthiger Fürsorge dieses auch erinnern, daß wir sehr zweifeln von den andern verwandten Fürsten und Städten, ob sie auch Hülfe thun würden, so dieses Artikels halben Unruhe entstünde. Denn die untreuen Practiken, so zu Regensburg versucht, zeigen an, daß nicht aller unserer Verwandten Gemüth ist, den bischöfflichen Stand anzufechten, reden auch also davon, dieses sey kein Artikel der Confessio, und wäre hievon allerlei zu berichten. Dieweil denn diese Sache groß und fährlich, bitten wir unterthäniglich, man wolle sie wohl bedenken und nicht übereilen. Nachdem aber die Sach nunmehr also stehet, daß das Kapitel zu keiner andern Wahl schreiten will, und disputirt wird, was jetzo auf diesen Fall zu thun sey, ist unser unterthänig Bedenken, daß es unser gnädigster Herr bei der jetzigen Bestellung oder dergleichen bleiben lasse, und achten nicht, daß nützlich oder nöthig sey, eine besondre Person, die man Bischof oder Provisor nenne, dahin zu setzen. Denn so viel die weltliche Regierung belanget, so ist dieselbige mit jetziger Bestellung oder dergleichen genugsam versorget, und bleibt unser gnädigster Herr als Patronus der Aufseher, wie sich gebührt, und am wenigsten verweislich ist, dieweil die Sach mit *Iulio* streitig bleibet. So viel aber das bischöffliche Amt oder Kirchenregierung belanget, ist solch ihr Amt längst vor dieser Zeit bei ihnen gefallen und nicht geübt worden. Darum bedarf man derhalben keine besondre Person als Provisor. Sollt man auch einen jungen Menschen dahin setzen, der noch zur Regierung oder bischöfflichen Amt nicht tüchtig, so

Ecclesiam pertinet, in qua necesse est taxari εἰδωλομανίας, vel si fractus illabatur orbis. Deinde errant illi de ἀναρχίᾳ. Nunc vere est in ipsorum Ecclesiis ἀναρχία. Titulus est splendidus, ἱεραρχία Ecclesiae, in qua fingitur esse unus gubernator, qui custos sit doctrinae, legum et morum, deinde attribuuntur Episcopi velut ephori, nunquam ab hac specula tuendi Evangelii deiicientes oculos. Haec ita fieri optaremus, et, si fierent, iam illam ἱεραρχίαν seu politiam Ecclesiae toto pectore veneraremur. Sed constat, totam illam ἱεραρχίαν nunc quidem apud ipsos inane nomen esse; revera est ἀναρχία*). Dominari Pontifices, Episcopos, praelatos, tenere opes, dignitates, interesse Regum consiliis, aut frui otio videmus. Sed haec nihilo plus ad ministerium Evangelii, cui servire debebant, pertinent, quam Lycurgi politia.

Nostris literis magis ornata est ministerii dignitas, quam ullis scriptis adversariorum. Ideo maxime prohibemus ἀναρχίαν. Regnet in Ecclesia vox Christi, praeeant gregi Pastores et ministri Evangelii induti iustitia, ut Psalmus loquitur, hoc est, doctrina, pietate, virtute, sapientia antecellentes, et munere suo diligenter fungentes. In his rebus vera est dignitas. Tales Pastores etiam Canonicam politiam, ut vocatur, facile tuebuntur et sapienter moderari poterunt, ita ut conscientiis piis non iniiciantur laquei, et tamen disciplina retineatur. Illa vero vincula de successione ordinaria non iniiciant Ecclesiae; inde enim postea multa sequuntur: hunc ordinem Episcoporum ἀναμάρτητον esse; ea, quae communi consensu probant aut constituunt hi, qui titulum gerunt Episcoporum, amplectenda esse tanquam firma dogmata et κυρίας δόξας Ecclesiae. Denique haec persuasio praecipuum vallum est legum iniustarum, et regiae dominationis ipsorum. Ideo necesse fuit, nos de hoc circumspectius respondere.

Reliqua est extrema pars, quae invocationem mortuorum, et adplicationes Coenae Domini non dissimulanter confirmat, quam partem si quis nostra suffragatione iudicat comprobandam fuisse, is consideret quantam εἰδωλομανίαν toto orbe terrarum confirmaturi fuissemus. Magnum Ecclesiae probrum est impurus coelibatus sacerdotum. Sed multo plus mali est in invocatione mortuorum et commenticia oblatione et applicatione Missarum, ut vocant. Nec dubito quin praecipue propter has εἰδωλομανίας Deus iratus tam crudeli et foeda Tyrannide Turcica Ecclesiam puniri sinat. Nec ego nunc augere certamina volo. Scio hic *) incommoda extenuari, mitigari, tegi, inflecti verbis. Non adeo sum illiteratus, ut ignorem haec in malis causis fieri solere. Haec sunt illa σοφὰ φάρμακα, et, ut Paulus vocat, πιθανολογίαι, quae semper inde usque ab initio mundi veritati tenebras offuderunt, et paulo post rursus offundent. Clamant, opus esse concordia, pace. Agnosco, et semper vota feci, ut rebus tantis vere iudicatis concordia constitueretur; dedi etiam operam, ut diserte explicatis sententiis nostris facilius coiret concordia, et fuisse meas sententias moderatas, puto multos testari posse. Sed nulla sunt humana pericula tanta, propter quae confirmari vitiosi cultus debeant. Video quid dissensio noceat patriae, et doleo eorum, qui communi animo defendere patriam debebant, voluntates distractas esse. Sed non minus doleo, conferri causam omnium calamitatum in hoc donum Dei, videlicet in Evangelii lucem, cum revera aliae sint odiorum causae.

*) Mel. opp. γναρχία (ἀναρχία?)

No. 2388. 8. Oct.

Io. Weinlaub.

Ex autogr. Mel. in cod. Seidl. Dresd. ep. 23, edita in Wegscheideri Progr. II. ep. 9. p. 13 sq.

Cariss. viro et egregia doctrina et virtute praestanti D. Iohanni Weinlaub, Consiliario Illustriss. Marchionis, amico suo.

S. D. Hoc tempus arma potius, quam libellos flagitat, ut Turcica crudelitas reprimatur. Sed tamen interea non desperandum est de republica, nec abiicienda domestica administratio. Servabit enim Deus aliquas ecclesiae reliquias, nec tradet bestiis animas confitentes filium Dei. Quare cum hic editus esset liber *Ratisbonensis* **), duxi Tibi mittendum esse. Utinam in conventu *Naumbur-*

*) Select. epp. et lib. I. *haec* pro *hic*.
**) Acta in conventu Ratisbonensi. Vitemb. 1541. 4.

gensi deus gubernet pectora principum, ut tandem et patriam et socios defendere incipiant. Tyrannus Turcicus repressus est in Thraciam, propterea quod imperator *Carolus* invasit Africam. Factae sunt cum rege *Ferdinando* per hiemem induciae, quae Turcis eo fuerunt expetendae, quia in Hungaria vastata non potuit iam ipsorum ali exercitus. Bene vale. Die 8. Octobris.

Philippus Melanthon.

No. 2389. 12. Oct.

N. Medlero.

Ex apogr. in cod. Bav. Vol. II. p. 818. primum a Zscheichselio edita in d. Unsch. Nachr. an. 1789. p. 268. Iterum a Danzio ep. 9. — Nunc ex eodem cod. accurate descripta.

Egregia pietate et doctrina praedito Domino Nicolao Medlero Doctori Theologiae, docenti Evangelium in Ecclesia Naumburgensi, amico suo cariss.

S. D. Deus adsit Principum Conventui [1]) et eorum consilia gubernet. Ut autem et Lazarus sit in tanta frequentia, venit istic [2]) senex sacerdos, coecus et pauper, de suis et de Ecclesia bene meritus. Habet a Domino Doctore *Martino* literas ad Ducem *Mauritium* [3]). Ego certa [4]) de causa scripsi ad D. *Franciscum* [5]) Cancellarium Ducis Electoris, qui si non aderit, literas des alicui ex caeteris consiliariis Electoris. Et ut negotium huius Lazari maiore diligentia et sedulitate cures, legito ipse literas ad D. *Franciscum* scriptas. Rogo ut hunc miserum senem excipias, et ei hospitium quaeras, ipsumque ad aulam nostram ducas. Scio aulicis has interpellationes ingratas esse; sed in re necessaria pauperis caussa decet suscipere molestias. Tot iam annos negligitur hic senex sacerdos et bene meritus, ut ferreus sit, qui eius calamitate non adficiatur. Rogo ut industriae et diligentiae tuae nervos intendas. Bene vale, die 12. Octobris, anno 1541.

Phil. Melanthon.

1) Vid. epist. ad Theod. d. 4. Oct.
2) Zsch. in U. N. mendose: *is hic.*
3) Haec Lutheri epistola non legitur in opp. Lutheri.
4) Zsch. in U. N. *recta*, perperam; Danz., nescio cur, edidit: *hac.*
5) Etiam hanc epist. Melanth. non habemus.

No. 2390. 13. Oct.

Abbati Heilsbronnensi.

Epist. lib. III. p. 102 sq. (edit. Lond. lib. III. ep. 47.)

D. Iohanni Abbati in Heilsbrun.

S. D. Homerus narrat Ulyssis socios mactasse boves Solis, et carnes boum tostas horribiliter mugiisse, ut prodigio monerentur sacrilegi, quantum scelus sit diripere bona ad sacros usus destinata, ac postea authores facti omnes naufragio periisse. Non obscura est exempli significatio. Quomodo bonis Ecclesiarum multis iam saeculis Episcopi et nunc Centauri abutantur, non est obscurum: sed poenae etiam in conspectu sunt. Laudanda est igitur pietas tua, quod de tuis facultatibus iuvas Scholasticorum studia; qui Ecclesiis usui futuri sunt. Nec dubito mitigaturum Deum esse poenas publicas propter suam Ecclesiam. Parcet igitur illis, qui fovent Ecclesiae studia, sicut in excidio Hierosolymae pepercit iis, qui Hieremiae servierunt, ut aulico Aethiopi, qui nominatur Abdemelech.

Est autem hic adolescens *Franeus Nicolaus* admodum bono et modesto ingenio praeditus, Latine bene loquitur, ac Philosophiae Elementa et doctrinam Christianam probe didicit. Magnum autem specimen est honestae mentis, quod orbatus parentibus patrimonium suum studiis literarum impendit. Quare aequum est, vicissim eum ab Ecclesia, cui usui esse poterit, iuvari. Valde igitur te oro, ut eam non solum in Collegium tuum recipias, sed etiam exerceri cures, et aliquando ad Ecclesiam aliquam docendam provehas. Spero mores eius placidos et voluptati senibus, et exemplo iunioribus fore, et eruditio prodesse Scholasticis quoque aliis poterit. Bene vale. *) 13. Octob. **) 1541.

*) Ed. Lond. add. *Die.*
**) Ed. Lond. add. *Anno.*

vaticinatus sum, cum Lazarum nominavi. Praeterierunt eum[2]) Principes et aulici, ut ille in historia Lazarus negligitur a divite. Sed, optime *Medlere*[3]), tot iam annos sequor aulas et interfui difficilimis negotiis, cum quodam meo incommodo. Video esse verum quod est in Cantico: *Vulneraverunt me custodes murorum, Tulerunt pallium meum*, ait Ecclesia. Principes miris scandalis vulnerant Ecclesias, et pallia ac facultates auferunt. Interim negligitur ministerium Evangelii, propter quod filius Dei mortuus est; negliguntur et pii ministri bene meriti. Hae querelae crescunt, et invitabunt diem gloriosi adventus Christi.

Audio *Carolum* Imperatorem navigare in Aegyptum, ut Turcicos exercitus ex Europa retrahat. Deus servet et gubernet Ecclesias suas. *Stat*, ut inquit *Daniel*, *Dux magnus Michael pro filiis populi sui.* Hac spe nos adversus Turcas et[4]) alios hostes consolemur. Edidimus acta conventus. Quibus insidiis petiti sumus, inde aestimare potes. Potuissem in praefationibus queri de quibusdam; sed dolorem significavi meum. Peperci multis. Nunc hic enarratur[5]) Ptolomaei μεγάλη σύνταξις. Optarim, filium tuum adesse. Bene vale, vir optime, et amice carissime[6]). Die 2. Novembris. 1541.

Phil. Melanthon.

No. 2399. 4. Nov.

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 143 sqq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 668.

Viro optimo D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Eccles. Noriberg.

S. D. Mihi vero etiamnum *ignescunt irae et duris dolor ossibus ardet*, recordanti perfidias eorum, qui fuerunt Architecti illius Labyrinthi Ratisbonensis. Nec ego uni succenseo *cementario*, cui tu irasceris; *daedalorum* scelere magis moveor. Sed praefationes scripsi verecundius, tametsi dolorem meum significavi. Peperci Imp. *Carolo* horum turpissimorum consiliorum ignaro, cessi Turcicis terroribus, remorantur me etiam meorum insulsitates, quorum πολιτεύματα mihi plurima displicent. Istic tergiversabantur de Pannonicis auxiliis. Nunc moliuntur alia κενταυρικά. His ventis impediri scribentis ardorem, praesertim τοῦ φιλοκάλου, facile intelligis.

'O vos beatos, qui in mediocribus civitatibus vivitis, ubi, etsi sunt, quae displicent, tamen sunt vulgaria et vos culpa caretis. In aulis longe alia res est. Quare velim vos non esse adeo μεμψιμοίρους.

Mittuntur huc a Collegis tuis literae, quibus incenditur *Lutherus* adversus Senatum vestrum. Id fieri nollem. Et scire vos optarim, quantum referat, scribi potius συμβιβαστικὰ καὶ τῶν Ἐκκλησιῶν προσάγωγα. Ille etiam quae vero dolore scribit, tamen in hac temporum saevitia et impietate a malis ridentur.

Cras, quod sit faustum et foelix, ad Aulam est eundum. Negotium est κενταυρικὸν περὶ τῆς διοικήσεως νεοπυργικῆς. Meministi me in postrema Epistola Ratisbonae narrare, quas ex urbe sollicitudines mecum efferrem, nec me in conventu maiore cura venisse in curiam, quam ad aulam iterum accedendum esset. Sed Deum oro, ut nos gubernet. Utinam liceret Scholae praestare assiduitatem, in qua nunc Dei beneficio artes honestae omnes mediocriter traduntur, et studia calent.

De *Carolo* Imp. significa, quidquid habes. Hic narrant, πλησίστιον navigare in Aegyptum, ut Turcicos exercitus ex Europa retrahat. Nostri Duces Numburgae decreverunt, se missuros exercitus ad defensionem viciniae, etiamsi reliqua Germania nolit mittere. Daniel inquit: *Stat pro filiis populi sui Micaël*[*]) *Dux Magnus.* Hac me spe sustento. Sed vellem, nostros interim frenare domesticas πολυπραγμοσύνας.

D. *Hieronymo* salutem dicito, et de Anglico puero gratias agito. Bene vale. Die 4. Novembris.

Philippus Melanthon.

---

2) U. N. et Danz. mendose: *enim.*

3) U. N. mendose: *Medler.*

4) Cod. *ut*, ut videtur.

5) Primum Bavarus scripsit *enarrant*, sed correxit. Inde U. N. inepte: *enarrant tür.*

6) U. N. mendose: *Clarissime.*

*) Saub. edidit: *Michaël.*

No. 2400. (4. Nov.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 372. (ed. Lond. lib. IV. ep. 247.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo carissimo,

S. D. Si mei expectatione accidit, ut nondum e Lipsia scripseris, meam tarditatem ipse reprehendo. Etsi enim multa me vincula alligant, tamen haec rumpam potius, quam ut diutius caream vel litteris vel colloquio tuo. Cras abimus ad aulam, propter quaedam *κενταυρικὰ* negotia *) *νυνὶ ἐπιπολάζοντα*, quae me absente scis inchoata esse, quae Deus ut sedet oro. Quaeso te, vel tribus versibus significes quo animo sis. Bene vale.

Philippus Melanthon.

No. 2401. 9. Nov.

Iudicium de Episcopo Naumb.

† Ex Act. in Tabul. Vinar. Reg. B. fol. 190.

(*Alterum iudicium Theologorum Viteberg. in causa eligendi Episcopi Naumburgensis*, Torgae scriptum. Vid. epist. ad Theod. 4. Nov.)

Actum Torgau Mittwochs nach Leonhardi den 9. Novemb. 1541.

Dieweil man bedenkt, daß es nützlich sey, daß der Stift förderlich mit einer Person, die den bischöfflichen Namen und Amt habe, bestellt werde, wie wohl zu achten, daß es zu Anrichtung der Kirchen, auch sonst zur Regierung gut ist, daß die Leut wissen, an welchen sie sich halten sollen: so achten wir diesen Weg für den füglichsten.

Nämlich das ist wahr und unläugbar, daß unser Gn. Herr schuldig ist, zu verhüten, daß die Leut im Stift nicht wiederum vom Evangelio abgedrungen werden; welches ohne Zweifel seyn würde, so *Iulius*, oder sein gleicher, Bischoff seyn würde.

Diese und andere mehr Ursachen sind, daraus klar ist, daß unser Gnäd. Herr *Iulii* Wahl billig angefochten. Nun hat das Kapitel sein Recht an der Wahl verloren, will auch nicht zu einer andern Wahl schreiten; und ob es gleich wollte, so würde es doch nur einen Papisten wählen, welches nicht zu leiden, daß man einen Verfolger rechter Lehre dahin setzen lasse. Nun können die Kirchen nicht ohne einen Bischoff, die Landschaft nicht ohne ein Regiment stehen. Darum soll der Patronus ein Einsehen darein haben, und seine Autorität üben, damit die Kirchen und Landschaft bestellt werden, und gleichwohl nicht weiter denn als Patronus sich anmaaße, das ist, daß er den Adel und der Städte Räthe erfordere, und ihnen eine tüchtige Person vorschlage, und so der Patronus samt den Erforderten von Adel und Städten sich derselbigen Person vereinigen, so ist dasselbige eine wahrhaftige rechte Wahl; denn vor Zeiten ist die Wahl durch die vornehmsten vom Volk und durch die Oberkeit geschehen.

Darnach soll der Gewählte durch etliche Prädicanten öffentlich ordinirt werden mit Auflegung der Hände und dem Gebet ꝛc. und bedarf keinen andern Spectakel, daß man wollte die Pfarrherrn von Dörfern zusammenfordern ꝛc., wiewohl mit der Zeit auf eine Form der Election zu gedenken, so das Consistorium anstatt des Kapitels verordnet wird. Es ist aber vor allen Dingen noth, daß man auf eine tüchtige Person gedenkt. Denn so es ein Mann seyn wird, der stolz und zänkisch ist, wird man bald sehen, daß die neuen Bischöffe auch zu weit greifen werden.

Item, es muß auch der Bischoff, so er ein ehrlicher, vernünftiger Mann ist, als Herr seyn, der den zugethanen Voigt dennoch einhalten möge, so er in weltlichem Regiment den Städten oder andern unbillige Beschwerung aufleget, wie der Amtleute Weise ist.

Item, es müßte mit dem Einkommen eine Ordnung haben, daß der Bischoff wüßte, was ihm für seine Person, was zu Ausrichtung des Amts in Kirchensachen gehören sollt.

Item, der Voigt muß auch ein benanntes [bestimmte Besoldung] für seine Person und ein benanntes haben zur Amtsbestellung ꝛc. So auch unser gnäd. Herr den Adel und die von Städten zu diesem Thun erfordern wird, ist noth, dieses Vornehmens Ursach vorzuwenden, item eine Anzeigung zu thun, worauf die Reformation stehen soll, daß der Adel und Städte dennoch verstehen mögen, daß ein stattlich Regiment bleiben soll, Item, daß dieses nicht auf einen bloßen Schein vorgenommen werde.

---

*) dissidium inter cognatos principes. C. W. — Sed vid. epist. anteced.

(*Lutherus sua manu adscripsit:*)

„Diese Weise gefällt mir sehr wohl, wo man nur „eine tüchtige Person haben möchte. Da liegts gar „an. Sonst ist's, wie es vom Anfang allezeit ge„west, auch in viel geringern Gütern, da ein Bi„schoff oder Pfarrer einen Probst oder Haushalter, „oder wie S. Stephan ein Diakon über die Güter „gewest, wie auch noch unsre Kastenvorsteher sind."

No. 2402. 9. Nov.

M. Sidemanno.

Mel. select. epist. p. 408. Eiusd. epist. lib. I. p. 460. (edit. Lond. lib. I. ep. 131.). Recusa in Mel. Consil. lat. P. II. p. 153 sqq. — Apographa in cod. Bav. I. p. 624., cod. Goth. 263. p. 1., cod. Goth. 401. p. 197. et cod. Goth. 402. p. 117 b.

Martino Sidemanno.

S. D. Magnum omnino decus est hic Orator in Ecclesia, qui recte, distincte, iusto ordine perspicue doctrinam coelestem explicat: nec aliud opus in terra maius est. Nam haec hominum natura, ad hunc summum atque extremum finem condita est, ut Deum celebret. Nec vero putes illum Oratorem subito nasci. Statim ab adolescentia inchoanda sunt exercitia. Dicit[1]) in populo, paulatimque animadvertet, quid maxime in dicendo et prosit et deceat: audiet alios, conferet suum consilium suamque formam ad aliorum formas: magna enim sunt discrimina. Primum indocti nec docere explicate possunt, nec adhibere motus convenientes, et peccant multis in rebus, dicunt interdum parum utilia, colligunt convicia ex sermonibus conviciatorum[2]). Deinde alii sunt doctiores, vera dicentes, sed nimis verbose ac sine nervis, nihil interpretantur, nihil citant insignium dictorum, quae[3]) prudentum[4]) auditorum animos vehementer excitare solent: nihil recitant exemplorum. Denique non multum ab indoctis hi distant, nisi quod[5]) vincunt copia, et quod minus sordida καὶ ἄγροικα dicunt. Ac multi iam sunt, qui huic uni rei student, ut hac luxuria orationis auditores teneant. Nominatim aliquos referre possem, sed id coram rectius fiet. Nam tui monendi causa haec scribo, non ut cuiquam inuram[6]) notam. Tertio loco sunt, qui † primum[9]) hoc consilium domo adferunt, ut res utiles ac necessarias dicant, et has arte lectis, propriis et significantibus verbis distincte exponant. Distribuunt materias, proponunt, admonent auditorem, quid ex quolibet loco utilitatis excerpendum sit, inserunt insignes sententias, quae feriant animos, addunt exempla, concludunt ita, ut populus sciat, quid meminisse debeat, quod secum domum auferat. Addunt et motus, excitant timorem commemoratione horribilium minarum[7]), accendunt fiduciam, propositis sententiis aut historiis de fide. Diserte alias de Lege, alias de Evangelio dicunt, et prudenter retinent discrimen, alias sunt ut in schola ἐξηγηταὶ seu interpretes, alias inflammatores animi motuum, et haec non tantum quadam redundantia sermonis, sed potius proprio et gravi sermone efficiunt. Talem memini me olim audire *Lutherum*. Ut autem ad formam Ecclesiae utilem te assuefacias, profecto prodest statim incipere. Multa enim tuis erratis monitus disces. Ego quoties iam easdem materias retexui (quos enim habemus scriptores, quos imitari poteram?) paulatim animadverti, quo genere verborum, quo ordine has res dici prodesset. Prima scripta huius aetatis multa referunt Augustini. Posteriora sunt dexteriora et simpliciora. Cum igitur servire Ecclesiae constitueris, meum est consilium, tibique sum hortator, ut concionando exercere te quam primum incipias. Neque ideo depones haec communia studia literarum et Philosophiae. Haec cultura multum utilitatis adfert. Nam eruditi magis intelligunt, quid deceat et prosit. Disponere facilius materias possunt, deligunt verba iudicio graviori. Denique ut a pictoris arte sculptor adiuvatur, sic ille interpres seu Orator in Ecclesia adiuvatur a doctrina Philosophica[8]) et elegantia literarum. Nec puto haec studia coniungi non posse. Imo collatio plurimum lucis utrique adfert, et utrunque collatione fit dulcius. An tu non putas prodesse[9]) historiae Graecae et Latinae cognitionem in Ecclesia, non Philosophorum et sapientissimorum hominum sententiis τὰ νομικὰ illustrari? Sed tibi

1) *Docet* cod. Bav.
2) Sic codd. omnes. Libri impr. *conviviorum*.
3) *quo* cod. 402. et cod. 263.
4) Peuc. *prudentium*.
5) *nisi quod* non leguntur in cod. Bav., cod. 402. et cod. 263.
6) Cod. Bav. in marg. add. *aliquam*.
7) *rerum* cod. Bav., cod. 263. et cod. 402.
8) *philosophia* cod. Bav. et cod. 263.
9) † *in ecclesia* cod. 401. et 402.

de hac coniunctione doctrinarum meum consilium notum est. Effudi hanc Epistolam subito, cum quidem adversa valetudine conflictarer. Nam contentione vocis in hac assiduitate scholastica insigniter me laedi sentio, praesertim postquam vires corporis iam antea curis et laboribus fractae sunt. Sed hoc vitae curriculum, quid est nisi transitus ad[10]) meliorem vitam per has aerumnas, in quibus demus operam, ut aliqua ex parte nostri labores serviant Ecclesiae, et illustrent doctrinam de Deo et de bonis rebus. Tales impendent rerum mutationes, quibus Principum stultae cupiditates occasionem praebent, ut discedere ex his tumultibus libeat. Sed si contingeret vita longior, libellos Iuventutis causa scriptos ederem aliquanto magis expolitos. Etsi occupationibus illiteratis haec consilia etiam multum impediuntur. Sed Deum aeternum Patrem domini nostri Iesu Christi oro, ut Ecclesiam suam conservet, regat, et me quoque gubernet. Salutem opto meo conterraneo domino *Martino*, et domino *Philippo*, et caeteris amicis. Bene vale. Die 9. Novemb.[11])

Phil. Melanth.[12])

No. 2403. 11. Nov.

Cotteniis.

Ex Paullini historia Isenacensi (Francof. 1598. 4.) p. 201.

Den Erbaren, Weisen und Fürnehmen, Friedrichen und Bonaventura Cotten, Bürgern zu Isenach, meinen günstigen Freunden zu Handen.

Gottes Gnade durch unsern Herrn Jesum Christum zuvor. Ehrbare, Fürnehme, Weise, Günstige Freunde. Nachdem ich mit euerm Bruder und Vetter, Heinrich Cotten, als mit einem ehrlichen fleißigen Schüler, besondere Kundschaft habe, bericht er mich, daß er nun forthin sein angefangen Studium Iuris gern in andern Nationen, und vornemlich in Frankreich vollnziehen wollte, denn ihm als einem jungen Manne vonnöthen, andre Legenten und Universitäten auch zu besuchen, besonders da dieses Studium ernstlicher geübt wird. Dieweil ich denn zu seinem studio gute Hoffnung habe, hab ich mir diese seine Meinung auch gefallen lassen. Denn ihr, als die Verständige, selbst wisset, daß es jungen Leuten nützlich, daß sie besonders im Studiren viele fürtreffliche Leute hören, und mancherlei gute Uebung erfahren. Bitte auch derowegen von seinen wegen, Ihr wollet euch solch sein ehrlich Fürnehmen auch gefallen lassen, und ihm freundliche Förderung dazu erzeigen. Denn durch Gottes Hülf zu hoffen, solche Erfahrung und Uebung in fremden Nationen werde ihm sehr nützlich seyn. Dieses hab ich euch freundlicher Meinung anzuzeigen bedacht, und bitte, Ihr wollet meine Schrift freundlich vernehmen. Denn Euch und den Euern zu dienen bin ich willig. Datum Wittenberg auf den Abend Martini Episcopi, 1541.

No. 2404. 22. Nov.

Camerarius ad Ionam.

† Ex autogr. Camerarii in Vol. Epist. Meining. ep. 131.

Iusto Ionae, evangelistae Halae Saxonicae.

S. D. Valde sum gavisus oblatam mihi esse occasionem mittendi literas ad te, vir eximie. Scribere enim cum statim et concupivi et studui cum huc venisti (?), tum *Philippi* nostri cohortationibus voluntas nostra valde incitata fuit. Intellexi autem ex nostro amico et familiari viro D. *Cochio*, te et recte valere, et commode istic degere, ex quo quantam voluptatem coeperim facile aestimare potes, cum te et amari a nobis amantissimum mei, et coli atque magni fieri excellenti doctrina et virtute praeditum, tibi perspectum esse confidam.

De mea migratione tam subita et inopinata coram aliquando, Deo favente, colloquemur. Quid enim scribam aliud nihil habeo, quam mihi hoc esse persuasum, divino numine incitante et dirigente hanc esse susceptam atque perfectam. Quo equidem me erigo et confirmo maxime. Nam hic non ego quidem sed familia mea assuescit lentius, et in re sane domestica nonnihil difficultatis experimur, quam ἀήθειαν nobis molestam accidere necesse est. Sed haec aliis non minoris, meo quidem iudicio, faciendis facile compensantur. Summa enim est benevolentia, summa humanitas omnium erga me, quorundam animus etiam in me officio singulari, ut sperare debere videar, futurum aliquando, ut et commodis et dignitate augeamur. Sed haec Deo permittimus,

---

10) † *aliam* cod. Bav.

11) † *anno* 1547. cod. 401. — Sed cod. 402., cod. Bav. et cod. 263.: 1541.

12) Nomen subscriptum om. Peuc. in lib. I.

cui et tu sanctissimis precibus tuis commendabis fortunam migrationis nostrae. Tuam uxorem primariam foeminam amantissime salutare iubebis verbis meis, sed et nostra te cupidissime salutat, quod fieri neutra nolente καὶ ἡμῶν nusquam ζηλοτυπούντων, confidimus. Vale eximie et vir et amice. Lipsiae. X. Cal. Decembr.

Ioach. T.

No. 2405. 1. Dec.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 372 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 248.)

Viro clariss. et opt. Ioachimo Camerario Bamb. in Academia Lipsica Professori, amico suo cariss.

S. D. Huc e Lipsia mihi per nescio quos mercatores missa est fratris tui epistola, quae si tardius ad vos pervenit, quam res poscebat, mercatorum consuetudini asscribito. Saepe iam sum expertus nostras epistolas prorsus ab eis negligi, et vel amitti, vel tardissime reddi. Id mihi nunc quoque accidit de litteris ab Augustano Consule, quem Ratisbonae vidisti, missis. Hac nocte somnium adeo ἐναργὲς habui de te, et Academia Lipsica, ut non dubitem me brevi habiturum a te litteras. Quotidie tam atrocia nunciantur de *Turcorum* in Pannonia furore, crudelitate καὶ ἀσεβείᾳ, ut de periculis publicis et calamitate totius orbis terrarum cogitans paene contabescam. Sed spero tempus instare, de quo Daniel inquit: Illo tempore stabit Dux magnus Christus pro filiis populi sui, etc. Audio quinquaginta pueros crematos esse *Budae*, et cineres in templis sparsos. Hanc ipsi lustrationem esse ducunt. Haec sunt vere βαρβαρικὰ καθάρματα. Te adhortor, ut Ecclesiam tuam domesticam iubeas petere toti Reip. defensionem a Deo. Bene vale, Cal. Decem.

Philip. Melanth.

No. 2406. (his dieb.)

Ge. Spalatino.

† Ex apographo in cod. Guelph. in 4to. 20. 15. [Olsh.]

Georgio Spalatino.

Hunc *Iustum* retinuimus prope octiduum, ut diligentius erudiretur ac praepararetur. Haec quamvis brevis exercitatio grata est et utilis piis, bonis et non omnino stolidis; igitur eius moram boni consules. Videtur mihi quoque modesto et gravi ingenio praeditus esse, ideo aliquoties eum audivi et exercui. De pecunia ministri mei habeo tibi, deinde et quaestori vestro, gratiam. Meus minister mihi utriusque anni — —[1]) ἀποχάς, nam pecunia fideliter reddita est. Hac hora literas accepi de Caesaris *Caroli* expeditione in Numidiam. Res est, eum iam dudum portum habere, quem oppugnare constituerat. Audi rem integram. *Budae* Turcicus tyrannus quinquaginta adolescentes cremavit, quorum cineribus sparsis in templo videri vult purificatum templum[2]). Ad hanc immanitatem adduntur blasphema classica contra Christum, quae ne recitem, dolore impedior. Omnes concurrere et arma capere deberemus; vel si cessant nostri duces Deus adiuvet nos et puniat imperium Turcicum. Bene vale. Libelli officinis typographicis commendati nondum sunt absoluti.

Phil. Melanthon.

No. 2407. 2. Dec.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 373 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 249.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi in Academia Lipsica, amico carissimo,

S. D. Epistola tua visa est mihi sic satis hilariter scripta. Id inprimis voluptati fuit. Respondeo autem brevius, quod nondum de itinere constitui. Venissem sine aliqua dubitatione, nisi totam rem mihi permisisses. Nec me admodum negotia retinent, et tempestates spero fore commodas. Nam de his nos quidem sidera spectantes interdum pronunciare convenit: Et albae virgi-

---

1) Apparet hic praetermissum esse vel verbum, vel fortasse totam lineolam.

2) Vid. Sleidan. comment. p. 391., qui vero de hoc purificandi modo nihil dicit.

nes, ut verbis oraculi utar, quod meministi de Brenno, constraverunt viam. Una res me contentiorem efficit. Videbor velle πολυπραγμονεῖν in aliena Repub. si subito toties congrediamur. Fortassis igitur expectare nondinas commodius erit. *Camicianus* mihi nuper dixit, nihil dubitare se, quin effici possit, ut τριαχόσια sint integra, et ipse domum emas. In eam rem incumbamus. Si inspexero honestissimae coniugis tuae manum, monstrabo lineam, quae significet propriae domus emtionem: agnoscis iocos nostros. Nec tu ideo superstitiosum me putaveris, aut si illa non evenerint, falsum vaticinatorem.

De Sophocle probo consilium tuum. Decet esse exordia splendidiora. Etsi mercatores nec Sophoclis nec Xenophontis nomen audierunt, tamen nos quidem Philosophos rident, cum audiunt de oeconomia disserentes, cuius sibi artis perfectionem sumunt. De profectione hodie cum *Vito* et *Milichio* deliberabo. Nam Paulus noster habet pedes Socraticos. Bene vale. Postridie Cal. Decembris. Heri misi fratris litteras.

Philippus Melanth.

No. 2408. 2. Dec.

N. Medlero.

E codice Bavari Vol. II. p. 821. edita a Zscheichselio in den Unsch. Nachr. ann. 1739. p. 270., iterum a Danzio ep. 11. Nunc ex eodem cod. descripta.

Clarissimo viro D. Nicolao Medler[1]*), pastori Ecclesiae Neoburgensis, amico suo cariss.*

S. D. Fecit contra hospitis officium *Philippus Calensis*, quod istic[2]), nescio quae, de *Antonio* narravit. Etsi enim *Antonius* in commendatione cuiusdam Scholastici adsperserat[3]) pauca verba de suarum rerum angustia et publicae scholae desertione, tamen nullam tui mentionem fecit. Quare te oro, et ut suspicionem deponas, et ut sanes, si quid fuit offensionum. Arbitror tibi meam naturam et voluntatem notam esse. Mori malim, quam inter nostros inflammare discordias. Ideo profecto *Calensem* illum obiurgabo, qui me illis sermonibus admiscet. Multa nobis, mi *Nicolaë*, condonat Deus pater domini nostri Iesu Christi; condonemus et nos fratribus sanguine filii Dei redemptis, sociis Evangelii. Quod de *Iulio* interrogas, mihi totum illud negotium ignotum est. Dixi quibusdam, quorum maior est autoritas, ante omnia certos reditus ex illis Collegiis transferendos esse ad utriusque oppidi, Neoburgi et Citheae[4]) Ecclesias et Scholas, ut ministri Evangelii et gubernatores deinceps certa et perpetua stipendia haberent. Sed quid agatur, prorsus ignoro. Bene vale, die 2. Decembris 1541.

Phil. Melanthon.

1) *Medler*] Sic cod.; U. N. *Medlero*.
2) U. N. mendose: *istis*.
3) Cod. *adsperat*, quod etiam Zsch. edidit in U. N.; sed recte Danz. emendavit *adsperserat*.
4) U. N. *Citheae*; est *Zeitz*.

No. 2409. 4. Dec.

A. Moibano.

Epist. lib. III. p. 226. (ed. Lond. lib. III. ep. 135.)

D. Ambrosio Moibano Pastori (Vratislaviensi).

S. D. Tuam concionem ad Episcopum *Vratislaviensem* legi, quae mihi quidem cogitanti de solicitudine Ecclesiarum vestrarum lacrimas movit. Scio ubique in Germania, praesertim in ditionibus Episcoporum, multas esse Ecclesias sine pastoribus. *Eichstetensis* cum ea de re apud *Carolum Contarenum* quereretur, respondit *Carolus*, se ex Italia missurum Italos Sacerdotes, quos praeficeret. Rident nos, mi *Ambrosi*, et seditiosos ac ἀλάστορας patriae et Ecclesiae vocant. Ideo desino eis concionari. Donec Deus mihi vitam concedet, doctrinam piam, ut potero, explicabo, ut scholis serviam. Ab illis Collegiis Episcoporum non expecto emendationem rerum. Metuunt Pontificis Romani fulmina, metuunt Reges, metuunt nobilitatem, denique *Omnia metuunt praeter Deum.* Scio quid mihi acciderit tentanti quorundam voluntates. Quare nostrum officium faciamus et Deum precemur ut Ecclesias nostras servet ac defendat adversus Turcorum arma, et det pios pastores, et gubernet iuventutis

Ja sie verwerfen solch öffentlich ministerium. Dieses ist eine unleidliche blasphemia, daß sie das öffentlich ministerium verbi verwerfen, und lehren, man soll sonst heilig werden ohne Predigt und Kirchenämt. Darüber ist es eine Zerstörung der Kirchen und ein Aufruhr contra ecclesiasticum ordinem, welche Zerstörung auch verhütet und gestraft werden soll wie andre Aufruhren. Und diese Ursach ist nicht gering zu achten. Denn die [6]) Potestat ist schuldig laut des andern Gebots, das öffentliche ministerium, i. e. ecclesiasticum ordinem zu schützen und zu erhalten. Und diese zwo Ursachen werden angezogen wider die Donatisten; da auch die alten Kaiser den Wiedertauf peinlich gestraft haben: die erste, daß die Donatisten die Kirchen zurissen und damnirten Sacrament und Kirchen an allen Orten, darum, daß man die Bösen duldet in Kirchen; wollten auch eine reine Kirchen machen wie die Anabaptisten, und wenn man das vornimmt, so muß die öffentliche ordinatio zerstöret werden. Denn in dieser Welt ist dieselb rein Kirch nicht möglich, wie uns Christus oft verwarnet hat, und gelehret, man soll sie also dulden. Die andre Ursach war, daß die Donatisten und circumcelliones viele gewaltiglich überfielen, wie auch die Anabaptisten sich an vielen Orten erzeigt haben, und haben dennoch die Donatisten so viel schrecklicher und aufrührischer Artikel nicht gehalten, was weltlich Regiment und Wesen belanget.

Derhalben schließen wir, daß, so viel die Anfänger und receptores belanget, mein gnäd. Herr die Strafe, in codice lege secunda [7]) gesetzt, wider sie mit gutem Gewissen brauchen möge. Dergleichen schließen wir auch von den andern, Anhängern und Verführten, welche öffentlich aufrührische Artikel haben, und nach geschehener Vermahnung und Unterricht darauf beharren, item, welche darauf beharren, daß unsre Tauf und Prediger [8]) nicht christlich sind, und also diese Kirche nicht Christi sey, wider diese mag der Potestat auch gedachte poenam codicis brauchen mit gutem Gewissen.

Von den Dritten, wo man findet etliche, die aus Einfalt in Irrthum gefallen sind, und lassen sich davon weisen, und wollen revociren, soll man sie annehmen mit einer öffentlichen Pönitenz und Bedrauung, so sie wiederum fielen. Im Fall aber, daß sie sich nicht davon weisen ließen, denn ihrer viel sind leiblich besessen mit dem Teufel, und man findet doch kein öffentlich aufrührisch Artikel oder Muthwillen, mag man sie verweisen, oder mit einer andern gelinden und [9]) gnädigen Straf, die ihnen zu Besserung, und andern zu einem Scheu dienen möge, straffen.

Das alles soll man nach Gelegenheit lindern oder schärfen. Daß man nicht viel Frucht schaffe mit den Tödten, derhalben, daß die Wiedertäufer so getrost sterben, ist so hoch nicht anzusehen, daß darum kein Ernst sollt erzeigt werden; sonderlich wider die Anfänger und receptatores, und Anhänger die aufrührische Artikel vorgeben. Sondern der Potestat ist schuldig vor Gott, Blasphemien und Aufruhr zu wehren, und soll auf Gottes Befehl und in Gottes Furcht sein Ambt brauchen, so wird Gott helfen, daß es Frucht schaffet. Denn man muß den Teufel verachten, und nicht mehr denn Gott fürchten.

So weiß auch der Potestat dieses, daß, obschon etliche Anabaptisten aus Einfalt irren, daß dennoch die Sect gewißlich vom Teufel ist, und gereicht zu Ver[illegible]gung der rechten reinen Lehr des Evangelii; denn sie lehren gewißlich eitel Werk und nicht Christum. Ja sie haben keine gewisse Lehr. Darüber gereicht sie zu Zerstörung des ministerii und zu Aufruhr. Denn das ist auch gewiß, daß sie viel Irrthum haben von weltlichem Regiment. Derhalben muß der Potestat den Secten wehren, ob er schon etwa mit einer Person zu geschw[illegible] führe, thut er dennoch recht, daß er den Secten wehret. Denn es ist genug, daß Gesetz und Straf an ihr [illegible] und in genere in Gottes Befehl gehe, und recht gemeinet werde, und in plurimum recht geübet werde.

Philippi Handschrift [10]).

Placet mihi *Martino Luthero*.

Wiewohl es crudele anzusehen, daß man sie mit dem Schwert straft, so ist [11]) doch crudelius, daß sie ministerium verbi damniren, und keine gewisse Lehre treiben, und rechte Lehr unterdrucken, und dazu regna mundi zerstören wollen.

M. L.

---

6) Cod. Pal. der.

7) *lege secunda* desiderantur in cod. Gall.

8) Cod. Pal. Predige.

9) gelinden und non habet cod. Pal.

10) Philippi Handschrift non leguntur in cod. Pal.

11) Cod. Pal. ists.

Patroclo hortator est, ut amicum suum familiariter admoneat, ac ad lenitatem revocet, et addit, ἀγαθὴ δὲ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου. Gaudeo igitur apud te quoque utriusque nostrum, *Ioachimi* et meam παραίφασιν valere.

Bis a me iam petiisti, ut aliquid significem de deliberatione *Neoburgensi*. Fuit illa quidem honesta deliberatio; sed Hectoreum illud imitari Principes optarim, ἁπλοῦς ἐπ' ἐχθροῖς μῦθος, ὁπλίζειν χέρα. Pollicentur se, coniunctis copiis, Germaniae fines defensuros esse, etiamsi Principes, qui tenent Germaniam, quae est ultra Herciniam, non miserint auxilia. Ratio inita est, ut praeter copias Bohemicas, Slesiacas et Moravicas nostri octoginta millia peditum mittant, et aliquot millia Equitum. Deus excitet Ducem aliquem, et doceat manus eius ad proelium. Nam copiae, arma, pecuniae fortasse non deessent. Fortasse ne Dux quidem, si esset εἰλικρινὴς εὔνοια inter eos, quos praecipue oportet esse coniunctos. Deum oremus, ut ipse Ecclesiam defendat. Utinam etiam noster ordo, videlicet τῶν διδασκάλων, esset ἀνέγκλητος.

Leningum, quem scribis curari *Hebenο*, novi. Monstroso corpore et animo est, καὶ ὠμὸς τῇ συζύγῳ. Et cum ludat opinionibus variis in religione, mirum est, quantum sibi placeat. Quare parcere vos *Bucero* velim. Et illi insulsi libelli Iasonici per se consilescent. Nostris scriptionibus fierent notiores; et fortasse hanc camarinam moveri, illi ipsi autores vellent. De re a nobis et dicitur in aliis operibus et saepe dici poterit. Bene vale. *Capitonem* nobis ereptum esse doleo. De Pontifice si quid audies, scribito. Iterum vale, die 11. Decembris*).

† Philippus Melanthon."

No. 2413. (fere d. 11. Dec.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 374 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 250.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bam. in Academia Lipsica amico suo cariss.

S. D. Velim *Christophorum*[1]), si erit πραγματικὸς melius cavere aliis, quam sibi cavet: petit testimonium, nec tempus significat, quod scribi in talibus litteris necesse est. Deinde non indicat, quem ad usum flagitet. Nam haec non scribimus eodem modo, nisi putat me haec mutare ex antiquis formulis pedellorum. Ac nuptiae D. *Melchioris* in caussa fuerunt, quo minus eum interrogarim his diebus de tempore et studiis eius. Mitto formulam, quae si non placet, compones aliam, vel communicata re cum *Melchiore*, qui iam isthic est, et inde recta ad *Moguntinum* perget. Mittes autem nobis obsignandam.

Audio his diebus *Pompeii* socerum Vratislaviae fuisse, ac properare ad regem Sarmatiae: aiunt Legatum esse *Ferdinandi* petentis συμμαχίαν contra Turcas. Sed suspicor aliud agi. Fama est enim *Paulum* tertium decessisse.

Nicolao Magno[2]), si ad te redierit, dices, expectari eum a nobis, eique nostris verbis gratulabere reditum in Germaniam. Deum patrem Liberatoris nostri Iesu Christi oro, ut honestiss. matronam coniugem tuam et totam familiam servet.

De schola θαρσεῖν χρὴ, τάχ' αὔριον ἔσται ἄμεινον.[3]) Nunc enim quae sit trepidatio potentum vides. Nec despero Ecclesiam etiam ex his periculis eluctaturam esse. Bene vale, vir optime et mihi cariss. Salutem tibi asscribi iusserunt *Lutherus*, *Amsdorfius* et *Forchemius* tuus.

Philippus Melanth.

No. 2414. 15. Dec.

M. Crodelio.

Epist. lib. V. p. 862 sq.

Marco Crodelio, (gubernanti scholam Torgaviensem).

S. D. Meminisse te, opinor, fabulam, in qua dicitur, duos pauperes forte in via convenisse, alterum caecum, alterum claudum. Caeco opus erat monstratore viae. Claudo opus erat gestatore. Communicant igitur operas. Caecus robustus tollit in humeros claudum, claudus gubernat

*) Alia manus adscripsit ann. 1541. (repetitum in lib. VI.).

1) Chr. a Kanheim.

2) Nic. Gross.

3) „Versus Theocriteus est." C. K.

incedentem. Sic decet nos miseros in Ecclesia communicare officia, et conferre operas. Quare te rogo, ut hunc bonum senem commendes Dominis in Cancellaria. Didicit elementa doctrinae Christianae, et nihil magnum petit. Est aequissimum, vel ali eum in monasterio *Dobrilocensi*, vel commendari ei aliquam Ecclesiolam: sed mallemus, eum prius exerceri vel apud Concionatorem monasterii Dobrilocensis, vel alibi. Iuvemus nos, dum possumus; magnae enim rerum mutationes impendent. Turcae non cessabunt, Germani cuntantur, *Carolus* Imperator impeditur fato fortassis Germaniae. Reliquum est, ut Deum oremus, ut non sinat deleri suum nomen et Ecclesias suas. Bene vale. Die 15. Decembris.

Philippus.

Mi *Marce*, nos hic pro sene in hospitio solvimus, et aliquid viatici dedimus. Hoc scripsi d. Cancellario. Tu vero hortator esto, ut istic ei detur viaticum.

No. 2415. 16. Dec.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 375 sqq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 251.)

Clariss. et opt. viro Ioach. Camer. Bam. in Acad. Lipsica amico suo cariss.

S. D. *Fama malum quo non aliud velocius ullum:*

Et haec celerius spargit tristia. Itaque rumores de *Carolo* Imperatore ante *Viti* litteras, oppidum nostrum pervagati erant. Etsi valde consternatus sum, tamen si salvus est *Carolus* Imperator, ut opto, ac in Italiam rediit, fato retractum ad patriae defensionem iudico. Quid enim consilii esse dicemus? quod cum in vicinia et paene in conspectu esset Turcicus exercitus, procul in Numidiam discedit, quaerens nescio qualem *μυομαχίαν*. Quanquam haud frustra fortassis retrahitur. Nam et Alexander infeliciter cum Scythis conflixit, qui erat, ut est in versu Homerico, *ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής*, tamen celeste numen officii eum admonet. Cogito et alia, quae coram exponam, cum, ut spero, certiora et minus tristia audiemus. Illa tua querela est iustissima, Heroas nostros non affici sensu publico calamitatum. Una igitur nobis reliqua est consolatio, quam toties repeto: Deo aeterno curae esse Ecclesiam filii sui Iesu Christi, quam semper mirandis modis servavit. Fieri non potest, quin puniantur tot seculorum *εἰδωλομανίαι*, libidines et parricidia. Sed servabit Deus tamen aliquas Ecclesiae reliquias, in quibus et te et familiam tuam esse non dubito. Sed haec coram.

Christophori testimonium subito erat scribendum, et is tantum semestre scripserat in suis litteris, de anni curriculo, secutus sum divinationem *Pauli* nostri. Scripsissem longius et ornatius testimonium, si tempus et studia melius scivissem. Mitto tibi fratris litteras, quas, ut certo homini traderem, petivit. Dedi nuncio Ienensi probo homini. Sed tamen volo te significare nobis, an acceperis.

Admonet me etiam somnium huius noctis, ut significem de vino Ienensi. Noster Notarius *Cunradus* ingeniosissimus homo, civis Ienensis, solet huc advehere Ienensia vina. Hic promisit tibi operam suam, ac pollicetur missurum ac empturum ex tuo mandato, qualia voles. Censeo eius opera utendum esse. Nam et ingenio excellit, et est humanus. Fuit *Othmani Beckmani* amicus, postea diu fuit in decuria scribarum aulicorum. Et nunc servit aulae et nobis.

Tuam orationem velim te ante Nondinas edere, aut mihi edendam mittere. Id postulat etiam *Caspar ὁ σταυροφόρος*, qui mecum erat, cum haec scriberem. Colamus haec nostra studia, dum possumus, et ingenti animo feramus huius ultimi seculi tempestates, quas fore difficilimas praedicunt celestia oracula. Aliquoties heri ingemiscens clamavit *Lutherus*: Nimis verum esse vaticinium Pauli, qui dixit fore postrema aetate *χαλεποὺς χρόνους*. Bene vale, die XVI. Decemb.

Salutem tibi et honestissimae tuae coniugi et carissimis liberis optat *Caspar ὁ σταυροφόρος τῇ ἰδίᾳ χειρὶ*, et patriae precatur, ut et agnoscat donum divinitus oblatum, et eo recte utatur, ac sicut olim Mysiae laus tributa est *φιλοξενίας*, ita nunc quoque tibi et litteris benigne praebeat hospitium. Sic enim puto esse apud Apollonium:

τοὺς μὲν ἐΰξείνως Μυσοὶ φιλότητι κιόντας
δειδέχατ' ἐννάεται κείνης χθονὸς, ἤϊά τέ σφι
μῆλά τε δευομένοις, μέθυ τ' ἄσπετον ἐγγυάλιξαν.

Quare si antiquae virtutis meminit, spero fore, ut te quoque amanter complectatur. vale.

Philippus.

No. 2416. (fere d. 22. Dec.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 378 sq. (ed. Lond. IV. ep. 252.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi in Academia Lipsica amico suo cariss.

S. D. Verecundia tuae Epistolae me negligentiorem reddidit. Nam si expectari me arbitratus essem, omnino abruptis omnibus vinculis advolassem. Erat difficile subito currum conducere, et me *δικανικὰ* quaedam retinebant, in quibus scis meam suffragationem requiri. Sed haec negotia non soleo anteponere tuae voluntati. Spero autem sarciri posse hanc cessationem.

Quod prehensandum censes alterum illum*) *νομοφύλακα*, assentior, quem quidem favere tum studiis, tum tibi quoque arbitror. Est enim ingenio excellenti, et politica natura praeditus, et in eo doctrinae genere, in quo versatur, perfectus. *πολλὰ δὲ ὕπουλα νῦν ἐστι, καὶ τῶν εὐδοκίμων ἀνδρῶν παθήματα σκεπτέα τοῖς φιλοσόφοις.* In Nondinis, Deo dante, affuturus sum. Sed siquid a me prius agi vis, significa. Etiamsi ipsi contabuntur, spero per aulam posse effici quod cupis. Sed tamen prius horum voluntates explorandae sunt.

Percussit meum animum, quod in ipso articulo tui exordii *παρὰ ἑτέρου ἐπαγγέλλεται τοῦ Ὁμήρου ῥαψωδία ἢ ἐξήγησις.* Etsi fortassis tota ea res nihil ad te pertinet, et ille amicus est, tamen de tempore subiit animum admiratio. Si pax erit, spero facile te has difficultates, quae solent in initiis migrationum incidere, superaturum, et habiturum non solum ad excitanda, sed etiam ad ornanda studia otium. Nec metuo alia bella, nisi Turcica. Saepe mihi venit in mentem *ὄνειρος* anni superioris: Vidi nos duos in celsa quadam arce in coetu auditorum sedere ad Albim, ac nos quidem otiosi et securi ambo legebamus Demosthenem, sed Albis erat cruentus. Deum oremus, ut has regiones defendat. Bene vale cum domestica Ecclesia, et tuam orationem edi curato.

Philippus Melanth.

*) Commerstadium. C. W.

No. 2417. 28. Dec.

S. Hellero.

Edita a Schützio in epistolis Lutheri I. p. 237. (apud de Wettium T. V. p. 52*f*.). Scribendi genus satis docet, Melanthonem epistolam scripsisse. Ut Melanthonis epistola edita est a Strobelio in Melanchthonianis p. 128.

Sebastiano Hellero, cancellario Marchionis Onolzbacensis.

Etsi [1]) in tanta publica moestitia non libenter interpello aulas, tamen fieri aliter non potest, quin etiam privatae miseriae ad vos deferantur. Hungariae clades aliqua ex parte a vicinis sentiuntur. Sunt apud nos Hungari aliquot, qui ex patria propter crudelitatem expulsi sunt [2]). In his est *Matthias Devay* vir honestus, gravis et eruditus. Arbitror notum esse Illustrissimo Principi Marchioni *Georgio*. Quare suo difficillimo tempore ab eo Principe praecipue opem et auxilium implorat. Te igitur [3]) rogo, ut causam piam exulis boni [4]) et docti adiuves. Fuit ante quoque [5]) in periculo apud suos propter pias conciones. Nunc est promiscuum latrocinium. Trucidantur pii a Turcis et ab Hungaricis Satrapis. Vides imaginem eius temporis, de quo scriptum est: fore talem adflictionem, qualis non fuit ab initio. Nec dubito te affici communibus calamitatibus. Ideo tibi et hunc bonum virum commendo. Hic affines tui, Dei beneficio, sunt incolumes. Socrus iam est Torgae apud tuam sororem puerperam. Bene et feliciter vale. Deus te et honestissimam coniugem tuam et dulcissimos liberos servet. Die 28. Decemb. 1542. [i. e. 1541.] *)

1) Schütz: *G. et P. Etsi.*

2) *ex patria ... expulsi sunt*] Sch. *a patria ... exulant.*

3) *igitur* non habet Sch.

4) Sch. *viri boni* pro *boni.*

5) *ante quoque* Sch. pro *antequam*, quod Strob. habet.

*) Apud de Wettium subscriptum legitur nomen *Lutheri*, haud dubie ex coniectura.

filiam, quam cum pater negaret se Tyranno datu-rum esse, aliquanto post *Dionysius* conficto crimine, interfectis *Aristidae* liberis, interrogat, an nondum poeniteat eum consilii, cum filiam ipsi despondere noluit. Hic *Aristides* ingenti robore animi, Etsi, inquit, magno dolore afficior, crudeliter necatis liberis, tamen me recti consilii non poenitet. Ita etsi vidimus, quantam ruinam etiam quarundam bonarum rerum traxerit civilis discordia, tamen mei me consilii non poenitet. Haeret discordia; non nostra culpa, sed scelere illorum, qui illucescentem veritatem ferre nequeunt. Deinde illos ipsos rogo, ut de fontibus non disputem, ut cogitent, solere fatales mutationes omnibus rebus humanis accidere, quae humanis consiliis caveri non possunt. Satis bene nobiscum agi putemus, si sapientia et moderatione mitigari possunt, cumque non contingit ὁ ἐξ οὐρίας πλοῦς, ut dicitur, decebat illos sapientes, non iracundia, odiis, pertinacia augere pub. difficultates, sed tentare δεύτερον πλοῦν, et sua aequitate lenire incommoda, et sanare Rempub. Cur, cum Ecclesiae fuerit opus emendatione, deinde cum iam aliqua ex parte mutatio inciderit, non dant operam, ut saluti omnium gentium recte consulatur? Sed desino de aliorum voluntatibus disputare, de me dicam.

Me nec opum nec honorum cupiditas ad societatem horum certaminum in Ecclesia impulit. Et me in his tantis motibus, cum honestae voluntatis, tum vero etiam actionum, consiliorum et scriptionum rectarum *) atque utilium conscientia consolor. Collegi in duobus libellis, in *Locis Theologicis* et in commentario Epistolae ad Romanos, doctrinam Ecclesiarum nostrarum, quam profecto optarim sinceram et incorruptam ad posteros propagari. Nec iudicia Epicurea moror illorum, qui quia Evangelium arbitrantur esse fabulosum, nolunt errata Ecclesiarum reprehendi, nolunt inquiri doctrinae fontes. Nam Cyclopum sapientiam toto pectore et odi et abominor. Iudico unam esse de Deo et voluntate divina veram doctrinam, quae in Ecclesia Dei extitit, inde usque ab initio conservatam in libris Propheticis et Apostolicis, et probatis testimoniis Ecclesiae proximae post Apostolos. Hanc doctrinam colendam, discendam et propagandam esse sentio. Sentio item multa esse in recenti Monachorum doctrina non dissimulanda errata. Quare cum partem scholastici laboris sustinerem, collegi non solum magna sedulitate, sed etiam cura et fide rerum summas, quas inclusi his libellis, in quibus mihi non volo ignosci, si quid inest erroris. Usus autem sum Dialectico quodam filo in explicandis dogmatibus, non eo tantum, quod haec forma expeditior est, et facilius res comprehensae talibus metis intelliguntur, sed etiam quia, quae proprie et perspicue dicuntur, moderatissime dicuntur. Sperabam autem fore, ut aliquando rerum optimarum perspicuitas et evidentia καὶ ἐνέργεια et moderatio aditum ad communem concordiam patefacerent. Durabiliora sunt et etiam certiora, quae proprie dicuntur, si modo vera sunt, quam ambigua et intricata. Prodesse igitur nostros libellos proprie scriptos piis iudico, nec studium *Hervagii* amici nostri improbo, qui edendos esse putavit.

Ne tamen arrogantius vel de his vel de aliis meis lucubrationibus sentire videar, hic iterum testor, ut saepe alias testatus sum, me non defugere iudicia piorum et eruditorum toto orbe terrarum: deinde me Ecclesiis nostris candide permittere iudicium de omnibus meis sententiis et actionibus. Ac sentio Ecclesiam Christi esse nostras Ecclesias, et pios ubicunque terrarum iudicio et voluntate cum nostris Ecclesiis coniunctos. Quaedam sunt breviora in his, de quibus dixi, quam res postulat, quae, si vita erit longior, explicabimus. In caeteris Theologicis quid probem, ex eo libro, cui titulum feci *Locorum*, aestimari potest. Quaedam enim si adfuissem editioni summovissem. Nihil dubium est librum Geneseos omnium scriptorum Propheticorum eruditissimum esse. In hunc vix sunt inchoatae enarrationes, in quibus tum quidem etiam senibus placebat discrimen Legis et promissionis Evangelicae, sed paucae sunt et exiguae pagellae, cum hic liber multo copiosiorem enarrationem flagitet. In Iohannis Evangelium, quam tenuis est lucubratio! Sunt et sententiae recentes collectae περὶ δείπνου κυριακοῦ, quarum aliquae in illis autoribus, qui citantur, sunt supposititiae. Haec et similia, quaedam mallem omissa esse. Memini olim *Tubingae Lempum* nobis pingere in tabula Transsubstantiationem, ut vocant. Mirabar insulsitatem hominis tum quoque, neque iam velim citatis nothis sententiis, titulo *Cypriani*, aut *Ambrosii*, aut *Theophylacti*, confirmari abusus Sacramenti. Comperi miram fuisse audaciam et impudentiam describentium ve-

*) Mel. opp. Viteb. *scriptionum rectarum*; Select. epp. ed. pr. *scriptionum rectorum* [sic], inde in Select. epp. ed. al. et lib. I. *scriptorum rectorum*.

teres libros, qui ut imponerent indoctis, multa de suo adscripserunt pugnantia cum autoribus.

Quod autem saepe optavi, ut aliquando autoritate seu Regum seu aliorum piorum Principum convocati viri docti de controversiis omnibus libere colloquerentur, et relinquerent posteris firmam et perspicuam doctrinam, idem adhuc opto. Meas sententias fuisse moderatas, et consilia συμβιβαστικὰ*), ad communem concordiam accommodata, multi norunt. Sed tamen idem nolim ambiguis et fucosis moderationibus restitui errores, et confirmari saevitiam nostra suffragatione. Quaeratur concordia salutaris Ecclesiae, non ut ille, qui conditiones flexiloquas Antiocho scripserat, ut dimidium navium ei relinqueretur, postea dissectis navibus acervum dimidiatum reliquit. Nec adeo vel historiarum vel vitae communis ignarus sum, ut non cogitem, qui fuerint exitus multorum praestantium virorum in dissensionibus civilibus, aut in imperiis tyrannorum. Scio saevitum esse in Prophetas, in filium Dei, et Apostolos; saepe etiam exempla extra Ecclesiam considero, *Theramenis*, *Demosthenis*, *Demadis*, *Phocionis*, *Callisthenis*, *Ciceronis*, et aliorum innumerabilium, qui in bonis causis oppressi sunt. Verum huius nostrae militiae hoc proprium est munus, non solum suscipere honesta et necessaria certamina ad coelestem doctrinam patefaciendam, sed etiam habere paratos animos ad perferendas aerumnas, quae hanc militiam comitantur. Sit causa honesta et Ecclesiae necessaria, exitus vero Deo commendentur.

Haec pauca, cum dicendum esset, quos libellos probem, adieci de mea voluntate, quam quidem spero multis cognitam et perspectam esse. Altera pars est scriptorum, quae Philosophicas materias continet; quam satis apparet non ostentationis causa editam esse. Nullus enim libellus est integer aut absolutus. Quidam amici ex Italia ad me scripserunt, quosdam doctos viros mirari, cur tales nugas publicari sinam. His respondere soleo, non in Typographos culpam derivans, ne quidem in ingenii imbecillitatem, etsi hos versiculos de me saepe recito:

Invida me spatiis natura coercuit arctis,
Ingenio vires exiguasque dedit.

Sed alia causa est, cur has scholasticas materias agito, quia, qui in scholis regunt iuventutis studia, hos necesse est has disputationes proponere. Non est nobis hic finis nostrarum commentationum propositus, ut, velut olim panegyrici audiente tota Graecia in publicis conventibus recitabantur, ita nos ad ostentationem eloquentiae aut doctrinae nostras lucubrationes edamus, sed utilitati scholasticorum servimus, ac fui, quantum potui, et hortator et adiutor, ut adiungeret iuventus ad doctrinam Christi Philosophiae studia, non illius garrulae et lutulentae, sed purioris, videlicet Mathemata, Physicen et Ethicen, et sine eloquentiae exercitiis et linguarum cognitione lumen habere haec tam multiplex doctrina non potest. Ideo vetustos scriptores utriusque linguae multos enarravimus, multa decerpsimus, quae videbantur ad excolendos et erudiendos ingeniosos prodesse. Id fecissem accuratius, si plus esset otii. Nec succensebo, si quis ea, quae desiderat, deesse arbitratur propter ingenii mei tarditatem, quod etiam iniuriis fortunae et aularum debilitatum est. Sed tamen res ipsa ostendit, quaedam Physica nitidius et Ethica rectius a nobis explicata esse, quam olim tradebantur. Me quoque paulatim usus, ut fit, erudiit. Diu et consilium *Aristotelis* et accommodationem Geometricae proportionis ad iustitiam distributivam in *quinto Ethicorum* ignoravi, donec viderem eandem a *Platone* aliquanto illustrius traditam esse in *quinto de legibus*. Solet enim *Aristoteles* multas venustas figuras a *Platone* mutuari. In eo loco *Aristotelis* etiam Graeci commentarii consilium autoris non exponunt, non vident eum partiri omnem in vita communicationem in duo genera: in rerum commutationem, in qua quaerenda est summa aequalitas Arithmetica proportione, et in societatem cum hominibus seu personis. In hac societate, in legendis magistratibus, in discernendis omnium hominum gradibus privatim et publice, tuenda est proportio Geometrica. Nec sine labore diiudicavi sectas, et ostendi quomodo ad doctrinam Ecclesiasticam haec Philosophica conferenda sint. Quanquam autem aspiciens interdum editos libellos ipse multa desidero, tamen minus me poenitet horum laborum, cum cogito inscitiam et ignaviam superiorum annorum. Memini cum legeremus una *Oecolampadius* et ego Hesiodum, meque admodum adhuc adolescentulum invasisset mirifica quaedam cupiditas intelligendi cum caeteros locos de ortu et occasu stellarum, tum vero eos versiculos in quibus ait, *Quadraginta dies latere Pleiades*, neminem fuisse in magna frequentia, praeter unum *Stofl-*

*) Mel. opp. Viteb. συμβιβαστικῶς.

1542.

No. 2427. **2. Ian.**

Io. Agricolae.

Ex autographo, quod adiectum est libro Leonhardi Fuchsii de historia stirpium, Basil. 1542. fol. in bibliotheca Academiae Nobilium Liegnizensis, edita a S. V. Dav. Schulzio, Vratislav., in der allgemeinen Kirchenzeitung no. 71. ann. 1828. — Putat Schulzius epistolam scriptam esse anno 1543. Sed scripta est Lipsiae in nundinis anno 1542. Ex epistola ad Camerar. d. d. 15. Ian. h. a. intelligitur, Fuchsium nuncium cum libro ad Marchionem misisse, cui verosimiliter data est haec Melanthonis epistola ad Agricolam perferenda.

*Clarissimo viro, et egregia virtute et eruditione praedito, **D. Iohanni Agricolae Islebiensi,** amico suo.*

S. D. Post generi tui discessum venit ad me D. *Nicolaus Luceus*, ac literas mihi tuas exhibuit. Etsi argumentum erat triste, quidnam scribi in tantis miseriis publicis aliud potest? tamen studio et benevolentia tua delectabar, tibique gratiam habeo. Meministi, quam vetus inter nos amicitia sit, quae, etiamsi magna temporis varietas incidit, tamen a me quadam perpetua benevolentia conservata est. Et optarim, nostram coniunctionem prodesse cum studiis tum aliis bonis rebus. Nam nos quidem, qui amicitias virtutis causa colendas esse ducimus, referre eas ad utilitatem aliquam publicam debemus. Itaque fretus et humanitate tua et amicitia nostra, duxi nunc tibi viri docti causam commendandam esse. Vir doctus *Leonhardus Fuchsius*, herbarum editor, qualis antea nemo, ut ipse iudicare poteris, qui naturae cognoscendae studio semper flagrasti, et in hoc ipso genere doctrinae cum singulari dexteritate versatus es, id opus dedicat Illustrissimo Marchioni Electori *). Etsi fortassis hoc officium leve ducitur, et aulae sunt impeditae ubique, tamen honorificum est principi Marchioni eam de ipsius virtute opinionem *) apud doctos et bonos viros, quod faveat honestis studiis. Scio multos offendi, cum aliquid eis dedicatur **), sed hi significant, quam sint aegri literis. Eris igitur pro tuo amore erga honesta studia, ac praecipue medica, hortator, ut illustrissimus princeps ostendat, sibi *Fuchsii* officium gratum esse. Petit homo, amans et operis sui et doctrinae, sumptus in pingendis herbis, quas nusquam vidi melius pictas, ac vere dico, me talem codicem sic ornatum vivis coloribus triginta aureis empturum esse. Narrabis igitur aliquid de sumptibus. Honorificum est regi Lysimacho, dici ab eo Lysimachiam herbam, honorificum Artemisiae, nominatam esse ipsius adpellatione herbam. Nunc omnium herbarum adpellationibus additur Marchionis *Ioachimi* nomen. Quare etsi scio, in hac temporum tristitia ***) haec officia minus esse iucunda, tamen ea est magnitudo animi in principe, ut haec pacis ornamenta nondum negligenda censeat. Bene vale.

2. Ianuarii. Faustum et foelicem annum Ecclesiae, tibi et reipublicae opto. Ego omissis principum negotiis iuventutem in literarum studiis exerceo, profuturis Ecclesiae quocunque tempore et qualescunque erunt mutationes regnorum, quas regere nostris consiliis non possumus. Meas tamen sententias fuisse moderatas, et meam naturam abhorrere ab ambitione et ambitiosis consiliis, testem te facere non dubito. Deum oremus, aeternum patrem liberatoris nostri Iesu Christi, ut

*) Ioachimo II.

*) Suppl. *esse.*

**) Mos enim erat, scriptori pro dedicatione largum munus dare. Typographi illo tempore nihil solvere solebant scriptoribus.

***) Infelicissime gesserat Ioachimus bellum contra Turcas.

Philippus Melanthon Lectori

S. D. Renovat mihi colloquii *Wormaciensis* recordatio acerbum luctum et verum dolorem, quem cepi ex interitu duorum, quorum ibi recens consuetudo mihi dulcissima fuit, D. *Capitonis* videlicet et *Simonis Grynaei*, qui cum ambo propter excellentem eruditionem, virtutem et pietatem magno ornamento Ecclesiae Christi fuerint, publica iactura et agnoscenda et deploranda est. Nihil enim dicam hoc loco de privata nostra amicitia, qua fruemur aliquanto post multo suavius, cum una cum Christo, Prophetis et Apostolis conversabimur. *Grynaeus* cum videret magnum decus esse Ecclesiae eruditionem, magno labore accendere omnium honestarum artium studia conabatur, optimos autores veteres edebat ac enarrabat. Erat ingenium capax omnium bonarum artium; sed haec maior laus est, quod non fastidiit doctrinam Ecclesiae, sed semper ad philosophica studia lectionem adiunxit Prophetarum et Apostolorum. *Capito* Ecclesiam et voce et perpetuis monumentis erudiit. Sed ut de *Wormaciensibus* congressibus dicam. Eramus eo missi, ut amanter et placide, sed tamen, sicut praesertim in Ecclesia decet, publice de controversiis inquisita veritate dirimendis conferremus. Ac sperabamus adfuturos gubernatores colloquii et βραβευτὰς, non mutos, sed qui contentionem moderarentur, et eligerent sententias veras ac concordiae utiles. Sed dum adversarii defugiunt publicam collationem, et inter se aliquot insulsos et flexiloquos articulos componunt, nobis postea obtrudendos, nos otiosi fere quotidie conveniebamus omnes, ac de singulis controversiis summo candore acerrime disserebamus. Ibi memini multa singulorum pie dicta, quae a multis in commentarios relata sunt. Sed ut caetera omittam: Ventum erat ad controversiam de autoritate Episcoporum et legibus, quae in Ecclesia humana autoritate conditae sunt. Ibi cum mentio fieret decreti Apostolici, quod est in Actis capite 15. audiebamus et D. *Andream Osiandrum* et D. *Capitonem* historica quaedam recitantes ex Iudaeorum monumentis, quae, quia nonnihil lucis addunt decreto Apostolico, duxi hic commemoranda esse. Scio prudentibus omnibus historica grata esse. Et narratio illa continet exemplum plenum eruditionis, ortum haud dubie a summis Prophetis. Itaque magno me munere iudicabam ab utroque, ab *Osiandro* et a *Capitone*, donari, cum veterem illum ritum nobis ignotum exponerent, dicebant enim Iudaeos veteres florente adhuc eorum politia, si quando vicinam aliquam civitatem ethnicam bello ceperant aut foedere sibi adiunxerant, non solitos imponere victis Legem Mosaicam aut circumcisionem; sed tantum haec in conditionibus pacis seu formula foederis praecipere, ut, deletis Idolis, unum ac verum Deum conditorem omnium rerum, qui se patefecit in verbo dato populo Israël, colerent; deinde, quia ethnici scortationem non solebant prohibere, et nimium laxabant*) freenum vagae libidini, addebatur hoc, ut prohiberent scortationem. Addebantur et reliqua capita, quae in decreto Apostolico recensentur, ne rebus immolatis idolo, ne sanguine et suffocatis vescerentur. Nec obscura est ratio de immolatis, noluerunt enim pios ad convivia et pompas festis diebus eorum, qui idola colebant, accedere, ne societate sua confirmarent impia sacrificia, quae tunc fiebant. De sanguine et suffocato sumptum est praeceptum ex historia Nohae. Nam hunc ritum vetustiorem Moise tradi vicinis Iudaei victores voluerunt, ut esset monumentum severissimi praecepti, quod Deus Nohae commendavit, de privata caede. Ergo etiam veteres gubernatores populi Iudaici intellexerunt ceremonias Mosaicas ad suam tantum politiam pertinere, nec esse iustitiam, promissionem verae salutis**) pertinere etiam ad gentes, et has ita placere Deo et iustas esse, si verum Deum, qui promiserat Semen, in quo benedicendae essent omnes gentes, agnoscerent, et fide invocarent, et in moribus iis legibus obtemperarent, quas omnium hominum mentibus Deus impressit. Quare Apostoli, quod proprium erat muneris ipsorum, initio pronunciarunt de ceremoniarum abrogatione, et Iudaeos ac gentes hoc onere levaverunt. Deinde praecepta de idolis et de scortatione adiici necesse fuit, ut facile intelligi potest, quae cum essent addenda, usi sunt formula usitata veterum gubernatorum eius populi, a qua minus abhorrebant vicini. Haec si quis expendet, intelliget longe discrepare exemplum Apostolorum a consilio Episcoporum, qui postea a se excogitatas ceremonias, coelibatum, et ciborum discrimina, et quidem tanquam cultus Ecclesiae imposuerunt. Haec historiola ostendit hanc partem in decreto, nec novam nec ingratam fuisse vicinis. Haec ut recenserem, admonitus sum recordatione

*) Select. epp. ed. pr. *laxarant*; ed. alt. et lib. I. *laxarent*.
**) Peuc. *verè salutis*, sed Mel. scripsit *verę* i. e. *veras sal.*

Capitonis, cuius memoria studiosis commendanda est, ut talis viri mores, pietatem et studia imitentur. Nec profecto quidquam habeo, quod de eo conventu relatu dignius iudico. Nam publicae tridui declamationes, verius quam disputationes, quales fuerint, lector ex hac editione cognoscet. Fortasse prodest extare *ἰωλοχρασίαν Eccianam* eo, ut boni et graves palam videant, Sophistas illos nec candorem nec studium veritatis ad has tantas deliberationes adferre. Audivi *Eccium* gloriose iactitantem, posse se utranque partem tueri. Putat de laude ingenii certari, non quaerit veritatem, non studet consulere Ecclesiae. Denique, in hac causa deploranda erat omnium lacrimis humani generis miseria, quod propter malum originis, haec praestans natura, primum horribili ira Dei, deinde ingenti mole calamitatum huius vitae et morte ipsa oppressa est. Praeterea, imagine Dei in nobis deformata, nunc in tenebris et contumacia perpetua contra legem Dei versatur. Hoc tantum malum isti Epicurei extenuant. Sed haec reliaquo cogitanda pio lectori, cum conferet utriusque conciones. Non arbitror autem quenquam pium adeo lentum esse, *καὶ ἄχολον*, ut sine fremitu *Eccii* Sophismata et ineptas verborum praestigias legere possit. Ludit vocabulis *criminis*, *culpae*, *peccati capitalis*, converrit testimonia, quae scit nihil contra nos facere, denique Socraticus disputator est, perpetuo suam sententiam occultat, tantum hoc agit, ut oppugnet adversarium. Ingenue dicam quod sentio, Saepe mihi et stomachum et bilem hae insidiosae tergiversationes, captiones, *γοητεῖαι* moverunt, quae Phormionem aut Pseudolum in Comoediis, non Theologum in explicatione doctrinae decent. Haec eo commemoro, ut cogitent studiosi, quantum sit periculi cum his Sycophantis congredi, seque ad similia certamina maiore cura praeparent, ac primum quidem vera et salutaria Ecclesiae dicere studeant, deinde luceat in oratione tanquam in vultu ingenuitas dicentis, sitque propria et simplex orationis forma, qualis Appelleis est color in tabulis. Haec ut efficiam, conniti me non exigua animi contentione multi norunt. *Eccii* vero voluntatem longe aliam in hoc ipso congressu fuisse, ipsius declamationes ostendunt, qui de industria quaedam involvit, deinde aperte falsa et impia attexit. Nam in postrema peroratione, cum multa insulsa cumulasset, quae indigna erant responsione, tandem Stentorea voce clamitans, confirmabat vulgatam sui gregis opinionem; quae agentes poenitentiam iubet dubitare, an Deo reconcilientur, iubet hos invocantes Deum dubitare an placeant, an Deus eorum preces accipiat, ac detorquebat eo dictum Salomonis: *Nescit homo an amore vel odio dignus sit.* Illi vero Doctores odio digni sunt, qui Salomonis dicto affingunt ethnicam sententiam. Sic Epicurei aut Pyrrhonii loquuntur, odium et amorem Dei incertum esse. Estne incertum displicere Deo Neronem? Sic in Ecclesia loqui furor est, in qua et conscius sibi sceleris expavescere iram Dei debet, et agens poenitentiam certo statuere se in gratiam recipi et exaudiri propter filium Dei. Extat vox Evangelii, quae est promissio condonationis. Additum est iusiurandum: *Vivo ego, inquit Deus, nolo mortem peccatoris.* Extat mandatum ut promissioni credamus. Et nominatim fides toties postulatur. Haec omnia simul obruit et delet opinio *Ecciana*, quae iubet dubitare. Quid dicat et velit Salomon, non est obscurum, modo dextre accipiatur eius dictum. De variis eventibus in hac vita disserit, ut doceat nos nec efferri blandiente fortuna, nec frangi animis in rebus adversis, ac de voluntate Dei non ex his eventibus, sed ex aliis testimoniis iudicare. Eruditissimum et plenum pietatis praeceptum est; sed accidit Salomoni idem quod ille dicebat: dextra se praecepta tradere, sed quosdam auditores sinistra accipere. Haec eo recito, ut, qui legent has *Eccii* pagellas, admoniti citius deprehendant errorem, ac simul deplorent Ecclesiae tenebras, in qua tales Pyrrhoniae sententiae ab adversariis nostris defenduntur et confirmantur, quae Filium Dei manifesta contumelia adficiunt. Cogitent etiam omnes pios et ex animo debere execrari tam absurdos errores, et quaerere melius doctrinae genus. Hoc studium etiamsi in odio est, tamen et Deo et Ecclesiae et nobis ipsis debemus. Scio frustra haec dici iis, qui religiones iudicant fabulosas esse, et Ecclesiae certamina tanquam facem dissidiorum publicorum execrantur. Et hac ultima aetate mundi videmus hanc cyclopicam Philosophiam late vagari, et multos habere adplausores. Sed ut Maccabaeorum tempore non deleta est Ecclesia funditus, ita scimus et nunc, quanquam atrociter grassantibus Turcis et domesticis hostibus, reliquias Ecclesiae Deum servaturum esse, apud quas has pias.*) cohortationes de puritate

*) *hae pias* Mel. opp. Viteb. et Select. epp. (ubi tamen in ed. alt. Erratis emendatur).

Evangelii inquirenda et propaganda valere speramus. Erat exigua Ecclesia cum Filius Dei penderet in cruce, et subitae tenebrae medio die coelum ac terras involverent; nec tamen funditus deleta est. Sed iam et Latro et Centurio agnoscunt et praedicant Christum. Ita nos in hac mundi senecta, cum propter εἰδωλομανίας et alia scelera mundum oppressit ira Dei, tamen clamore nostro adversus ἀθέους laudes Dei et Filii eius Iesu Christi sonemus. Irascamur Epicureis sapientibus, qui derident nomen Dei; dimicemus cum Turcis, qui Filio Dei maledicunt; refutemus impios sacrificulos et Monachos, qui Idola colunt, nec tribuunt Filio Dei iustos honores, non agnoscunt esse Mediatorem, non volunt eum fide invocari. Magnum et multiplex bellum iam Ecclesia Dei gerit. Sed scriptum est de hoc tempore: *Tunc stabit pro filiis populi sui Dux magnus, qui est filius Dei Victor et Triumphator.* Huic nos piis et ardentibus votis commendemus, et ab eo auxilium et salutem perpetuam expectemus. Ego hac me consolatione et alias saepe, et adhuc sustento, *Quod ex Deo est, non delebitur.* Nec vero dubito divinitus patefactum esse genus doctrinae, quod fulget in nostris Ecclesiis; nec sum adeo ferreus, ut solus non adficiar, vel publicis Germaniae periculis, cui iam adversus externum hostem consensu Principum opus est, vel domesticis vulneribus nostrarum Ecclesiarum, quae regi melius tranquillis temporibus possent; nam discordia etiam in parte saniore disciplinam impedit. Haeret autem discordia in republica adversariorum culpa, quorum durities asperrimos scopulos et Caucasi rupes vincit. Negant enim pacem fore, nisi oppresserint veritatem. Nostras vero sententias fuisse moderatas, acta publica ad omnem posteritatem testabuntur: toties flagitavimus veram diiudicationem, toties ipse supplex oravi Potentes, ut saluti Ecclesiae consulerent; sed plane visus sum, ut est in Graeco versu, navis quassata procellis supplicare scopulis. Quare Ecclesias nostras Deo commendemus, et nostrum officium bona conscientia faciamus, ac precemur Deum, ut et Principum mentes gubernet, qui utrumque curare debent, ut et de Deo ac Filio eius Iesu Christo recte doceantur homines, et armis Patria adversus barbarum hostem defendatur, qui saevitiam suam non tantum in vulgus exercet, sed multo crudelius in ipsos Principes. Neque tamen sinet Deus hac barbarie deleri funditus Ecclesias, nec quinta Monarchia futura est. Bene vale.

No. 2420. (exeunte Dec.)

Lectoribus.

Praemisit hanc praefationem Melanthon actis colloquii Ratisbonensis *germanicis*, quae ineunte a. 1542. prodierunt (Titulum libri supra in praemonendis post epist. 2169. dedimus.) — Recusa est et aucta scholiis, in contemptum Melanthonis scriptis, tempore controversiae interimisticae (1549.) in libello: „Die Vorrede Philippi vber das Regenspurgische Interim, mit einer erklerung Anthonii Othonis, Pfarhers zu Northausen, sehr lustig vnd nützlich zu lesen" (sine loco et anno) 4. 4 pll. cf. epist. ad Camerar. d. d. 4. Nov. 1549. — Eandem praefationem Pezelius quoque repetiit in Melanthons christlichen Bedenken p. 159 sq., non vero ut praefationem sed ut iudicium de libro Ratisb. Nam ita inscripsit eam: „Fernere Erinnerung Philippi Melanthonis von dem Buch zu Regensburg fürgestelt zu einer Vergleichung der Religions Streiten."

Vorrede Philip. Melanth. auf das fürgelegte Buch zu Regensburg.

Die gemeine Bekenntniß des heiligen christlichen Glaubens, so man in den Kirchen singet, welche genannt wird Symbolum Nicenum, ist recht und christlich gestellet, und ist fürnehmlich ein Wort darin, welches nothdürftig und aus sonderlicher Gottes Gnaden wider den bösen und giftigen Irrthum Arii gesetzt worden. Dieweil aber die Zwiespalt nach dem Concilio Niceno nicht bald gedämpft worden, (so) sind die großen Herrn der Unruhge müde worden, haben auch gesehen, daß sonst allerlei Unordnung und Zerrüttung aus Uneinigkeit folget. Und ist also bei dreißig Jahren nach dem Concilio Niceno ein ander groß Concilium in Ungern zu Sirmio gehalten worden, da der Kaiser Constantinus gegenwärtig gewesen, und hat selbst wider Photinum ernstlich disputirt. Hernach hat man die andre Sach, den Zwiespalt zwischen den Rechtgläubigen und des Arii Haufen fürgenommen, den Irrthum fein subtil zu bestreichen, und also ein Vertrag und Einigkeit zu machen. Und dieweil der Zank war von gemeldtem Symbolo Niceno, darin ein Wort gesetzt, das den Arianern unleidlich, ist dieses zur Vergleichung bedacht worden, daß dasselbige unleidliche Wort aus dem Symbolo wegzunehmen, und dafür ein ander gemeine Wort darein zu setzen, welches beiden Theilen gerecht wäre, und jeder auf seinen Verstand deuten und lenken könnte. Und sollt hernach das Symbolum zugleich in allen Kirchen gelten und gehalten werden, so spüret man keine Ungleichheit in der

Kirchen. Dieses hat einen großen Schein, und ist auch wenigst für einen Anfang einer künftigen ganzen Vergleichung hoch gerühmet worden, daß auch viel rechte Lehrer die Zeit darein gewilligt, welche doch hernach bald in einem andern Synodo sich verkläret, und die Vergleichung, zu Sirmio fürgegeben, wieder verworfen; wie Hilarius nach der Länge erzählet. Wiewohl nu solches einen Schein gehabt, so ists doch im Grund einem Theil, nämlich den Arianern, zu einem großen Vortheil, zu Stärkung und Erweiterung ihres Irrthums, dagegen aber zu Schwächung des andern Theils und zu Niederdrückung göttlicher Wahrheit gemeinet, und bald hernach dahin gericht[1]). Denn die Arianer hatten nu diesen Vortheil, daß die andern zurückgetreten und gewichen, hatten das Symbolum ändern lassen, und wurde das weitläuftige Wort mehr für die Arianer gedeutet, dadurch viel Frommer hoch betrübt worden, viel auch in Zweifel geführet, da doch die Sach groß, wichtig und nicht gering zu achten war. Denn dieses war eigentlich der Streit: ob der Sohn Gottes vom Vater aus seinem Wesen sey, oder aus nichts geschaffen wäre. Hie ist die Nothdurft gewesen, ernstlich darob zu halten, daß man rechten Verstand vom Sohn Gottes erhielte, daß er wahrlich von des ewigen Vaters Wesen sey, wie Johannes am ersten geschrieben. Darum nach bemeldter gleißender Vergleichung der Streit heftiger worden, und hat das weitläuftige Wort mehr Parten gemacht denn zuvor gewesen.

Nu hat sich in der Kirchen solche weltliche Weisheit mehrmals erzeigt, gewisse klare göttliche Lehre und Befehl mit gleißenden Deutungen zu lenken, dadurch Vergleichung und Einigkeit zu machen; und ist eben solches diese vergangen zehn Jahr auf mancherlei Form versucht worden. Wiewohl aber die hohen Regenten schuldig sind, auf Einigkeit der Kirchen zu arbeiten, so soll doch solches mit rechter Maaß, nicht mit Unterdrückung nöthiger göttlicher Wahrheit geschehen. Und soll der Befehl vom Himmel, mit klarer Stimme durch den ewigen und lebendigen Gott Schöpfer[2]) aller Ding von seinem Sohn Christo gegeben, allen andern Sachen fürgezogen werden, nämlich: dieser ist mein lieber Sohn, den sollt ihr hören. Darum wiewohl Fried und Einigkeit rügige[3]) Regierung und das Leben selbs gut und groß zu achten, so soll doch Erhaltung der wahren und reinen Lehre des Evangelii viel größer und höher geachtet werden.

Es befindet sich aber in vielen fürgenommenen Vergleichungen, die etliche Jahr anher versucht, allezeit, daß die Päpstlichen nie anders gesucht denn ihren Vortheil, nicht allein ihre Hoheit, Güter, Gewalt und Wollust, sondern auch ihre grobe Irrthum und Abgötterei zu erhalten, und also ihren Stolz und Trotz auszuführen wider Gott; dazu sie doch bisweilen die schönen Wort fürgeben, eine Reformation fürzunehmen, und den Pelz ein wenig zu lausen.

Sind nu etliche die es nicht übel meinen, davon rede ich nicht. Aber zu Regensburg hat man grob genug gesehen und gegriffen, wie der größer Hauff der Bischoffe gesinnet ist, da sie sich öffentlich und trotzlich haben vernehmen lassen, auch diejenigen Irrthum nicht fallen zu lassen, welche die, so aus ihrem Theil zum Gespräch verordnet, gestraft und verworfen haben. Und scheinet wohl, daß viele unter den Bischoffen wider ihr eigen Gewissen handeln, oder ganz Epicurei sind, denken, ihr äußerlich Regiment sey ein schöner Pracht und Zier der Welt darob zu halten, es sey die Religion wie sie mag. Aber dieser Trotz wird die Länge nicht haushalten. Wenn Abgötterei und Gotteslästerung in der Kirchen ist erkannt und aufgedeckt worden, und gleichwohl mit Tyrannei vertheidingt, so ist die Straf nicht fern gewesen; wie jetzund leider auch vor Augen. Denn ohn Zweifel Abgötterei und öffentliche Unzucht in der Kirchen die fürnehmsten Ursachen sind, darum Gott den Türken solche grausame Wüterei über Europa verhänget. Unser Herr Jesus Christus, der Sohn Gottes, wolle seine wahrhaftige Kirchen erhalten, schützen und reinigen, Amen.

denen es doch unsre heimverordnete Statthalter und Räthe verboten, weil dann ihr, der Pfarrer, wiederum dahin zur Stätte kommen, befehlen wir euch und wollen, daß ihr mit den andern Predigern und Caplanen beschafft, daß sie solchen Handel ferner nicht regen, ihr solchs für selbs nicht thut, sondern den Ordinarium des Seinen warten lasset, und ihn dem unbeschwert und weder öffentliche noch heimliche Stichelworte ferner verunglimpft. Die es aber nicht meineten zu lassen, die mögen dem Schotten nachziehen, und anderswo ihren Willen suchen. In unsern Landen gedenken wir solche Ungebühr, weil man doch sonst zu predigen genug hat, und solches Antasten nicht vonnöthen, nicht zu dulden. Würde aber einer aus euch dieß verachten und allda erwarthen (?), der soll sich unsrer ernsten Strafe versehen. Darnach ihr euch alle zu richten, und sind euch sonst in Gnaden. Datum Cölln an der Sprew, Freitags nach Mauritii, anno S. XLII. [Dies Mauritii, d. 22. Sept., anno 1542. ipse dies Veneris, quare illud nach videtur delendum.]

*) Iacobum Schenck, Freibergensem, Lipsiae docuisse, satis intelligitur ex epistola Ziegleri d. 16. Oct. 1541. quam vide suo loco. De Alesio vid. ep. ad Agricolam d. 1. Febr. 1541. ex qua colligendum est, hanc epist. scriptam esse fere mense Ianuario 1542. Etiam ex ep. Electoris Marchionis intelligitur, Alesium lites movisse aestate anni 1541., et postea abiisse.

1) Strob. Werk.
2) Back. damit nur.
3) Back. *in carne una*, et sic etiam infra.
4) Back. der.
5) in diesen Worten] desiderantur apud Pez. et Strob.
6) Strob. wiederholet Matth. 19., ex interpretamento; Back. erzählet, ex mendo. In cod. 402. verba: Zum Andern rc. non leguntur.
7) Back. die.
8) und dieses Gebot] non habent Pez. et Strob.
9) der Väter] Back. derer vieler.

Dieweil die menschliche Natur gefallen, ist sie in vielen Dingen aus ihrer guten Ordnung in Unordnung gerathen; als zu sehen welch [10]) unordentlich Essen und Trinken gefolgt. Also ist Unordnung [11]) in allen Begierden. Dieser Unordnung hat Gott etwas nachgegeben, und eine Dispensatio gemacht; denn er allein Macht hat, sein Gebot zu ändern. Diese Dispensatio gilt [12]) nicht ferner, denn so weit er sie selbst streckt [13]), nämlich bei dem Volke Israel. Darum ob David und andre Heiligen die Zeit viel Eheweiber gehabt, so haben sie doch ein Gottes Wort [14]) darzu gehabt, dadurch sie entschuldiget. Aber das Werk an ihm selbst war gleichwohl eine Unform, Unordnung und Gebrechen.

Nun ist die Frage, ob man auch im neuen Testament diese Gewohnheit und Zulassung einführen möge, viel Eheweiber zu haben, so doch die Schwachheit jetzund nicht geringert [15]) ist, und die Welt ungehalten [i. e. incontinens] und ungezogen. Darauf ist diese Antwort: man soll solche Einführung nicht zulassen; denn wir sollen nach dem Gebot richten [16]), nicht nach Exempeln. Item, die Dispensatio kann nicht weiter denn auf Israel erstreckt werden. Item, bemeldte Dispensatio ist aufgehoben durch die Worte Christi. Denn Christus erneuert die Worte*) des Ehestandes, und straft die andre Gewohnheit, da er spricht: erunt duo in carnem unam, da geboten ist allein von zwo Personen, und Christus meldet den Spruch, ihre Gewohnheit zu strafen, und die erste Ordnung wieder aufzurichten [17]). Zum Andern spricht Christus vom Ehescheiden: Wer sein Weib verläßt und freiet eine andere, der bricht die Ehe mit ihr. Hier sind zwei Stücke zugleich verworfen: das Scheiden [18]) ist unrecht, so ist das andre Freien auch [19]) unrecht. Denn Christus spricht: Er bricht die Ehe mit ihr [20]). Wenn er allein das Scheiden strafte, so wäre es kein Ehebruch, sondern wäre sonst eine iniuria an der Verlassenen [21]). Item, so es unrecht [22]), freien nach Verlassung der ersten, so ist es auch unrecht, freien ohne die Verlassung.

Zum Dritten, diese Stücke folgen doch natürlich auseinander: eine [23]) andere freien, und die erste verlassen; denn das Herz hanget an der einen, und wird unwill [24]); darum auch oft großer Jammer in solchen andern Heirathen gefolgt. Als Jason verließ Hypsipylen und freiet Medeam, darnach freiet er die Dritte; das wollte Medea nicht leiden, tödtet das Weib und ihren Vater samt des Jason Kindern. Philippus Macedo hatte Olympias, die Mutter Alexandri; zu dieser freiet er Cleopatram. Da half Olympias, daß Philippus erstochen ward. Dieweil denn Christus mit ausgedruckten Worten das Scheiden verbeut, müssen die Ursachen des Scheidens [25]) mit verboten seyn.

Zum Vierten, Paulus spricht: Ein jeder soll sein Eheweib haben; spricht nicht: Eheweiber. Item: Der Mann ist nicht Herr seines Leibes; darum so kann er den Leib nicht einer andern zusagen.

Diese erzählte Sprüche zeigen an, daß im neuen Testament die alte Dispensatio aufgehaben; derhalben die Zulassung, viel Eheweiber zu haben, nicht einzuführen, sondern der Spruch: erunt duo in carnem unam, ist für ein göttlich und natürlich Gebot [26]) festzuhalten, welches alle Menschen bindet und allezeit gebunden hat, die nicht durch besondere Dispensatio ausgezogen sind. Und obgleich etwa in einem Nothfall eine Dispensatio zu brauchen [27]), so ist doch dieses wahr, daß das Gesetz bleiben soll und müsse: erunt duo in carnem unam, und soll nicht dagegen eine gemeine Zulassung aufgerichtet werden, viel Eheweiber zu haben, gleich als wäre solches ein Mittelding. Denn es ist an ihm selbst eine Verordnung [28]) wider die Natur, die man nicht in gemein [29]) aufrichten und brauchen soll.

---

10) Back. welch ein.
11) Back. Also ist sie unordentlich.
12) Back. und gehet diese Dispensatio. Sic et cod. Goth. 402.
13) streckt] sic recte mst. Vinar. Reliqui stellt. Back. so weit dieselbe gestellet. Cod. Goth. 402. haec verba praetermisit.
14) Gottes] Pez. et Strob. besonder. Back. verba so haben sie doch ein G. W. dazu gehabt, praetermisit.
15) Back. et Strob. geringer.
16) Back. ausrichten. — Strob. sollen uns n. d. G. richten, und nicht etc.
*) Worte] Strob. Ordnung.
17) Back. et Strob. anzurichten. — Strob. add. also anzeucht, et antea om. meldet.
18) Strob. Ehescheiden.
19) auch addunt Strob. et Back.
20) Verba: Hier sind zwei etc. desiderantur in cod. Goth. 402.

21) an der Verlass.] Back. einander verlassen.
22) Strob. unrecht ist.
23) eine non habet Pez. — Strob. ein ander pro auseinander.
24) unwill i. e. unwillig. Back. et Strob. Unwille.
25) Pez. et Strob. addunt: die außer dem Falle des Ehebruchs und der Desertion fürgewendet werden.
26) Gebot] Back. Recht.
27) Strob. et Back. zu gebrauchen zugelassen.
28) Back. et Strob. Unordnung.
29) Back. in gemeinen Fällen.

Das sey von dem gemeinen Gesetz geredet. Wie aber mit Aussätzigen[30]) und dergleichen?[31]) Ists auch unrecht, die Dispensation zu gebrauchen, die Gott im Gesetz Mosis gegeben? Antwort: Vor [vorhin] ist gesagt: die Dispensationes sind nicht weiter zu strecken, denn auf diejenigen, denen sie gegeben. Das ist zu enge, besonders im Falle der Noth. Darum ist dabei[32]) zu wissen, daß Rechtgläubige mögen in weltlichen Dingen Mosi oder andern ehrbaren Gesetzen folgen in Sachen, die nicht klar sind aufgehaben durch Christum. Nun ist das Gesetz Mosis gut, und nicht Sünde; darum mögen die Rechtgläubigen im Fall der Noth, doch mit Verhütung Aergerniß, weltlich Ding, darin bestätiget, gebrauchen[33]), die nicht klar aufgehaben sind von Christo*). Wiewohl nun Christus die Scheidung aufhebet, so schweigt er doch vom andern, verwirft die Zulassung vieler Eheweiber nicht[34]), als der die Schwachheit der Menschen weiß, will auch die Eheleut derselbigen Zeit nicht betrüben, und ob er gleich den Text anzeucht[35]): erunt duo etc., so spricht er doch davon nicht mehr, denn es sey erstlich also[36]) gewesen, gibt heimlich zu verstehen, daß es eine Unordnung ist, hat aber Geduld mit diesem Stück. Item[37]) die Zulassung[38]) betrifft nicht allein das Volk unter Mose, sondern auch die Heiden, wie Hester einen heidnischen König gehabt, der mehr Eheweiber gehabt hat[39]).

Item, Paulus spricht vom Ehebruch und anderer Unzucht: Von wegen dieser Werk kommt Gottes Zorn über die Menschen. Nun hat Gott mit hohen wunderbarlichen Gaben seine Heiligen, Abraham, David und andere, gezieret, die mehr Eheweiber gehabt; darum sind solche Ehen nicht ehebrüchig[40]). Denn was wider Gott ist, ist nicht bestätigt in den hohen Heiligen, sondern gestraft. Daß aber angezogen ist: Wer sein Eheweib verlässet und eine andre freiet etc., verbeut dieser Spruch die Scheidung, so ein Mann um einer andern willen die erste verstößet, wie sich viel zugetragen und noch geschehen würde, so man dieß Gesetz wollte aufbringen. Weiter, das Freien an ihm selbst verbeut dieser Spruch nicht, wiewohl mans dahin mit einer Subtilität deuten kann. Aber diese Regel zeiget für, daß man das Gesetz Mosi in weltlichen Dingen bestätigen und der Heiligen Exempel im Fall der Noth, wie gesagt, folgen möge in Sachen, die nicht mit klaren Worten aufgehoben.

Dieses ist alles allein als[41]) ein Beicht-Rath[42]) im Falle der Noth zu verstehen. Denn es ist zu schwach, ein Gesetz daraus zu machen. So ist öffentlich, daß die Weise, viel Eheweiber zu haben, eine Unordnung und unnatürlich Ding ist, darum solch Gesetz nicht einzuführen.

30) Aussätzigen] Cod. Goth. 402. Auszügen.

31) Videntur haec referenda esse ad argumentum, quod Landgravius protulerat.

32) Pez. et Strob. sic: auf diejenigen, die sie haben, jedoch im Falle der Noth ist dabei.

33) Back. wohl gebrauchen.

*) Strob. durch Christum.

34) Back. nicht non habet.

35) Back. angezogen. Pez. et Strob. anzeigt.

36) Back. auch also.

37) *Item*] Back. denn.

38) Strob. Zusagung.

39) Quae iam sequuntur Pez. non edidit, sed addidit tantum: „*Videntur hic deesse quaedam.*"

40) Cod. Goth. 402. Ehebruch.

41) Back. Dieses ist nicht anders als allein.

42) Strob. et cod. Goth. 402. Bericht oder Rath; Back. Bericht und Rath; mst. Vinar. et Palat. Bericht Rath; mendose.

No. 2439. (m. Ian.)

(*Aliud de eadem re.*)

Editum a Pezelio in Mel. christlichen Bedenken p. 49. tanquam appendix iudicii antecedentis, et inscriptum: „Kurze Wiederholung und Erklärung des vorigen Bedenkens." — Ex msto iterum editum a Strobelio in den Beiträgen zur Litteratur rc. Vol. II. Pt. 2. p. 414., ubi inscriptum est: „Daß einem Christen nicht geziemet, auf einmal zugleich mehr denn ein einigs Eheweib zu haben. Justus Menius. 1540." Sic etiam apographon in cod. Palatino 485. p. 177., ubi vero annus 1540. non additur. Strobelius opinatur, ea, quae hic leguntur, non fuisse totum Menii scriptum, sed ultimam tantum partem. — Denique apographon in cod. Monac. 90. no. VII. p. 193. ubi, haud dubie ex opinione eius qui descripsit, tribuitur Luthero. — Ut dicam, quod mihi videtur, puto, Melanthonem esse auctorem,. et hoc esse scriptum, (vel fortasse ultimam partem eius) quod altera vice de Landgravii bigamia scripsit, quodque Princeps Elector Philippo misit, cui stomachum movit; prius autem et prolixius scriptum esse disputationem adversus argumenta Neobuli. — Non anno 1540. scriptum esse, ut apographon Strobelii habuit, facile intelligitur.

(*De bigamia.*)

Summa Summarum dieses Handels ist diese[1]), daß auf einmal zugleich mehr denn ein Eheweib zu haben, niemals Gottes Befehl und Gottes Ordnung gewesen, und heutiges Tages nicht[2]) ist.

1) diese non habet Pez. — Cod. Monac. 90. diese Meinung.

2) Pez. noch nicht.

Daß aber die Väter und des Gesetzes Volk auf einmal mehr denn ein Weib gehabt, ist aus sonderlicher [3]) Dispensation ihnen [4]) nachgegeben, und im neuen Testament durch Christum, als göttlicher Einsatzung und Ordnung zuwider, sonderlich [5]) verboten, und demnach durch weltliche [6]) Rechte aus genugsamen Ursachen zu strafen billig [7]). Ursache: Gottes Ordnung vom Ehestande hält also: Gott schuf den Menschen ein Männlein und Fräulein [8]), und sprach: Der Mensch wird Vater und Mutter verlassen, und seinem Weib anhangen, und werden seyn zwei ein Fleisch. Solcher Gottesordnung wird zuwider gehandelt nicht allein damit, so ein Mann sich von seinem Weibe scheidet, sondern auch so er eine andere freiet [9]). Und wiewohl solches beides, nämlich sich vom Eheweibe [10]) scheiden und eine andere freien, durch Mosen dem jüdischen Volke nachgelassen, wie man siehet Deut. 24., so ist es doch den Christen beides durch Christum verboten, Matth. 19. Und will sich gar nicht reimen, daß Mosis Gesetz Christi Wort [11]) auflösen sollt, und dawider dispensiren; sondern so unter Christo und Mose einer des andern Wort aufheben soll, so soll Christus Mosis Wort aufheben, Moses aber Christo sein Wort unaufgelöset stehen und bleiben lassen [12]).

Und dieß soll also gehalten werden, so viel die gemeine Ordnung belangt. Von besondern Nothfällen ist es eine besondre Disputation, welche keine allgemeine Dispensation bringet, dergleichen im Mose war zugelassen.

No. 2440. **(m. Ian.)**

Pontanus ad Electorem.

† Ex apographo in cod. Palat. 485. p. 189. — Ibidem etiam p. 179. legitur: „Justi Menii Buch, daß einem Christen nicht geziemt, auf einmal zugleich mehr denn ein einiges Eheweib zu haben 1.5.4.0.", — qui liber vero non editus est, ut sequentia docent. Quo die scripta sit haec epistola, certo definiri non potest; sed haud dubie mense Ianuario anni 1542. Nam illo tempore, non anno 1540., Menius scripsit de bigamia adversus Huldarici Neobuli (i. e. Martini Buceri) librum, qui bigamiam defendit. Vid. quae ad Consilium antecedens Melanthonis diximus.

Doctor Gregorii Brucken Schreiben an den Churfürsten zu Sachsen des Menii Büchleins halben.

Gnädigster Churfürst und Herr. Doctor Martinus hat mir zugeschickt die beiliegende Verzeichniß des Arguments, woraus er dem Landgrafen nächst Antwort gegeben, auch was sein Bedenken ist Justi Menii Büchleins halben, welche E. Ch. G. ich hierbei auch wieder übersende [1]).

Aber wie Doct. Martinus bedenkt, so halt ichs wahrlich auch dafür, daß es nicht gut wäre, so es ausgehen und in Druck kommen sollt; denn gewißlich würde eine große Disputation und Zweiung unter den Theologen dadurch erweckt werden. Denn des Landgrafen Pfarner zu Melsingen, Leningus, ein heftiger gehässiger Mensch, wiewohl er gelehrt ist, würde gewißlich dawider schreiben. Das würde dann der Landgraf nur gerne sehen und flugs zuhetzen. Dann also würde es ihm endlich gerathen dahin, wie er gerne sähe, und D. Martinus sich vielleicht letzlich auch würde einlassen müssen zu schreiben, und ohne Zweifel die öffentliche Polygamie, warum sie in Gottes Wort und Gesetz, auch mit Exempeln nicht ergründet mag werden, würde anfechten müssen; daraus denn dieß Aergerniß, den Papisten zu Frohlockung, würde erfolgen, nachdem der Landgraf nicht würde unterlassen gemeldten Pfarrer zu Melsingen darauf zu leiten, daß man die Punct, da Martinus die Polygamie in seinen Schriften je zu Zeiten gedenkt, aufs fleissigste sollte anziehen, dazu auch seinen und des Philippi Rathschlag, und die beide als unbeständige Leute schelten und bereden. Denn mir grauet nur dafür, daß gleichwohl die Ursach und ratio, warum sie dem Landgrafen die Polygamie zugelassen, etwas weiter gehet denn auf die Beichtdispensatio. Denn darum hat Magister Philippus sein Bedenken anderweit der Polygamie halben gestellt, davon E. C. F. G. dem Landgrafen nächst von Weymar aus eine Copie zuschickten, und darüber der Landgraf in seinem weitern

---

3) Pez. aus einer.
4) ihnen non habet Strobel.
5) sonderlich abest a Pez. — Cod. Palat. sundlich.
6) Pez. übliche weltliche.
7) billig] cod. Monac. 90. billig geboten und befohlen. Sed Pez. billig verboten. Strob. billig befohlen; cod. Palat. billig verboten, befohlen. Putaverim scriptum fuisse: zu strafen billig; et reliqua esse additamenta, ex opinione describentium addita.
8) Cod. Monac. 90. et Strob. Weiblein.
9) Cod. Monac. 90. addit: beim Leben seines vorigen Weibes.
10) Pez. Weibe.
11) Cod. Monac. 90. Gebot.
12) Hic finitur iudicium in cod. Palat. et cod. Monac. 90. et apud Strobel. (qui addidit: rc.)

1) Haec Lutheri ad Landgravium epistola non prodiit in lucem. Lutherus ad Menium d. d. 10. Ian. 1542. (apud de Wett. T. V. p. 426.) scribit: „accepi tuum librum, mi Iuste, contra Tulrichum (Huldrichum) illum, et dabitur sub prelum; sed meus iam est in edendo, post sequetur tuus."

Schreiben zornig ward, daß Philippus die vorige zu gemeine Ursach dadurch etwas einziehen wollte. Darum werden ohn Zweifel E. Ch. F. G. dem *Iusto Menio* schreiben lassen, daß er das Büchlein noch zur Zeit nicht weit von ihme kommen wolle lassen, welches E. C. F. G. ich unterthäniger Meinung nicht hab wissen unangezeigt lassen. Datum ꝛc.

Mart. Luthers Antwort an den Landgrafen zu Hessen seiner Sachen halben, aus seiner eigen Handschrift abcopirt [2]).

Ich habs ohngefähr dem Landgrafen also geschrieben, daß mir gefalle solch glimpfliche Antwort dießmal gegeben. Es habe mir der Marggraf auch geschrieben und um dieselbige Sachen gegrübelt, aber ich hab ihm noch nicht geantwort, wölle aber antworten sampt andern Stücken, nämlich daß ich nichts wisse um die Sache, ohne was das Geschrei gibt, wie Christus im Evangelio Marci 13. nicht weiß vom jüngsten Tage, und solchs müge mit gutem Gewissen sagen. Denn was ich heimlich und Beichtweise weiß, das weiß ich allein vor Gott und in geheim, und nicht vor den Menschen. Solls auch nicht wissen wollen; und ob ichs sagt, soll man mir nicht glauben, iuxta illud: unius testimonium nullum.

Wo sie aber weiter anhalten würden, möcht er ihnen schärfere Antwort, die er selbst mir anzeigt, geben, und, weil sie Freunde seyn wollen, gar unrecht thäten, daß sie die ersten sind, die solch Geschrei wollen noch mehr regen und anziehen, so sie billig sollten die ersten seyn, (wenn sie ja so heilig und rein seyn wollten) die solch Geschrei hülfen löschen und dämpfen.

Ob sie zu diesem etwas aus Schriften wüßten, sollten sie desto mehr dazu thun, daß es gestillet würde, weil auch sonst beide, Freund und Feind, allenthalben helfen, schweigen und nicht gläuben.

Damit wünscht ich zuletzt, daß die verdrießlichen groben Dreser [3]) müßten mit der Copey endlich zu Schande werden, weil sie den Hauptbrief und Siegel nicht haben.

Dieß ist die Substanz des Briefs gewest.

Err Justi Menii Büchlein gefällt mir wohl, sonderlich um des Pfarhers willen zu Melsingen, der diese Sache hart getrieben, und, wie man sagt, angerichtet hat. Obs aber auszulassen [4]) sey zu dieser Zeit, hat wohl ein Bedenken; erstlich daß es Suspition bewegen würde, als wäre etwas an der Sache, und möcht das Geschrei stärken; zum Andern möcht Melsingen darauf antworten. Da würde zuletzt der Luther abermal noch mehr gerathfragt, und vielleicht begehrt, daß ich auch schreiben sollt. Da wollt ichs lieber so selbst sich setzen lassen wie angefangen, denn den Dreck vor aller Welt Nasen rühren. Die Leut haben sunst Lust allzuviel von neuen und fährlichen Sachen zu wissen und zu forschen, daß mich dünket, Silentium sey in solchen Fällen nicht allein auch ein responsum, sondern auch optimum responsum.

Es ist aber nicht wider uns; denn Herr Just [5]) procedirt contra legem et exemplum publicum polygamiae, das wir auch thun, und nicht contra necessitatem et casualem dispensationem individuae personae, davon wir als Beichtväter gehandelt haben. Auch entschuldigt er die alten Väter zu schwächlich, und ist ein oder zwo Consequenz darinnen nicht stark genug; sed habet nihil ad rem.

Martinus Luther.

(*Additur in codice:*)

Darauf ist vom Churfürsten zu Sachsen dem Herrn *Iusto Menio* geschrieben worden, daß er sein Büchlein nicht wollt drucken lassen, denn es unter den Theologen eine große Disputation und Zweiung verursacht und erregt [6]) würde, da dann Nachtheil dem göttlichen Wort erfolgen würde, und über der Zweiung die Papisten eine Fröhlichkeit empfahen sollten.

No. 2441. 1. Febr.

Academicis.

Edita in Scriptis publ. Viteb. P. I. p. 60. Nisi prorsus fallor, Melanthonis scriptum est.

Decanus Collegii Facultatis Theologicae.

Quam speciosi pedes Evangelizantium pacem, inquit vox coelestis, commendans nobis Evangelii ministros, ac significans, summum esse bene-

2) Haec Lutheri epistola lucem non vidit. Est, ut quisque videt, apographon epistolae Lutheri ad Pontanum, litteris Pontani ad Electorem adiectum.

3) Dresdenses.

4) i. e. edendus.

5) i. e. Iustus Menius.

6) verursachen und erregen.

ficium Dei, lucem in ecclesia per idoneos doctores accendere, qui quidem ingens onus et acerrimos agones sustinere coguntur. Ideo Paulus iubet et venerari eos, et eximia benevolentia colere. Nota enim sunt ipsius verba ad Thessalonicenses scripta capite 5. [vs. 13.]: ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ἐν ἀγάπῃ διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν.

Cum igitur ad ministerium Evangelii ab inclyto et pietate et fortitudine praestanti Rege Daniae, *Christiano*, vocatus *Iohannes Machabaeus* testimonio Ecclesiae nostrae commendari voluerit, cras ornabitur gradu doctoris. Quare petimus, ut Doctores, Magistri et Scholastici, qui ministros Evangelii venerantur, et pedes eorum speciosos esse ducunt, hoc est salutarem et dulcem cursum ac ministerium, conveniant ad eius testimonii publicationem, eaque in re etiam viri pietate et gentis beneficiis moveantur. Nam *Machabaei* pietas et eruditio tanta est, ut appareat non humano consilio, sed Dei benignitate vocatum esse ad munus docendi Evangelium, inter eos, de quibus Eph. 4. dicitur, a Christo dari alios pastores, alios Doctores.

Aliquid etiam Scotorum genti debemus. Etsi enim Apostolorum discipuli statim initio vagantibus in orbe Apostolis intulerant Evangelium etiam in Germaniam: nam *Maternus*, Petri auditor, docuit Argentinae; *Lucius Cyrenaeus* in Augusta Tiberia, quae nunc est Regensburg; *Crescens* Moguntiae, *Clemens* Meti; *Marcus*, Pauli comes, in Passaw: tamen postea ecclesiae Henetorum et Hunnorum armis deletae sunt. Has Scoti utcunque magno labore instaurarunt. Quapropter *Machabeo* et propter suam virtutem et propter gentis beneficium favere aequum est. 1. Febr. 1542.

No. 2442. **1. Febr.**

Io. Agricolae.

† Ex apographo in cod. Paris. D. L. 54*.

Ioanni Agricolae.

S. D. Et illustrissimo Principi Marchioni gratias ago, quod amplo munere testatus est, sibi officium *Fuchsii* placere, et tua humanitate, fide et diligentia delector. Scio magnas istic difficultates oeconomicas esse, et profecto optimi principis vicem doleo, qui dum opitulari Germaniae conatus est, etiam sibi domesticas difficultates auxit. Nam qui debebant eum adiuvare, quid agunt? Μιᾶς δὲ χειρὸς ἀσθενὴς μάχη, inquit Euripides. Haec boni omnes ubique deplorant, sed fatales poenae impendent, quas ut leniat Deus nos oremus, et orare domesticam Ecclesiam tuam iubeas. Discamus tandem a Deo petere defensionem Ecclesiae, qui eam semper mirabilibus modis servavit in Aegypto, in Babylone, in servitute Romana. Equidem non cesso Deo commendare principes. Et donec licuit fui hortator, ut concordiam inter se alerent ac tuerentur quadam ἐπιεικείᾳ, ac propter hanc qualemcunque opinionem et fui et....[1]) sum, quod aequissimo animo fero. Sed vides crescere discordias. Quod igitur me a suis consiliis removent, bene mecum agi iudico. Ego ubicunque ero has scholasticas operas, Deo dante, cum vivam faciam, et breve mihi curriculum restat. Est enim corpus non alia cura adtritum[2]) quam iis aerumnis et curis, quas mihi pepererunt ineptae voluntates principum. Sed omitto haec. Magnopere te oro, ut Illustrissimo Principi meo nomine gratias agas. Tibi etiam gratias habeo. De venditione domus probo tuum consilium, sed scito, multas heic[3]) domus venales esse, emptores non multos. Cogitavi tamen de quodam Chirurgo Cygneo, qui hic emere domum decrevit. Hunc adoriar cum primum redibit. Est vir bonus et solvere potest. Si possem aliquo labore aut officio meam benevolentiam tibi aut tuis declarare, certe anniterer, ut intelligeres me tibi ex animo bene velle. De *Scoto*[4]) quod scribis, non arbitror Lipsiae permissuram Academiam, ut iam[5]) certamen illud renovet. Ego et ipsum hortatus sum, ut omittat has rixas, et cum caeteris amicis collocutus sum, ut ineptos impetus eius cohibeant, idque facturos sese promiserunt. Bene et feliciter vale. Calend. Febr.

P. M.

---

1) Cod. Paris. *xuses*, puto: *exosus*.
2) *cura adtritum* rescripsi pro:, *ut adscriptum*, quod cod. Paris. habet ex mendo.
3) *heic* rescripsi pro *haec*.
4) Cod. Paris. *Scole*; puto: *Scoto*, i. e. *Alesio Scoto*.
5) *ut iam* rescripsi pro *etiam*, quod cod. Paris. habet.

No. 2443. 8. Febr.

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 147 sqq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 557.

Viro optimo, — D. Vito Theodoro, docenti Evangelium Christi sincere in Ecclesia Noriberg.

S. D. Spectavimus hodie infaustum congressum Saturni et Martis in Scorpio; utinam Deus mitiget has Siderum minas. Sed profecto, *Vite*, malis ingeniis novum virus, novas flammas addet. Itaque et Turcarum rabies crescet, et certamina nobis in Ecclesia erunt atrociora. Omnia igitur nobis quidem facienda diligentius et constantius.

Cum edidisset *Bucerus* acta Conventus, miratus sum ipsius consilium; videbam eum et nostrorum voluntates offensurum, et adversarios irritaturum esse. Haec non sunt eius viri, qui se velut honorarium arbitrum videri voluit tantarum controversiarum. Nec moleste fero, *Eccium* durius respondisse, ut tandem agnoscant architecti turpissimi et flagitiosissimi consilii de fucosis conciliationibus, se, ut servos in Comoedia deprehendi, et frustra niti.

Marchio *Ioachimus* mihi succenset, propter praefatiunculas meas, verecundissime scriptas *). Alter prorsus tacet, ὁ *Μακεδών*. Scripsi autem verecundius, hos[1]) ut sanarem, non alienarem. Et tamen extare testimonium volebam, ut boni scirent, nos non probasse librum, praesertim cum *Bucerus* addidisset ἐγκώμια. Ac non poenitet me mei consilii; iudico etiamnum et fuisse edendas has nostras praefatiunculas, et fuisse verecunde scribendas, ne viderer provocare hostes. Dolore etiam impediebar, ne plura scriberem. Nam πολιτεύματα nostrorum multa mihi displicent, et animus erat occupatus cogitationibus de Turcica irruptione.

Nunc post Editionem Eccianam, si tempora ferent, erit agenda causa ardentius. Ego, Deo dante, mei similis ero, etsi undique oppugnamur. *Mimici Canonici* Ducis Mauricii animum et aulam miris artibus inflectere conantur; sed animus Principis adhuc integer est. Deum oro, ut regat eum et confirmet.

De *Turcis* scire cupio, quid istic feratur. Nostri Hungari paene affirmant, maiorem natu filium in Syria se cum Persis coniunxisse propterea quod Pater minori dicitur traditurus regnum; eamque fuisse causam maturandi reditus. Utinam ille quidem domesticis bellis retrahatur ad Caucasi rupes, ex quibus primum dicitur nata illa Barbaries. Deo Ecclesiam curae esse scimus. Hac nos consolatione sustentemus. Nam ignaviae, discordiae et πλεονεξίαι Principum tantae sunt, ut vix arbitrer Patriam defensuros esse. Est in veteri Oraculo, Athenas ὄλλυσθαι δολεροῖσι τρόποις, κακότητι νομαίων. Dicas pingi Principum Sophismata et ignaviam. Deus liberet et defendat et gubernet nos. Bene vale. Die 8. Februarii.

Philippus Melanthon.

*) Praefatio in acta conventus Ratisbon. serius edita est ab Antonio Ottone, Pastore Nordhusano (1548.) cum scholiis in contemtum Melanthonis scriptis.

1) Saub. *hae*, mendose.

No. 2444. (h. t.)

(De sequestratione bonorum Episcop.)

† Ex autographo Melanthonis in Tabular. Vinar. Registr. N. fol. 452. — Inveni etiam apographon ex autographo factum in cod. Goth. 451. p. 25b. — Qua occasione data Melanthon haec scripserit et in cuiusnam usum, ex Actis non perspicitur. Primum ad lites de Episcopatu Naumburgensi spectare mihi videbantur, ubi iam ineunte Augusto anni 1541. scripta fuissent. At quum Melanthon loquatur non de episcopo eligendo vel admittendo, sed de *ferendo* episcopo, qui in gubernatione est, putaverim, eum haec scripsisse de alia lite in terris Ducis Mauritii, de qua videatur epistola ad V. Theodorum, d. 8. Febr. h. a.

(De obsequio Episcopo, qui Evangelio est inimicus, denegando.)

Dieses ist gegründet, gewiß und offenbar: so ein regierender Bischof in einem Artikel oder mehrern das Evangelium verfolgt, so ist das Kapitel sampt dem Patron, oder, so Mangel am Kapitel, der Patron sampt den Ständen schuldig, den selbigen Verfolger, so sich nicht bessert, zu entsetzen, unangesehen, daß die Stände als Unterthan dem Bischof Pflicht gethan. Denn dieses ist Gottes Befehl und Gebot, dagegen keine Pflicht bindet, daß man abgöttische Lehrer fliehen, und daß die Kirche die selbigen entsetzen soll, wie Paulus klar spricht: So jemand ein ander Evangelium prediget, der sey ver-

bannt. Item: Wer nicht verläßt Vater oder Mutter etc. Und dieses vermögen auch die alten Canones und der alten Kirchen Gewohnheit, darin es also gehalten, daß die Kirchen selb die ketzerischen Bischoff entsetzet, als zu Antiochia Paulus Samosatenus entsetzet worden. Wir sind auch derhalben sicherer, daß wir uns von ihnen thun, daß wir gewiß sind, daß der Pfaffen Will, Meinung, Anschläge und Practiken alle fürnehmlich zu Unterdrückung der Wahrheit gerichtet ist, und nicht zu rechter Kirchen Regierung. Darum gebühret den Patronen und den Kirchen zu gedenken, wie ihr ungöttlich Wesen zu wehren. Item, wie droben gesagt, hiemit wird dem Kapitel der gebührliche Gehorsam nicht entzogen, dieweil Erhaltung dieser Kirchen und Besserung, und nicht Verminderung gesucht wird, wie auch solchs die ernste und gründliche Meinung seyn soll, und anders nicht, und der Stände Wille also stehet, daß sie einem christlichen Bischof und Kapitel, das die Kirchen-Regierung recht und treulich erhält, allen billigen Gehorsam erzeigen wollen.

No. 2445. 4. Febr.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 381 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 255.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi in Academia Lipsica amico cariss.

S. D. Civis Ienensis, qui ostendit se vinum tibi venditurum esse, mittit *Ienam* hunc suum ministrum, qui te conveniet, ut tuam sententiam audiat, et de emtione, et de transvectione. Cadum vini nati hoc anno, quod eo loco existimatur esse caeteris generosius, ex monte cui nomen est a *Landgravio* *), vendet tibi octo florenis, ut vocant, et continet cadus V. S. amphoras, et aliquanto amplius, non minus. Nec vero huic pecuniae pretium vecturae includit. Sed si ab ipso voles transvehi, curabit ut Lipsiam advehatur tibi vinum usitata mercede, ut ex hoc tabellario intelliges. Haec tibi significanda esse duximus, ut de tota re cum hoc tabellario statuas. Mihi vini pretium non videtur esse nimium, et pluris hic nobis cerevisia emenda est. Sed statues ut videbitur. Caetera alias. Bene vale. IIII. Februarii.

Philippus Melanth.

*) der Landgrafenberg prope Ienam.

No. 2446. 9. Febr.

Io. Rorscheit.

† Ex apogr. in cod. Mehn. III. p. 103.

Erudito iuveni, Ioann. Rorscheidt, docenti adolescentiam Norinbergae, amico suo,

S. D. Adolescentis a te mihi commendati studia Deo iuvante inspiciam. Daturus est operam iuri. Sed res postulat, ut Dialect. et latinae linguae exercitia adiiciat. Te adhortor, ut spartam tuam, quam nactus es, ornes. Ac si quando conditio uberior se offeret, in qua a me adiuvari poteris, rationem tui habeo. Senem Caduceatorem *Sturmium* *) et D. *Michaelem* salutato amanter. Bene vale. IX. Febr. M.D.XLII.

Philipp. Melan.

No. 2447. 11. Febr.

Concionatoribus Nordhus.

† Ex mst. bibl. Hassel. transscripta in Collectanea Ballenstaedtii Vol. I. p. 196. et ex apogr. in cod. Goth. 402. p. 316 b.

Venerabilibus viris et egregia doctrina et pietate praeditis Pastoribus et Ministris fidelibus Ecclesiarum Nordhusianarum, suis amicis,

S. P. Tegi coniugia[1]) divinitus manifeste videmus. Etsi enim leges divinae et humanae mandant eorum defendendorum curam magistratibus et ecclesiis: tamen videtis[2]) haec iudicia nusquam diligenter constituta esse. Magistratus profani ubi puniunt adulteria, ubi dirimunt controversias matrimoniorum? Episcopi his saeculis adulteria[3]) confirmaverunt; nunc pii pastores non adiuvan-

*) Quem in epist. anni 1531. *fetialem* (Ehrenbold) dixerat.

1) Cod. Goth. 402. *coniugia*, mst. Hass. *coniugium*.

2) Mst. Hass. *videas*.

3) Verba: *ubi dirimunt — — adulteria* praetermissa sunt in cod. Goth. 402.

tur a magistratibus. Nisi igitur Deus tueretur[4]) coniugia, infinita dissipatio esset. Et hic orandus est, ut[5]) sua dona, coniugium, disciplinam, ecclesiam et politias defendat, quod certe faciet, propter gloriam filii sui domini nostri Iesu Christi, invocatus votis, gemitibus et lacrumis piorum[6]).

Mittimus autem vobis responsionem nostram de casu, de quo scripsistis, planam, perspicuam et piam. Pertinet ad officium pastorum consulere piorum conscientiis. Ideo si *Iacobus* ille[*]) est homo pius, cognita causa pronuntiate. Et optaremus, senatum, ut debet, adiuvare vestras sententias, et disciplinam servare ac tueri. Bene valete. Dat. Witteb. d. XI. Febr. anno 1542.[7])

No. 2448. (11. Febr.)

(*De casu matrimoniali.*)

Editum in Melanth. christlichen Bedenken a Pezelio p. 261. Et in opp. Lutheri Halens. T. X. p. 884., ubi refertur ad annum 1535. At vide epist. antecedentem. — Apographon in cod. Goth. 402. p. 339b., ubi inscriptione caret. Melanthon huius iudicii fuit auctor.

„Von Ehescheidung einer Ehebrecherin und andrer Ehe des unschuldigen Theils; an die Prediger zu Northausen geschrieben."
(Inscr. ap. Pezel.)

Erstlich so Jacob Löwer[1]) das verlaufene[2]) Weib wieder annehmen will, das mag er bedenken. So er aber endlich bedacht, sie nicht anzunehmen, wie ers nicht schuldig ist, so[3]) sich der Fall also hält, so wäre also[4]), als in einem rechten christlichen Kirchen-Gericht[5]) zu procediren; nämlich, daß eine Citation in valvis templi im Namen des Pastors angeschlagen[6]), darin die Ehebrecherin auf eine bestimmte Zeit erfordert würde[7]). Sie komme nun oder komme[8]) nicht, so soll Jacob gefasset seyn mit glaubwürdigen Zeugen, daß er nicht berüchtiget de saevitia oder von Ehebruch, sondern[9]) daß die verlaufene Frau Ehebruch treibe. So nun Jacob auf diese glaubwürdige Zeugniß[10]) begehrt, daß er von ihr geschieden werde[11]), so sollen die Prädicanten ihn ledig sprechen von bemeldtem verlaufenen Weibe[12]), als von einer Ehebrecherin, kraft des Evangelii, wie auch solches im Anfang der Kirche gehalten, zu Strafe der Untugend und dem unschuldigen Theile zu helfen; wie Eusebius eine alte Historie aus Justino erzählet lib. IV., und Hieronymus von der Faviola sagt.

Damit aber dieser Sentenz nicht verhindert werde, und dem unschuldigen Manne geholfen werde, ist auch vonnöthen, zuvor eines ehrbaren Raths Gemüth zu wissen, welcher doch, als eine christliche Obrigkeit, schuldig ist, ob[13]) diesem Sentenz zu halten, das verlaufene Weib nicht wieder einzulassen, und des Unschuldigen andere christliche[14]) Ehe nicht zu[15]) verhindern. Davon ist zuvor mit etlichen Verständigen, als Herrn Michaeln[*]), und andern, zu reden. Es wäre auch billig, daß eine Obrigkeit etliche Personen aus dem Rath zu solcher Verhör verordnete.

Dieß unser Bedenken ist gegründet und christlich, und wäre gut, daß die Kirchengericht an allen Orten also bestellt wären[16]), daß Ehebruch mit Ernst gestraft würde, und dem[17]) Unschuldigen geholfen. Es sind auch die Pastores schuldig[18]), so viel ihnen möglich, also[19]) den Unschuldigen, so[20]) christlichen Rath suchen, ordentlich[21]) laut des Evangelii zu rathen, und erbieten uns hiermit, dieß aus heiliger Schrift und alten christlichen Exempeln zu verantworten. Uns ist auch

---

4) Cod. Goth. 402. *regeret.*
5) Mst. Hass. pro *est ut*, mendose *esset.*
6) *votis — piorum* exciderunt e cod. Goth. 402.
*) Iacobus Loewer, vid. iudicium quod sequitur.
7) Cod. Goth. 402.: 1542. Sed mst. Hass.: 1543., ubi etiam verba: *bene valete, dat. Wit. d.* non leguntur.
1) Walch. Jacob L.; Pez. *N. N.*
2) Pez. et cod. Goth. 402. verlassene.
3) Walch. weil.
4) Walch. hier.
5) Pez. Gericht.
6) Walch. anzuschlagen.

7) Pez. gefordert werde.
8) oder komme] cod. Goth. 402. aber.
9) Walch. et cod. Goth. 402. *item* pro sondern.
10) Cod. Goth. 402. Zeugen.
11) Pez. wäre.
12) Pez. von gedachtem Weibe.
13) Pez. über.
14) Cod. Goth. 402. den Unschuldigen an der christlichen.
15) zu abest a cod. Goth. 402.
*) Michaele Meienburgo, consule Nordhusano.
16) wären] Pez. würden.
17) dem excidit ap. Pez.
18) schuldig cod. Goth. 402. non habet.
19) also excidit ap. Pez.
20) Pez. die da.
21) Walch. ordentlich suchen.

nicht entgegen, so ein ehrbarer Rath unser Bedenken wissen wollte, daß ihr ihm diese unsre Schrift fürlegt.

Martinus Luther, Doct.
Philippus Melanthon [22]).

No. 2449. 17. Febr.

Io. Fridericus ad Melanth.

† Ex scriptura prima (Concept) in Tabular. Vinar. Reg. O. fol. 156. Lit. JJJ. no. 17.

An Philippum.

(Epistola Ducis Saxoniae, Electoris.)

Wir wollen euch nicht bergen, daß uns der hochgeborne unser freundlicher lieber Vetter Herr Moritz Herzog zu Sachsen, angelanget, dieweil seine Liebe die Universität Leipzig zu reformiren willens, daß wir euch wollten befehlen, daß ihr euch auf S. Liebe Erfordern dahin wollt begeben, und solche Reformation vornehmen helfen.

Dieweil denn dieß ein gutes auch dem gemeinen Nutz förderlich Vorhaben ist, so begehren wir, ihr wollet auf Zeit, wenn ihr von benannten unsern Vetter erfordert werdet, euch gen Leipzig begeben, und neben andern das vorhabende Werk mit Fleiß fördern helfen. Daran thut ihr uns zu Gefallen. Datum Torgau, Freitags nach Valentini 1542.

Zeddula.

Ihr wollet auch mit sonderm Fleiß darob halten, daß der christlichen Religion zuwider nichts vorgenommen, auch die hiebevor aufgerichtete Visitationsordnung im Wesen erhalten werde. Wollten wir euch freundlichen nicht verhalten.

No. 2450. 18. Febr.

Studiosis.

Ex Scriptis publ. I. p. 161. — Apographon in codice Bavari Vol. II. p. 277.

22) Nomina subscripta neque apud Pez. neque in cod. Goth. 402. leguntur. Sed cod. Goth. 402. addit: *Witeb. ex manu Philippi.*

Rector Academiae Viteberg. Iacobus Milichius medicae artis Doctor.

„*Doctor Iacobus Milichius, Medicus, Rector Academiae Vuitebergensis. Philippus Melan. fecit.*" (Inscriptio in cod. Bav.) *)

Etsi existimamus aliqua esse modesta ingenia, quae adficiuntur cogitatione periculorum, quae impendent Germaniae, et student pietate morum lenire iram Dei: tamen videmus alios quosdam duriores esse Caucasi rupibus, ac prorsus nihil adfici publica moestitia, sed quaerere beluinas voluptates, grassari ebrios totis noctibus, tumultus excitare; ac saepe iam accidit, ut etiam modestiores pertrahantur in sodalitia dissimilia.

Nos, quod nostri officii est, disciplinam tueri cupimus, et cohercere petulantiam. Ideo prohibemus nocturnos clamores et tumultus, item personatorum discursationes ac ludum tesserarum, qui a mussitatione nomen habet. Quid aliud quam insidias in hac tanta morum corruptione suspicari prudentes possunt, si videant, in alienas aedes irrumpere ignotos personatos, tacentes, nutibus loquentes? Haec aliena sunt et ab humanitate et ab ingenuitate. Speramus autem apud bonos et modestos valituram edicti nostri autoritatem, quos quidem decet aliarum honestarum civitatum exemplis moveri. *Noriberga*, *Vratislavia*, *Lipsia* et pleraeque aliae etiam concessos ludos iam prohibuerunt, ut populus admoneatur exemplo aliquo de impendentibus periculis. Quam est indecorum in schola Christiana contraria exempla conspici, quae, ut est praecipua pars ecclesiae, sic praecipue lugere publicas ecclesiae clades debebat, et veris et assiduis gemitibus orare Deum, ne deleri nomen Christi, pios coetus, politias et recta studia sinat. Sic pro Israëlitis lacrymae valuerunt Samuelis, Eliae, Elisaei, Esaiae, Ieremiae, Danielis, Ioannis Baptistae, Christi et Apostolorum. Nunquam ecclesia foris est victa armis, nisi domesticis sceleribus prius horribiliter deformata esset. Ergo, qui non emendant mores, non sunt in ecclesia, sed in hostium castris. Fuit *Isenaci* ante annos quinquaginta vir pius et doctus, *Iohannes Hilten*, qui cum alia multa praedixit, quae evenerunt, (nam diserte scripsit, anno 1516.

*) A Melanthone haec scripta esse, argumentum et dicendi genus docent.

initium fore emendationis doctrinae ecclesiasticae,) tum etiam de Turcici regni successibus et inclinatione vaticinatus est, qui et Pannoniis potiturum Turcam, et vicinas regiones vastaturum esse scripsit. Postea vero inclinationem regni Turcici secuturam esse existimavit. Audimus, et in urbe Bizantio leonis aenei magnam molem saxo impositam et immotam, qui antea spectavit Orientem, ante paucos annos sponte, sine ulla vi humana conversam esse ad Occidentem, quo bella in Occidente significari putatur. Et commemorari alia multa possent. Sed fortassis est ineptum, vaticinia et prodigia recitare, praesertim cum hostis sit in conspectu. Et tristissima signa sunt in moribus, qui si mediocriter emendarentur, Deus arceret*) hostem. Verum cogitate ipsi, si tantum eo pacem expetimus, ut obscoenis voluptatibus fruamur, quid preces piorum, quid arma virorum fortium proficere possunt? An putatis, pios hoc precari Deum, ut det otium aliis explendae tyrannidi, ambitioni, libidinibus et aliis pravis cupiditatibus? An ideo vultis Deum proeliari in nostra acie, ne stupra, ne adulteria, ne alia flagitia impediantur? Nolite hanc dementiam aut piis precantibus aut viris fortibus dimicantibus tribuere. Ne quidem exaudiret Deus Samuelem aut Ieremiam haec precantes. Alius est finis, quem et pii in precibus et viri fortes in acie intuentur, videlicet ut Deus recte colatur, ut ecclesia, disciplina, pia et utilia studia, honestae politiae conserventur. Ergo ut preces, ut arma valeant, mores nostros emendemus. De his, qui mores emendant, ait Samuel: Ne sic delinquam adversus Deum, ne orem pro vobis, neve doceam vos viam bonam et rectam. Ideo timete Deum, et servite ei vero et toto corde, ne pereatis. Die XVIII. Februarii anno M.D.XLII.

No. 2451. **27. Febr.**

Senatui Memmingensi.

Edita in Io. Georgii Schelhornii amoenitatibus literariis Tom. XIV. p. 417. Prima scriptura huius epistolae, manu Melanthonis scripta, habetur in cod. Monac. II. p. 68. quam contuli.

Den ehrbaren, weisen und fürnehmen Herrn Burgermeistern und Stadt zu Memmingen, meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnad durch unsern Heiland Jesum Christum zuvor. Ehrbare, fürnehme, weise, günstige Herrn. Nachdem der wohlgelahrte Magister Johannes Humelius, nunmehr seit zweyen Jahren durch euch in der Universität allhie gutwilliglich unterhalten, und er jetzund wiederum heim erfordert, habe ich nicht unterlassen wollen, an E. W. zu schreiben, und bitte ganz fleißig, E. W. wolle dieses mein Schreiben, das guter Meinung geschiehet, freundlich verstehen. E. Weisheit, als die Verständigen, wissen, was besonders zu dieser Zeit daran gelegen, daß man gute ingenia und die in löblichen Künsten und christlicher Lehr einen guten Verstand haben, fördere, und zur Kirchen-Regierung aufziehe. Dieweil ich denn weiß, daß bemeldeter Humelius sehr guter Sitten, verständig und wohlgelahrt ist, bin ich erfreuet Ewr. Kirchen und Stadt halben, daß durch Gottes Gnade allda eine solche Person zu finden, und bitte, E. W. wolle ihr bemeldeten Humelium günstiglich lassen befohlen seyn. Er hat allhier guten Fleiß gethan, und nicht allein selb studirt, sondern auch andern fortgeholfen, ihnen gelesen und sie geübt, daß viele ein besonder Gefallen an ihm gehabt; wäre auch ohne Zweifel vieler Schüler Nutzen gewesen, wenn er länger bei uns hätte bleiben mögen. Ewr. W. weiß auch, daß im vergangenem Jahr die Zehrung schwer gewesen, dazu ist ihm etwas auf den Gradum und auf die Reise aufgelaufen; darum bitte ich fleißig, E. W. wolle ihm zu dem Stipendio, so ihm gereicht, ein dreißig fl. zulegen. E. W. wolle hierin seine Geschicklichkeit bedenken, auch ihn meiner Vorbitte genießen lassen, der ich E. W. und diesen christlichen Ständen treulich, und, wie E. W. weiß, nicht mit geringer Arbeit zu dienen pflege, wie ich mich auch schuldig erkenne. Gott gebe Gnade dazu. Bitte derwegen, Ew. W. wolle sich gutwillig gegen Humelio erzeigen; das will ich zu großem Danke annehmen, als so es mir gethan, und euch zu dienen willig seyn. Gott bewahr euch allezeit. Datum Wittenberg. Montags nach Invocavit Anno XLII.

E. Weisheit
williger
Philippus Melanthon.

---

*) Cod. Bav. om. *arceret*, lacuna relicta.

No. 2452. 28. Febr.

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 150 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 558.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Eccles. Noriberg.

S. D. Redeunt in Patriam Memingam duo nostri Auditores, eruditi Iuvenes, quorum alter Magister *Iohannes Humelius* in Mathematis egregie promovit*). Et ut natura est Philosophica, ita modestissimis moribus praeditus est. Quare tibi hos Hospites commendo.

Tuas literas expecto de conventu Spirensi**). Nam nos nihil audimus. Deum oro, ut gubernet mentes eorum, qui de Salute publ. ibi deliberare debent, ac flectat eas ad salutaria consilia. Absens etiam cohorresco, de factionibus et iniustis Principum studiis cogitans. Audio aliud *Ferdinandi*, aliud Bavarorum, aliud nostrorum fore consilium. Ludunt Sophistica Principes in re tanta; sed dabunt poenas. In hac cogitatione nuper cum versarer, ac de quibusdam Sophoclis versibus cogitarem, sic eos nonnihil mutatos recitabam.

ὅπου σοφισμάτων γέμουσιν οἱ ἐν τέλει,
ἔχθρας τ' ἰδίας ποιοῦσι πλείονος περὶ,
ἢ τὴν τεκοῦσαν πατρίδα, ἠδὲ τὸν θεὸν,
ταύτην νόμιζε τὴν πόλιν χρόνῳ πότε
ἐξ οὐρίων δραμοῦσαν εἰς βυθὸν πεσεῖν.

Bene vale. Pridie Cal. Martii.

Philippus Melanthon.

*) De Hummelio vid. ep. anteced. ad Senat. Memming.

**) Historiam huius conventus, inchoati d. 9. Febr. 1542., narrat Sleidan. in Comment. p. 396.

No. 2453. (m. Febr.)

Oporinus ad Camerarium.

† Ex apographo in cod. Goth. 123, ep. 49. Inscripsit apographo Paulus Eberus sua manu: „*Oporinus* typographus, civis Argentinensis, *Ioachimo Camerario* ex Basilea scripsit mense Februario anno 1542." (Dedimus hic hoc epistolae fragmentum ad illustranda ea, quae Melanthon et Lutherus de Carolostadii morte passim scripserunt.)

(*Oporinus ad Ioach. Camerarium.*)

De *Capitonis* obitu dudum te audivisse arbitror, verum quod te minus, puto, moerore afficiet, obiit proxima natali Christi aut eo die sepultus est potius cum pridie abiisset, *Carolstadius* quoque*), scholae nostrae atque adeo ecclesiae totius praesentissima pestis dum viveret. Itaque ut vivens adhuc veluti Davus quispiam comicus perturbavit omnia, ita post se nescio qualem sive bonum sive malum genium reliquit, qui et domum et locum, in quo est positum cadaver, ita infestat, ita strepitu, tumultu et lapidum crebris iactibus etiam interdiu perturbat, ut nemini agere ibi tuto ferme liceat. Itaque magnam ea res fabulam apud nos excitat, plerisque quidnam id sit ambigentibus. Summa, eo res rediit vehementior, ut publice e suggestibus hinc inde concionatores exoraverit uxor, pro se uti populum hortarentur precari dominum, ut a diaboli tentationibus adeo atrocibus liberari tandem aliquando queat. Insequitur interdum etiam pueros, qui domi sunt, et familiam reliquam sursum ac deorsum, perque hortum perque coenacula omnia et in foribus aliquando vestium laciniis comprehensat, interdum etiam libros proiicit, adeo ut etiam collectanea ipsius ad cloacam clam primo, mox etiam ad focum deportarit, ut ex iis etiam quaedam interierint.

No. 2454. 2. Mart.

Wolfg. Musculo.

† Ex autographo Melanth. in biblioth. urbis Zofingen, mihi descripta a Pl. Rev. Frikarto.

Viro optimo, et eximia eruditione praedito, D. Wolfgango Musculo, docenti Evan-

*) Hanc totam narrationem de Carolostadio, quam etiam commemorat Lutherus in epist. ad Amsdorfium, d. d. 7. Apr. 1542., fabulam esse contendit Io. Iac. Grynaeus in epistola ad Barthol. Pitiscum 18. Mart. a. 1601. scripta, secundum quam Carolostadius Basileae d. 24. Dec. 1548. (non 1542.) mortuus sit. Ex hac quidem epistola certe hoc intelligitur, a quonam haec narratio ad Saxonicos theologos scripta fuerit. Caeterum hanc narrationem pertinere ad ann. 1542., intelligitur etiam ex epistola Spalatini ad Ionam, nondum edita (in Vol. Epist. Meining. ep. 35.) data d. X. Febr. M. D. XLII., ubi Spalatinus haec: „Habeo literas ex Onoltsbachio a *Iunio* nostro, tibi non ignoto, Doctorem Carolostadium nuper defunctum et mortuum, quem tum in aedibus, in quibus defunctus est, tum in loco sepulturae miras turbas dare."

gelium in ecclesia Augustana, amico suo carissimo,

S. D. Utinam magis frui benevolentia et amicitia vestra possem, mi *Muscule*. Verum, ut vides, non solum procul istinc absum, sed etiam raro per literas colloqui possumus. Impedimur enim uterque quotidiana assiduitate, quae tamen in scholis est negotiosior. Hoc autem velim tibi certo persuadeas, me et ecclesiae vestrae ex animo bene velle, et de te praeclare sentire, teque a me vere diligi propter pietatem et eruditionem tuam.

Quod veremini, ne quid suspicionis inde oriatur, quod *Eccius* magis dimicat cum *Bucero* *), hanc suspicionem refutant meae praefationes, quas actis addidi, in quibus unum *Eccium* maxime insector et provoco. Etsi enim architectis fucosae illius conciliationis admodum irascor, tamen parcendum eis duxi, quod fortassis iam ipsos illius insulsi consilii pudet. Si autem animo coeperunt esse alieniore vel a doctrina nostrarum et suarum ecclesiarum, vel a me, agnoscam et deplorabo malum in Ecclesia usitatum, videlicet Principum et Doctorum inconstantiam. Sed me deinceps talibus consiliis admisceri non sinam. Utinam vobiscum possem colloqui de hac re **). Nunc Turci nobis novas et non exiguas curas adferunt. Bene vale et rescribe per hunc nostrum civem. 2. Martii 1542.

Philippus Melanthon.

No. 2455. (in. Martio.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 386 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 260.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi in Academia Lipsica, amico carissimo,

S. D. Et operis forma delectabar legens tuam orationem, et simul dolore ac miseratione patriae, horum ipsorum studiorum, et Ecclesiae afficiebar ingenti: videbam enim eleganter a te expressam esse formam Demosthenicam. Similis est ad caussam aditus, quibus rebus creverit hostis, quae mens semper fuerit, deinde quae contra ignavia, discordia, tarditates alterius partis, denique seria et plena veri studii adhortatio. Censeo igitur quam primum edendam esse. Etsi enim neque his armis vincitur hostis barbarus, neque haec leguntur a Centauris, propter quos plectimur, tamen hae voces honestae in scholis, in nostris coetibus sonent. Nondum de Ecclesia, nondum de Repub. prorsus desperemus: quare nostra studia, quantum conceditur, colamus. Citas oraculum, perisse Athenas ἡγεμόνων κακότητι. Eodem loco alterum est apud Pausaniam in Phocicis, in quo dicitur perisse Athenas, δολεροῖσι τρόποις, κακότητι νομήων. Plane imago est haec nostrorum temporum. Sophistica principum et ignavia sunt exitio Reipub. *) Intelliges iam in conventu bona consilia miris strophis eludi, qua de re, etsi nonnihil dixisti in tua oratione, tamen vellem te aliquid assumsisse meae iracundiae, ac asperiore insectatione rem turpissimam perniciosissimamque vituperasse. Nec ego metuo Corycaeos, qui haec dicent a me tibi instillata esse. Asscribo in eam sententiam versiculos nonnihil mutatos ex Sophocle, pro quibus velim mihi meliores facias,

ὅπου σοφισμάτων γέμουσιν οἱ ἐν τέλει,
ἔχθρας τ' ἰδίας ποιοῦσι πλείονος πέρι,
ἢ τὴν τεκοῦσαν πατρίδα, ἠδὲ τὸν θεὸν,
ταύτην νόμιζε τὴν πόλιν χρόνῳ πότε
ἐξ οὐρίων δραμοῦσαν, εἰς βυθὸν πεσεῖν.

Accepi his proximis diebus et ex Polonia et ex Moravia litteras a peritis hominibus scriptas, in quibus affirmatur augeri copias, quae sunt *Budae*, easque excurrere et populari viciniam. Heri etiam afferebatur fama de capta *Alba Regia* ut vocant. Interim tamen quidam paene affirmant, maiorem natu filium Tyranni Turcici a patre defecisse, et bellum in Syria moliri.

Non dubito vos aliquid de conventu *Spirensi* habere, apud nos de eo silentium est, quod ipsum est δύςφημον.

Remitto tibi *Oporini* litteras **). Spectrum, de quo scribit, nihil dubito diaboli ludos esse,

---

*) Ediderat Eccius librum contra Buceri historiam colloquii Ratisbon.: Eckii apologia — adversus mucores et calumnias Buceri. 1542. 4. Vid. supra quae ad initia Conv. Ratisb. post 13. Mart. 1541. de illo libro diximus. De hoc libro Lutherus ad Ionam d. 16. Febr. haec: „Eckius rabiosissimum scriptum edidit de Actis Ratisbonensibus, ac plus quam Archilogum agit in lacerando Luthero, etsi in alios etiam incurrit."

**) Verba *hac re* non bene legi possunt in autographo; apographon, quod est in eadem biblioth. Zofing., habet *hac re*.

*) Propter odium erga Lycaonem impediebatur bellum Ungaricum. C. W.

**) Vid. ep. Oporini mense Febr. h. a. No. 2453.

vel σαρκασμοὺς potius, quibus exagitat impiam plebem, et fortassis confirmare certamina quaedam conatur. Sed discedet ex hac scaena ille spiritus πανοῦργος, si a piis se contemni senserit. Volui etiam te legere *Sturmii* ad me epistolam. Bene vale.

Philippus.

No. 2456. (med. Mart.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 388 sq. (ed. Lond. IV. ep. 261.).

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo cariss.

S. D. Etsi digni sunt reprehensione ὁ δεῖνα et eius παραστάται, tamen nos non odiis, non scelere certare cum ipsis oportuit, sed potius consulere Ecclesiae, patriae, gloriae Dei, denique facere quod nobis dignum erat, non quod illis, praesertim cum recte faciendo etiam securitati nostrae optime consuleremus. Hanc dixi sententiam in eadem caussa, de qua nunc sunt deliberationes, ante sexenium, dixi saepe postea. Ac in conventibus ingenti cum dolore, vidi aliud agi, non fui approbator. Etsi igitur absens saepe iam de Spirensibus rixis cogito, nec multo minorem capio dolorem procul haec aspiciens, tamen abesse me gaudeo. Quid struatur, quo haec absurda consilia evasura sint, brevi videbimus, si nos fatum urget, scis nos antea saepe ἀμαθίας ἐνίων φιλοσοφίᾳ τινὶ ἢ κεκαλυφέναι, ἢ καὶ ἐπανωρθωκέναι θεοῦ κυβερνῶντος, καὶ εὐμενῶς χειραγωγοῦντος. Nunc ita deformant et sese et caussam optimam, ut nos de nobis ipsis tandem cogitare cogant. Noti sunt mei sermones, et extant in scriptis significationes mei doloris, quae ostendunt, me hanc sophisticam multo ante et improbasse et formidasse. Erant aulae quondam aliquanto similiores τῇ ἀριστοκρατίᾳ, nunc ὀλιγαρχικαὶ sunt, ridentur et exploduntur scholasticae opiniones ut vocant, quod minus mirarer, siquid esset Alexandreum aut Achilleum in his, qui scholasticos derident, sed nec Linum opinor Hercules contempsit. Hac tota de re nunquam cuiquam satis exposui meum dolorem, ne tibi quidem. Nec ulla privata caussa angor. Ecclesiae, Reip. deinde et ipsorum caussa doleo, qui sunt fontes τοιαύτης ἀμαθίας. Reliqua est una Ancora, de qua filius Dei inquit, Non relinquam vos Orphanos. Vides nec Ecclesiae nec Reip. praesidio esse hos Heroum filios. Petamus igitur et expectemus a Deo auxilium et defensionem. Haec ipsa sententia fere quotidie ad me multorum litteris perscribitur. Bonorum iudicia de istis Heroibus, et dolor, et vota fere ubique consentiunt, id quoque significat impendere rerum μεταβολὴν fatalem. Sed desino. Brevi coram plura.

Apollonio libenter gratificati sumus. Nam ego quidem magis dignum iudico hoc gradu, qui vel exiguam particulam Physices didicit, et vel pauca novit remedia, quam qui totum Tartaretum sciat ἀποστοματίζειν, etsi hic quoque habemus ἐπαριστερούς τινὰς Κάτωνας, ut ipse Senex Cato ineptos imitatores suos vocabat. De inscriptione βοτανικοῦ Amici nostri *) quid spei esse potest? Natura satis bona et liberalis est eius Principis **). Sed nec Xenophontis nec Aristotelis οἰκονομικὸν legit. Bene vale et rescribe. Dixi *Apollonio*, vereri me, ut sibi vestrates satisfieri patiantur, etiamsi a nobis fuerit ornatus, sed id *Aurbachio* et *Philoni* curae sit.

Philippus Melanth.

No. 2457. 21. Mart.

Ge. Spalatino.

Epistola ad Spalatinum d. d. 21. Mart. 1542. incipiens: *Nuper tibi significavi* etc. legebatur in Hummelii Collect. T. I. p. 47., quam autem habere mihi non contigit.

No. 2458. 24. Mart.

M. Crodelio.

Epist. lib. V. p. 865 sq.

Marco Crodelio (gubernanti scholam Torgaviensem.)

S. D. De vino gratiam habeo Illustrissimo Principi. Tua etiam mihi sedulitas, mi *Marce*, grata est. Sed nolim, te mea caussa subire offensiones

*) Fuchsii. C. W.

**) Marchionis. C. W.

aulicorum. Vetus est versiculus graecus, qui monet, quo animo esse debeamus erga aulam:

φίλ μὲν, ἄν τι φέρῃ, ὀλίγον δ' ἄχος ἢν ἀποδίῃ.

Gratum est, si dederit, nec succensebo neganti. Librum Actorum Ratisbonensium mitto monacho, quem exhiberi ei curabis. Nam, ubi sit, nescio. Et optarim, has disputationes ab eruditis legi. Bene vale. Die 24. Martii 1542.

Philippus.

No. 2459. 25. Mart.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 389 sqq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 262.)

Clariss. viro Ioachimo Camerario Bambergensi in Academia Lipsica amico suo cariss.

S. D. Et *Apollonio*, et studiis eorum qui eum commendarunt, obsecuti sumus: scis enim Philonem magni fieri a me. Nec dubitabam istic quosdam reprehensuros esse nostram facilitatem. Nam hic quoque ridetur. Sed mihi usitatum est, amicorum caussa peccare, fortassis etiam ultra metas, de quibus disserit Theophrastus, ut dicitur. Sed tamen μέχρι βωμῶν. Scire igitur cupio, an profuerit nostrum officium *Apollonio*. Ego quidem diserte eum admonui, nisi sciret sibi profuturum, ne titulum ineptum peteret. Reliqua in proximis litteris.

Nonnihil mitigarunt actiones Spirensium Comitiorum. Nam audio decretum esse, ut παγγερμανικὸν mittat exercitum in Pannonias. Sed mi *Ioachime*, novis curis excrucior. Inferetur hosti acerrimo bellum, et postea negligenter geretur. Sed tamen res suscipienda est. Deum oremus, ut defendat Ecclesias suas, quod certe faciet, etiamsi castigabit. Daniel et alii pii in exilio non solum servati sunt, sed etiam gloria cumulati. Scripseram proximas litteras mane, iis curis, quas in lecto meditari soleo, incitatus. Sed non est de nihilo mea querela. Postea inspexi Pausaniam, qui etiam Linum ab Hercule inquit occisum esse. οἰστέον οὖν τὰς εἱμαρμένας ἀνάγκας τοῖς φιλοσόφοις. etsi ego quidem, qui me Peripateticum profiteor, minime durum Philosophiae genus sequor.

In ducatu Vuirtenbergensi scis *Rosebergii* complices vagari. Hi nunc Augustanos et Ulmenses magno detrimento affecerunt. Te rogo, ut scribas aliquid περὶ Ἀπολλωνίου καὶ τῶν λοιπῶν πραγμάτων.

Mitto tibi *Sabini* litteras, ad me scriptas. Hic scholasticus exhibebit tibi ipsius Carmen et Epistolam ad te scriptam, quaeso ut aliquid ei respondeas. Bene vale. Nec locum nec tempus idoneum ad scribendum habebam. die Annunciationis.

Philippus Melanth.

A *Ziglero* litteras accepi de quodam Franco, cui mea officia detuli. *Ziglero* scribam alias.

No. 2460. (h. t.?)

I. Rivio.

† Ex apographo in cod. Paris. D. L. 54.

Ioanni Rivio.

S. *Danielem* arbitrabar iam ad suam coniugem profectum esse. Cum igitur hic adolescens commendationem peteret, ad te scripsi. Hic *Wolfgangus Walberus* Dresdensis bonis moribus praeditus est, et sacras literas studiose audivit, mihi etiam quaedam interroganti satis dextre respondit. Servire cupit Ecclesiae, et ad Diaconi munus alicubi provehi posset, aut ad gubernandam aliquam Ecclesiam. Quaeso ut eum adiuves. Spero, recte facturum officium et promoturum in studio doctrinae christianae. Orphanus est et pauper: horum curam maxime Ecclesia suscipere solet. Expecto a te literas tum de caeteris rebus, tum περὶ παννονικῶν. Vale.

Ph.

No. 2461. 27. Mart.

M. Meienburgo.

Epist. lib. V. p. 682 sqq.

Michaeli Meienburgo (Nordhusae).

S. D. Rogavit me *Henricus Hamme**), filius civis Northusani, viri, ut accipio, integri et bene-

---

*) Haud dubie idem est, qui in ep. ad Pannonium d. 28. Apr. 1552. dicitur Hammonius. Scripta igitur videtur epistola fere anno 1542. vel 1543. Vid. etiam ep. d. 1. Decbr. 1546.

meriti de Patria, ut se vobis commendarem. Intellexit enim, istic sacerdotium vacuum esse, cuius collatio pertinet ad Senatum. Id orat sibi conferri, ut inde possit tolerare sumptus studiorum suorum. Hac in re, quaeso, ut hunc *Henricum* adiuvetis, et ipsius causa Senatum rogetis, ut ipsi sacerdotium conferat. Ego affirmare possum de moribus et studiis *Henrici*, dignissimum esse auxilio et beneficio Patriae. Nam et modestia singulari praeditus est, et doctrinam habet non contemnendam. Scio autem, vos pro vestra humanitate et amore erga literatos omnes libenter adiuvare studiosos. Quare non dubitavi, vobis hoc negotium imponere, et magnopere oro, ut etiam mea causa propter nostram amicitiam hunc *Henricum* diligentius adiuvetis. Videtis ruere artes optimas, nisi talium virorum ope conservatae fuerint, qui in consiliis Rerumpubl. literas intelligunt, qui, cum pauci sint, non exiguum certamen sustinent in propagatione literarum adversus indoctos. Pugnandum igitur erit et vobis in Patria, ut iuvenes studiosi adiuventur. Ego si qua in re gratum vobis facere potero, summa voluntate id faciam. Bene valete. Postridie Dominica Iudica.

Philippus.

No. 2462. 31. Mart.

M. Crodelio.

Epist. lib. V. p. 363 sq.

Marco Crodelio (gubernanti Scholam Torgav.)

S. D. Charissime *Marce*. Scripsit huc Illustriss. Princeps, ut aliquem indicemus, cui commendetur Ecclesia *Olsnicensis*. Indicavimus Concionatorem *Plaensem*, doctum virum, et hunc tabellarium, *Nicolaum* Triptisium, conterraneum tuum, nuper ex oppido Budissino artificiis quorundam extrusum. Vir bonus est. Istic vult audire, an Ecclesiae Olsnicensi praeficiendus sit, aut an possit sibi locus esse in Wortzen. Indicabis igitur alicui in Cancellaria, adesse Torgae eum *Nicolaum*, de quo scripsimus, aut, si quid scis de Worcensi Ecclesia, huic expone. Decet nos hospites propter Evangelium vagantes ac pios nostris officiis iuvare. Lutetiae noster Doctor *Gallicus Michael*, propterea quod nostras sententias noluit vituperare, combustus est, proditus à quodam, apud quem deposuerat pecuniam. Talia faciunt Diaboli organa. Nos piis hospitibus simus clementiores. Bene vale. Ultima Martii 1542.

Philippus Melanthon.

No. 2463. 31. Mart.

Ge. Spalatino.

† Ex apogr. in cod. Dresd. C. 140. p. 29 b. ep. 36. descripta a Cl. *Gersdorfio*.

D. Georgio Spalatino.

S. D. Non novi eum qui praeest scholae *Bornensi*, sed legi calumniam, qua se excusat ministris evangelii, ac me ait usum coenae domini inter ἀδιάφορα ponere. Scio haec aliter dici in meis scriptis. Nam diserte alicubi ita scripsi, ceremoniam publicam a Christo institutam esse, ut necesse sit aliquando ea uti, ceterum temporis articulus relinquendus est iudicio suo cuiusque, quia additum est, probet seipsum homo. Nolim confirmari contumaciam cuiusquam adversus pastores ecclesiae. Ideo aut redeat ille in gratiam cum ministris evangelii, aut discedat. Audi historiam de *doctore gallico* *), qui hoc anno Wittebergae praelegit. Semper mihi visus est simplici et probo ingenio esse, et discedens mihi dixit, se non abiecturum has sententias, quas hic didicisset, de fide in Christum. Hortatus tamen sum, ne sibi periculum accerseret. Rediit *Lutetiam*, ubi pecuniam apud quendam deposuit, qui cum eum audisset de nobis non spurce loquentem, defert hunc apud Tyrannos. Rapitur ergo in carcerem noster amicus et iubetur recantare, quod cum nollet facere, pars linguae ei praecisa est, sic ut voces tamen adhuc sonaret articulatas. Iterum iubetur recantare, quod cum nollet facere, dicitur combustus esse. Utinam cito ostendat se mundo Iudex Christus. Bene vale. prid. Cal. April.

Phil. Mela.

---

*) Michaele. Cf. No. 2465.

No. 2464. **(m. Mart.)**

A. Alesio.

Edita in d. Unschuld. Nachr. ann. 1753. p. 164.

*Clarissimo viro, eruditione et pietate praestanti, D. Alexandro Alesio *), Doctori Theologiae, amico suo.*

Erramus fatis acti maria omnia circum, inquit vir ille fortis apud Poëtam. Sic nos in Ecclesia passim vagamur. Sed causas veras horum exiliorum et harum miseriarum, et consolationes caelestes novimus, quibus nos sustentemus ac meminerimus, filium Dei, εἰκόνα aeterni patris, nostri causa exulem factum esse, nec tantum patria domo emissum, sed, quod multo maius erat, exutum gloria iustitiae derivasse in se iram Dei. Feramus igitur nostras aerumnas.

Iussi hunc *Scotum* ad te expatiari, et ut disputationem vestram audiret, et ut tibi patriae historias narraret. Nam etiam cum frui patriae conspectu non licet, amorem eius καὶ στοργήν circumferimus quoquo terrarum. Literas a te expecto, et de Synodo et de aliis rebus vestris. *Maccabeus* **) candidissimus praedicat ingenium, mores, pietatem huius *Iacobi*, quare eum propter amici et boni viri testimonium complectamur. Bene vale.

Philippus Melanthon.

*) Ille iam exeunte anno 1541. Lipsiam se contulerat.

**) De Ioanne Maccabaeo Scoto vid. *Gerdesii* hist. renati Evangelii, P. III. p. 416. Anno 1542. Maccab. doct. Theol. creatus est ab Acad. Witebergensi, quare hoc anno et tempore epistola videtur scripta.

No. 2465. **1. Apr.**

I. Ionae.

† Ex apographo in cod. Goth. 191. p. 72b.

Iusto Ionae.

Ut iussisti, filium audivi, disputata etiam cum eo forensi quaestione de Appii C. sententia, quod non dederat vindicias secundum libertatem. Respondit satis dextre. Et quae sint naturae et gentilitiae dotes video. Itaque et gratulor tibi hanc felicitatem, et precor Deum, ut et tibi et reipublicae servet filium ac provehat. *Ecce haereditas domini filii.* Meministi dictum Psalmi: O quantum donum Dei est, liberos habere ingeniis bonis praeditos, et quos spes sit nostro loco, ut Plato dixit, cultores Dei fore! Talem spero fore filium tuum. Quare, ne ei desis. Probo consilium, quod hactenus maluisti eum apud te retinere, ut tuo consilio mores custodire et studia regere possit. Sed aliquanto post res poscet, ut in Academia in coetu et frequentia versetur et adiiciat animum ad certum genus superiorum artium. Optarim tamen eum etiam degustare graecas literas et philosophiam *).

De republica nihil novi habebam. In *Pannoniis* crescunt Turcicae copiae. Audio in conventu **) decretum esse, ut exercitus Germanici contra Turcas mittantur. Deus gubernet rem tantam. Duo iam negotia omnium maxima sustinet Germania, religionis explicationem et Europae reliquae defensionem. Vere igitur belligerabimur adversus regnum Antichristi. Utinam cogitarent principes de magnitudine huius rei! Te quidem rogo, ut tua eloquentia digna tantis causis harum rerum magnitudinem populo declares, ut piis precibus arma iuventur. De doctore Gallico *Michaele* audio proditum esse a quodam, apud quem deposuerat pecuniam. Certe instat dies, quo Christus deletis Tyrannis et eorum satellitiis ecclesiam suam liberabit. B. V. Calend. April. 42.

No. 2466. **4. Apr.**

N. Amsdorfio.

Ex autogr. in cod. Seidel. Dresd. edita in Wegscheideri Progr. I. ep. 3. p. 14.

Reverendissimo domino Nicolao Amsdorfio, Episcopo Citicensi et Numburgensi, suo Patrono reverenter colendo.

S. D. Ut queritur Zacharias propheta a diabolo impediri instaurationem Ierosolymae [1]), ita videmus, diaboli artificiis nunc Ecclesiarum instaurationem passim impediri. Quare deum oremus, ut Principibus det tranquillitatem et voluntatem

*) Ex Lutheri epist. ad Ionam patrem d. d. 23. Sept. h. a. (de Wett. V. p. 499.) intelligitur, Ionam filium mox inobedientem patri factum esse.

**) Spirae habito propter bellum Turcicum.

1) Ad Zach. capitis III. commata 1. et 2. Mel. respexisse videtur. [Wegsch.]

utilia constituendi. Exortus est tumultus propter oppidum *Wurtzen*, quem utinam placide deus sedare velit. Misi nuper vobis exemplum scripti d. doctoris *Martini*. Breve et meum addam. Nepotes vestri erunt mihi curae et habent praeceptorem fidelem. Bene et foeliciter valete. die 4. Aprilis.

Hic sacerdos *Philippus* fuit pastor *Calensis* a d. doctore *Martino* eo missus. Sed odiis civium cessit. Rogo, ut ei alicubi locum in vestra dioecesi tribuatis. Est doctus et facundus.

Philippus Melanthon.

No. 2467. 4. Apr.

Philippo, Landgrav.

† Ex autographo in Tabul. Cassel. nobis descripta a Clariss. a Rommelio.

Dem Durchleuchten Hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Philipps, Lantgraven zu Hessen, und Graven zu Catthen Elnbogen, Zigenhain, Nida und Dietz rc., meinem gnädigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Durchleuchter hochgeborner gnädiger Fürst und Herr, E. F. G. Schrift und Befehl hab Ich Georgen angezeigt, der sich daruff zu E. F. G. verfüget, und dweil ich sehe, daß der Knab ein guten Verstand hat, und mir sein Magister anzeigt, daß er sein Ingenium in Uebung der Dialectiken besonder gemerkt und Gefallen dran hat, Bitt ich E. F. G. wölle Ihr diesen Jungen gnädiglich lassen befohlen seyn, und Ihn in dieser Jugend noch länger studiren lassen. Die Bücher, so E. F. G. der Universität zugeschickt, haben etlich Doctores entpfangen, So hab Ichs fast als bald durchsehen, und besonder die Stück gelesen, darin von wahrhaftiger Kirchen, von christlicher Lahr, item vom fürstlichen Ampt in Abthuung der Mißbräuch, geredt wird. In welchen Artikeln gute Gründ angezogen, und bedünkt mich, E. F. G. haben den Mann numehr gnug geantwort. Wiewohl ich auch nit zweifel, E. F. G. sind selb zum hohisten geneigt, zu verhüten, daß die Herzogen zu Sachsen nit selb in einander fallen *), so bitt Ich doch in Unterthänigkeit und um Gottes willen, E. F. G. wölle arbeiten, daß diese sorgliche und hässige Unruge friedlich beigelegt werd. Beati pacifici, quia filii Dei vocabuntur.

Es ist wärlich die Zeit nit dermaßen, daß wir unter uns selb Unruge anrichten sollen, Aber es sind vielleicht Strafen. Gott wölle uns gnädig seyn und Zerstörungen der Kirchen seinen Namen zu ehren verhüten, Der bewahr auch E. F. G. alle Zeit. Dat. Witeberg 4. Aprilis 1542.

E. F. G.

unterthäniger

Diener

Philippus Melanthon.

*) Loquitur de controversia inter Principem Electorem et Mauritium Ducem Sax. de oppido Wurtzen.

No. 2468. 4. Apr.

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 152 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 561.

D. Vito Theodoro, Evangelium docenti in Ecclesia Noriberg.

S. D. Misi tibi nuper versiculos Graecos, mutatis nonnihil Sophocleis. Fortassis vaticinatus sum. Subito enim exoritur in his regionibus motus satis periculosus. Occupavit noster Dux oppidum Episcopi Mysiae, *Wurtzen*; qua de causa, nescio, sed aiunt propter recusatam collationem tributi factum. Nunc Dux *Mauritius* suscipit defensionem Episcopi, qui quidem inceditur a Nobilitate, quae est, ut scis, propugnatrix Collegiorum Archieraticorum. Accurrit *Macedo*, quem spero pacificatorem fore. Utinam sit λιτή. Scripsit ad me in itinere.

O vos beatos qui in Aristocratia vivitis. Mi *Vite*, sis hortator tuis Collegis, et tibi ipsi, ut boni consulatis vestras πολιτείας, quae qualescunque sunt, (nulla enim potest esse humana sine labe,) tamen plus habent εὐνομίας, quam hae Pelopidarum ἀρχαί. Fovete Ecclesias vestras, καὶ θάλπετε ὡς οἱ τροφοί, ut Pauli verbis utar. De me nihil sum sollicitus. Haec pericula nostris saepe praedixi, quos amo equidem, sed animadverti esse rixarum cupidos, καὶ ἥδεσθαι γοητείαις σοφισμάτων καὶ πλεονεκτήμασι. Deus haec sua bonitate propter sui nominis gloriam sanet.

Schenkfeldius longum volumen contra me scripsit, quod cum responsione mea vobis missurus sum. Bene vale. Die 4. Aprilis. [1])

No. 2469. 5. Apr.

Philippo, Landgrav.

† Ex autographo in Tabul. Cassel. mihi descripto a Christ. a Rommel.

Dem Durchleuchten hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Philipps, Landgraven zu Hessen, und Graven zu Cattenelnbogen, Siegenhayn, Nida und Dietz, meinem gnädigen Herrn.

Zu s. f. g. eignen Handen.

Gottes Gnad durch seinen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Durchleuchter hochgeborner gnädiger Furst und Herr, auf E. f. g. Schrift belangend den Dialogum *), und daß der Ehrwürdige Doctor Luther etwas dagegen zu schreiben sollt fürhaben, will ich E. f. g. kurz berichten, wie es jetzund stehet, wöllt aber E. f. g. lieber mündlich berichten. Ich hatte auch davon Befelch gethan, als man hoffet, daß E. f. g. in der Heimfart gen Leipzik **) kommen würden, einem frommen vertrauten Mann Joachimo Camerario, der Doctor Megabach wohl bekannt ist, den auch jetzund E. f. g. anreden mögen.

Und hält sich also. Es haben viel Leut aus etlichen Orten, nit dieser Land, Doctor Martinum kräftig vermahnet, wider den Dialogum von der Digamia zu schreiben, das er entlich fürgenommen, doch sagt er, er wollt E. f. g. wohl wissen zu verschonen. Als aber solchs an meinen gnädigsten Herrn, den Churfürsten, gelanget, hat s. c. f. g. allerlei Bedacht, daß dadurch diese Sachen viel weitläuftiger würden, und mehr reden und schreiben folgen, auch E. f. g. zu Ehren gnädiglich begehret, Doctor Martinus wollt inhalten, welches er also gethan und hat nit furtgefahren, wiewohl er warlich gern wöllt, daß der Dialogus nit wär ausgangen, wie ich auch E. f. g. gebeten zu Regensburg, denn ich besorget, es würden darnach etlich dawider schreiben, wie ich weiß, daß der fromme Mann Herr Pomeranus, unser Pfarner, etlichen, die fürhatten, Schriften dawider ausgehen zu lassen, solches mit Ernst verboten hat, als der auch bedacht, daß solchs Weitläuftigkeit bringen würde. Ich habe auch nie keinen vernommen, der verständig, der es für nützlich acht, daß man diese Sach in weitläuftige Streit führen sollt.

Und mögen E. f. g. hievon etwas vernehmen aus Magister Francisco *), der wohl um diese Sach weiß, so er anders wiederum von Speir kommen. Es wissen auch etwas davon Doctor Bruck und Bonika; sunst acht ich nicht, daß jemand von diesen Sachen wisse.

Nu kann ich nit von jemand viel vertrösten, denn E. f. g. sehen, wie diese Welt voll Unruge ist, und je länger je beschwerlicher alle Sachen, Mißtraun, Argwohn, Rachgierigkeit, Trutz folgen. Gleichwohl mögen mir E. f. g. glauben, daß, was ich in dieser Sachen gethan, daß ich nit mein Ehr oder Ruhm gesucht, oder geschonet, sondern E. f. g. Nothdurft, auf den hohen Eid, der in der Instruction gestanden; bleib auch der Meinung, und wollt nit gern, daß weiter Zerrüttung daraus folgen sollt, habe auch nit wenig Mißfallen daran gehabt, daß etlich Doctorn Martinum so sehr angehalten zu schreiben, wiewohl ich ihm kein Maß setzen kann, er auch selb wohl sich zu erinnern gewußt, wie sich alle Sach zutragen. Aber so man die Feder ansetzt, folget viel Gezänks, das besser verblieben, wie ich auch hoff, daß es nu werde verbleiben, sehe aber für gut an, daß ihm E. f. g. ein gnädige Schrift schrieben, in gemein, daß er sich nit wollt bewegen lassen durch diejenigen, die E. f. g. Nothdurft mehr wissen rc. E. f. g. werden mich durch Gottes Gnaden auf einer Meinung, und als ein treuen Diener finden. Ich wollt auch, ich könnte vertraulich mit E. f. g. reden, denn ichs warlich nicht arg gemeint, habe auch vielen großen Leuten müssen in dieser Sach antworten, habe es mit Glimpf gethan, so viel seyn kann, habe auch nit wenig darob gelitten, und leide noch. Gott schicke es zum Besten, um seiner Ehr und seines Namens willen. Ich bitt, E. f. g. wollen die irrig fürfallende Sach zwischen den Herzogen zu Sachsen helfen stillen, welchs auch zu dieser

---

1) Nomen subscriptum non est.

*) De libello Huldrici Neobuli [i. e. Martini Buceri]: „dialogus de digamia", qui prodiit anno 1541. (8 plag.) conferatur *Seckendorf.* in histor. Lutheranismi, III. p. 281. Praeterea vid. *Strobelii* Beiträge zur Litteratur 2 B. p. 423. a *Rommel*: Anmerkungen zur Hessischen Geschichte, p. 216. Eiusdem: Philipp der Großmüthige, Landgraf von Hessen, Vol. II. p. 416 sqq. — Eadem res a. 1543. iterum mota est. cf. ep. Mel. ad Landgr. d. d. 28. Mart. 1543.

**) Venerat Landgravius in Misniam, ut bellum inter principem Electorem et Mauritium Ducem Sax. exortum sedaret.

*) Fr. Burchardo, Vicecancellario Saxonico, misso in conventum Spirensem.

Sach dienlich wird seyn. Gott bewahr E. f. g. allzeit, Datum 6. Aprilis 1542.

E. f. g.

unterthäniger Diener
Philippus Melanthon.

No. 2470. (in. Apr.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 391. (ed. Lond. lib. IV. ep. 263.).

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo carissimo,

S. D. De curatione pedis tui magnopere angor, nec sumo mihi tantum, ut cum et medicos habeas eruditiss. et fidelissimos, et ipse multa usu cognoveris, praecipiam aliquid: illud tantum oro, ut caveas, ne maius aliquod incommodum accersas: curationibus sisti fluxum non est utile, deinde *Ebeni*, quemadmodum mihi lubet nominare, usus in tanta siccitate intestinorum tuorum plurimum habet periculi. Si qua idonea ratione effici posset, ut in ulcus erumperet fluxus, id utilissimum foret, quam ad rem aetas, humidus victus, et fortassis etiam medicamenta quaedam aliquid afferre momenti possent.

Cum *Menio* una profectus essem, nisi me Typographi retinerent. De itinere *Dresdensi* nondum constitui. Sed, si me somnia mea non fallunt, hodie aliquid Epistolarum ex aulis accipiam, quod mihi novas curas afferet. τὸ προγινώσκειν duplicat sollicitudinem. Et tamen sumus avidi τῶν προγνώσεων. Bene vale.

Phil. Melanth.

No. 2471. 7. Apr.

Sim. Leopoldo.

† Ex autographo Melanthonis in bibl. Regia Hannover.

Egregia virtute et industria praedito Simoni Leopoldo Pretinensi, secretario illustrissimi Ducis Henrici, Ducis Megalburgensis, amico suo,

S. D. Carissime *Simon*. Quod per eum tabellarium non respondi, qui tuas mihi literas exhibuit, eo accidit, quia ad me non rediit. Nunc sunt in armis *Duces Saxoniae Elector* et *Mauricius*. Elector occupavit *Wurtzen*, ut cogat episcopum ad tributum pro expeditione Turcica solvendum cum reliquis Statibus suae ditionis. Econtra *Mauritius* eduxit exercitum, ut oppidum recipiat. Utinam adesset princeps tuus pacificator. Accurrit *Landgravius* quem hodie spero venturum Lipsiam. Deus propter suam gloriam sedare hunc tumultum velit.

Venit istuc magister *Henricus Luneburgensis* *), vir doctus et pius, cui significatum est, *Wismariae* desiderari concionatorem. Ingenio, eruditione et pietate morum non dubito idoneum fore tali muneri. Ideo eum tibi commendo. Mallem autem eum in academia esse. Apud nos magna cum laude docuit, et, si erit tranquillitas, poterit hic quoque habere quod agat. Nunc et domestici motus, et metus pestilentiae, ut Turcicae expeditiones impendent. Ideo tibi consulo, ut tuam conditionem hoc tempore non mutes. Multis rebus hic annus affert mutationem. Utinam principes moderatius agerent, qui hic ipsi sibi augent pericula, cum ab externo hoste non leve periculum — — — **). Deum oro, ut propter suam gloriam nos liberet. Bene vale et integerrimum *Henricum* complectere et adiuva. 7. Aprilis 1542.

Philippus Melanthon.

No. 2472. 7. Apr.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 392. (ed. Lond. lib. IV. ep. 264.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi in Academia Lipsica amico suo cariss.

S. D. Binis iam litteris mitigas Epistolam nuncio *Laterensis* traditam, cum quidem et iustae

---

*) Henricus Schmedstedt, Luneburgensis. Fere octo annos vixerat in Schola Witebergensi, primum discipulus, postea etiam doctor aliorum. Nunc vocatus est in Academiam Rostochiensem, ut doceret Theologiam, ideoque mox ab Academia Witeb. doctor Theologiae creatus. Vid. testimonium illi a Luthero datum d. 10. Iul. 1542. (in epp. Luth. apud de Wett. T. V. p. 480.).

**) Perierunt quaedam verba in autographo; fortasse: metuendum sit.

querelae fuerint, et moderate scriptae, nec legantur hic, nisi ab amicis. Nec meae querelae de nihilo fuerunt περὶ ἀφορισμάτων ἐκείνων. Hic fons est huius impii tumultus *), qui in vicinia ortus est. Non disputo de ullius partis iure. Sed vel iusta patrimonia nostros abiicere optarim potius, quam defendere parricidiis et civili sanguine. Deum oro, ut hos furores compescat. Spero *Macedonem* daturum operam, ut arma deponantur, etsi video quantum illi ipsi certamen futurum sit. Metuo Principi. Et tranquillitatem opto Ecclesiis, studiis, plebi, de me privatim non valde sum solicitus. Ita me excruciarunt diu Principes ipsi, ut vivere inter has molestias non libeat. Scio qualem servitutem tulerim. Audio Spirae teterrimas rixas esse.

Mitto tibi Epicedia amicorum **), qui hanc ob caussam minus miseri fuerunt, quam nos, quod decesserunt, priusquam haec scelera viderent. Te oro, ut mihi scribas, si quando poteris. Nam quisquis erit exitus horum tumultuum, erit brevis ἐπίτασις. Deus nos adiuvet, et tollat haec scandala. Bene vale. die VII. Aprilis.

Philippus Melanth.

No. 2473. 9. Apr.

Studiosis.

Scripta publ. T. I. p. 62 b. Apographon in cod. Basil. 89. p. 79 b., ubi tribuitur Melanthoni. Rector erat Iac. Milichius.

Rector Academiae Vitebergensis Iac. Milichius.

Scitis, in ecclesia Dei inde usque ab exitu ex Aegypto ad hunc diem fere tribus millibus annorum festum Paschatis praecipuo ritu celebratum esse, ut docerentur eo tempore homines de redemptione generis humani. Ac scriptores hebraei ante Moisen fuisse hoc ipso [1]) tempore simile festum [2]) narrant, estque consentaneum, Isaac tempore Paschatis immolatum esse. Quare vos hortamur, ut tam vetustum verae ecclesiae morem, qui nos de rebus maximis admonet, servetis, et piis officiis ornetis. Praecipimus etiam, ut iam munera vestra ad aram offeratis [3]), ut extet significatio gratitudinis, quam debemus Evangelii ministris. Undique pericula ceu fluctus concurrunt, quae, ut Deus leniat, oremus. Et oratio sine poenitentia, sine modestia morum, qualis esse potest? Sed de vera precatione [4]) inquit Ecclesiasticus cap. 35.: *oratio humiliantis se nubes penetrabit.* Sint igitur [5]) mores modesti. Audimus quosdam nudius tertius in concione ad cives, qui tristi tempore hinc armati abierunt, et alios vesperi tumultuatos esse. Huiusmodi petulantiam et prohibemus, et magistratus severe puniet. In paschate 1542.

No. 2474. 11. Apr.

N. Medlero.

E codice Bav. II. p. 326. olim edita a Zschelchselio in d. Unsch. Nachr. ann. 1739. p. 897, repetita a Dansio ep. 13. Nunc ex eodem codice denuo accurate descripta.

Clariss. et optimo viro D. Nicolao Medlero, Doctori Theologiae, pastori Ecclesiae Naoburgensis, amico suo carissimo.

S. D. Viduae caussam agis, cariss. D. Doctor; et nos viduas Ecclesias, viduam Rempub. deploramus. Bellum molitur Dux *Mauritius*, incensus ab Evangelii hostibus, qui quid moliantur, facile coniici potest. Sed Deus respiciet Ecclesias suas. Heri nobis scripsit *Landgravius*, aliquid spei esse de pace. Ores Deum, ut sedare hos tumultus [1]) velit.

De vidua relicta ab honestissimo viro D. *Abbate* quid possumus hoc tempore consulere aliud, nisi ut eo in loco maneat donec audiat Principis mandata, qui certe non subito expellet [2]) eam, et, cum iubebit discedere, petat aliquid, unde vivat. Ea de re per reverendissimum D. Episcopum vestrum [3]), per te, ac nos communiter ad Principem scribi poterit, cum pax erit. Et nostram operam ei offerimus. Nam quid de Monasterio futurum

---

*) bellum inter Electorem et Mauritium propter oppidum Wurzen.

**) Eobani, Grynaei et Capitonis. C. W.

1) ipso] cod. *in.*

2) *festum* desideratur in cod.

3) Scripta: *afferatis.* 4) Cod. *praedicatione.*

5) Scripta: *igitur et.*

1) Bavarus in marg. adscripsit: *Fladenkriegk.*

2) Zscheichs. *pellet*, mendose. 3) Nic. Amsdorfium.

sit, non difficilis coniectura est, praesertim in his tumultibus. Nam etiamsi arma deponentur hoc tempore, ut optandum est, tamen Principes deinde erunt iracundiores et asperiores. Magnum periculum, carissime *Medlere*, artificiis Diaboli et hostium Evangelii excitatum est. Tu pro Ecclesiis ac principe nostro Deum orato. Bene vale, die XI. Aprilis 1542.

Philip. Melan.

No. 2475 — 13. Apr.

Testimon. Matthesii.

† Ex apographo in cod. Guelph. in fol. num. 11. 10. p. 215.

*Testimonium Iohannis M. Matthesii**).

Versatus est in schola ecclesiae nostrae *Ioann. Matthesius* aliquot annos magna cum pietate et gravitate morum, et tanta in studiis diligentia, ut ornatus sit gradu magisterii; cumque se addixisset studiis doctrinae christianae, saepe in ecclesia publice cum adprobatione piorum et doctorum concionatus est. Cum autem vocatus esset ad docendum Evangelium in Ecclesia *vallis Ioachimicae*, petitum est a nobis, ut pio et vetustissimo more publica impositione manuum ac ordinatione functio ministerii ecclesiastici ei commendaretur.

Quare etsi studia *Matthesii* nobis nota erant, tamen iusto examine exploravimus eius eruditionem, et comperimus, eum recte tenere summam christianae pietatis, et amplecti puram Evangelii doctrinam, quam ecclesia nostra Vittenbergensis uno spiritu et una voce cum ecclesia catholica Christi profitetur, et abhorrere ab omnibus fanaticis opinionibus damnatis iudicio catholicae ecclesiae Christi. Promisit autem et in functione diligentiam et in doctrina catholicae ecclesiae Christi, quam confessus est, constantiam. Quare ei publica ordinatione in ecclesia ministerium docendi Evangelii et sacramenta a Christo instituta administrandi iuxta vocationem commendata est. Et precamur, ut Deus aeternus pater Liberatoris nostri Iesu Chr. regat et adiuvet huius *Matthesii* ministerium. Et quoniam in hac senecta mundi impendent ecclesiae ingentia pericula et certamina, hortamur et Ecclesiam *vallis Ioachimicae* et *Matthesium*, ut, postquam nobis Deus instituit Evangelii lucem, fideliter eam conservare et ad posteros propagare studeant. Hoc officium, hunc cultum, hunc honorem praecipue Deus ab omnibus flagitat, ut inquit Christus: *in hoc glorificatur pater meus coelestis, ut fructum multum feratis, et fiatis mei discipuli.* Has ecclesias Deo curae esse certum est, in quibus incorrupta evangelii vox sonat, et vere invocatur Deus aeternus in agnitione et fiducia filii unigeniti Iesu Christi. Ideo etsi nunc *Turcica* saevitia minatur vastationem toti Europae, tamen ut de ipso tempore apud Danielem scriptum est, *stabit dux magnus Filius Dei pro populo suo*, servabit reliquias ecclesiae et reprimet Gog et Magog late grassantes. Hac spe nos sustentemus et maiore studio ecclesias foveamus. Datae Vitebergae, d. 13. April. 1542.*)

*) In cod. hic additum est: *carissimi praeceptoris mei*, unde intelligitur, eum, qui epistolas Lutheri et Mel. in illo cod. descripsit, fuisse Matthesii discipulum.

*) Cod. Guelph. habet annum 1522. ex errore. In Vita Mathesii, scripta a Io. Balthas. Mathesio (Dresd. 1705. 8.) Mathesius anno 1541. electus dicitur diaconus ecclesiae in Valle Ioachimica.

No. 2476. — 15. Apr.

H. Wellero.

Epist. lib. II. p. 284. (edit. Lond. lib. II. ep. 287.)

D. Hieronymo Wellero.

S. D. Deo patri liberatoris nostri Iesu Christi agamus gratias, quod tumultum inter Duces ortum sedavit. Utinam Ecclesiarum concordia, consensus, amicitia in his regionibus conservari possit. Sed Diabolus molitur dilacerationes, et habet organa Canonicos, qui deleri Evangelium cupiunt. Opus est igitur nobis vigilantia, precibus Deo commendemus Ecclesias, et in concionibus confirmemus rectas sententias, et mutuam benevolentiam alamus. Sint nostri sermones συμβιβαστικοὶ, et ad pacem inclinent animos. Ego meo loco certe hoc facere conor, de tua voluntate et tuorum collegarum etiam non dubito, quin sitis hortatores ad pietatem et φιλοστοργίαν erga patriam et cives. Huic adolescenti *Eulogio*, libenter opitularer si potuisset manere. Dedi consilium, ut alicui det

mandata apud vos. Iudico naturam idoneam esse ad virtutem. De Ephesiis des mandata alicui in nundinis Lipsicis. Soleo enim proficisci Lipsiam. Et quanquam scio tibi res easdem, quas ego annotare possum, et notas esse et meditatas: tamen delector hac ipsa commentandi opera, et tibi libenter morem gero. Bene vale vir optime. Die Aprilis 15.

No. 2477. 17. Apr.

Moibano, Hesso, et Winclero.

Epist. lib. III. p. 228. (ed. Lond. III. ep. 137.)

D. Ambrosio Moibano, D. Hesso, et M. Winclero (Vratislaviensibus).

S. D. Non dubito nos caeteris Ecclesiis debere hoc officium confirmandi τὰς χειροτονίας, ut Paulus docet in Epistola ad Titum, et testatur Nicaena synodus. Quare Deum precor, ut vocationem *Bartholomaei* comprobet, et ministerium adiuvet, sicut promisit se piis ministris adfuturum esse. Et quanquam horribiliter grassatur Turcica Barbaries, tamen spero et confido Ecclesias Deo curae futuras esse. In principibus quid spei sit, nescio. Ego me hac consolatione sustento, quod scio scriptum esse apud Danielem de his ipsis temporibus: Tunc stabit Dux Magnus et praeliabitur pro filiis populi sui. Hoc duce Christo reliquiae Ecclesiarum ac studiorum servabuntur. Fuerat exortus apud nos inter Duces Saxoniae tumultus a Canonicorum furiis excitatus, de oppido Episcopi Misnensis. Sed Dei beneficio, rursus sedatus est. Labore et magnis contentionibus *Landgravii* perfectum est, ut iterum dimissi sint exercitus, quos *) contraxerant Duces Saxoniae, ut ex ipso *Bartholomaeo* audietis. Bene et feliciter valete. Die Aprilis 17. Anno 1542.

No. 2478. 24. Apr.

Ge. Spalatino.

† Ex apographis in cod. Goth. 402. p. 321. et apogr. descripto ex mato cod. bibl. Hessel. in Collect. Balleast. I. p. 183.

*) Pez. *quo*, mendose; ed. Lond. *quos*.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Georgio Spalatino, Episcopo Ecclesiae Altenburgensis, amico suo praecipuo.[1])

S. D. Magnopere te oro, ne credas allegantibus nostra exempla. Nam aut falso citantur, aut si olim dispensatione[2]) aliqua teximus quorundam lapsus, non id imitandum[3]), nec usurpandum velut lege sancitum. Certe a prima Ecclesiarum inspectione, hoc est, fere ab annis 20, nemo hic cuiquam concessit ducere[4]) patrui viduam. Saepe enim scriptis sententiis eo gradu coniunctionem et damnavi et prohibui. Clare enim et diserte inquit lex divina Levit. 18.: Turpitudinem patrui tui non revelabis, nec accedes[5]) ad uxorem eius. Vides manifesta verba. Mira est et deploranda petulantia inprimis gentis Mysiae[6]) in appetendis incestis coniunctionibus. Quare obsistendum est. De noverca narratio tua subobscura erat[7]). Qualiscunque sit noverca ista, *Lutherus* prohiberi coniunctionem voluit. Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Christi, amantem castitatis, oro, ut disciplinam et castitatem tueatur. Bene vale. 24. Aprilis, quo ante annos 2725 Ilium captum est. *)

Phil. Mel.

No. 2479. 28. Apr.

A. Lauterbachio.

† Ex apographo in cod. Goth. 190. p. 101.

Egregia pietate et doctrina praedito D. Antonio Lauterbach, pastori Ecclesiae Pirnensis, amico suo cariss.

S. D. Cum literae mihi tuae, optime *Antoni*, exhiberentur, aderant una *Cruciger* et *Georgius*

---

1) Cod. 402. tantum: *Ad Spalatinum Phil. Mel.*

2) Cod. 402. *dispensione.*

3) Cod. Goth. *mutandum*, quod jam intelligendum est; transferendum ad similia.

4) *ducere* abest a cod. Goth.

5) Cod. Goth. *accedas.*

6) *Mysiae*] uterque cod. *Mosaicae*, quod sine dubio mendum est. Misnicos Melanthon appellat fere ubique Mysios.

7) *erat*] cod. Goth. *est.*

*) Secundum Calendarium Pauli Eberi Ilium captum est anno ante Christum natum 1183.; ergo, si Melanthon eodem modo annos computavit, epistola scripta est anno 1542.

Maior. His ego literas tuas legebam lacrymans. Etsi enim quietiam aeternam amicitia frui in hac vita non possumus, ac saepe polliceri mihi soleo iucundissimam consuetudinem cum amicis in illa ventura vita, tamen est humani animi, desiderio talis amici adfici. Deinde et rempublicam et Ecclesiam iudico amisisse non vulgare ornamentum. Si quid iudico, visus est mihi valere ingenio, fuitque hic nobis mutuae benevolentiae causa, quod ego illum eximio candore et studio pietatis praeditum esse sentiebam, ille vicissim meos labores norat. Spero et opto, eum iam consuetudine filii Dei et prophetarum et apostolorum frui, ad quam utinam et nos aliquando evocemur et ex his aerumnis abducamur *). Ecclesiis vestris precor, ut debeo, ut Deus pater domini nostri I. C., eas adiuvet et principem et caeteros gubernatores regat. Mitto tibi D. doctoris *Martini* utilem et piam admonitionem contra Mahometica deliria editam **). Bene vale. Die Aprilis 28.

P. M.

No. 2480. (fere m. Apr.)

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 188 sq. — Contuli autographon in cod. Monac. I. p. 178.

Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg.

S. D. Ut olim aiunt Astraeam, pulsam ex aulis, confugisse ad modestiores coetus, qui adhuc in rure vivebant; ita paulo post literae et Ecclesiae confugient in Aristocraticas civitates. Nam sub Cypselidis quae poterit eis esse sedes? Quid hi dignum agunt viris politicis? Quomodo consulunt patriae? Cum *Turcis* ita bellum gerunt, ut colludere videantur. In *Belgico* quale excitatur incendium? Vos igitur fovete literas, dum potestis. Et meo ordini semper ero hortator, ut quantum possumus, studia honesta doctrinae καὶ θεοσεβείας propagemus, et illustremus, ne funditus intereant artes bonae et Dei notitia. Deo curae erit, ut tranquillam sedem alicubi his laboribus necessariis concedat. *Tuchero* *) praescribam ordinem studii, et exercitia eius inspiciam. Bene vale vir optime.

† Philippus Melanthon.

No. 2481. (fere h. t.)

I. Marcello.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 ¹.

Magistro Marcello.

Mi *Marcelle.* Hic adolescens Boiëmus *Iohannes* ab Albisaquilis est mihi diligenter commendatus literis senatus Pragensis, nec est rudis literarum, sed opus habet formatore styli. Quaeso ut ei tuam operam in emendationibus promittas. Dabit mercedem. B. V. Quaeso ut ad me venias. Loquar enim tecum de adolescente *Bamelbergio,* et quia mihi iam opus est .... ¹) adferri eum cupio. B. V.

No. 2482. (fere h. t.)

Eidem.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 ¹.

Magistro Marcello.

S. Dixi Boëmico adolescenti, te non gravatim eum recepturum in disciplinam et ad mensam, ubi oeconomiam institueris. Interea velim cures, ut habeas alicubi mediocrem mensam. Donec tu abes, poterit tuum locum apud M. *Wendelium* occupare. Quaeso hanc rem ut cures. B. vale καὶ τὴν νύμφην ἄσπαζε. Ἐστὶ γὰρ καὶ ἐν ἀστείοισι φιλάμασι ἀδέα τέρψις.

---

*) Sine dubio loquitur de morte Ioannis Cellarii, Pastoris Dresd., qui hoc tempore diem obiit. Vid ep. Luth. ad Lauterbachium d. 6. Maii 1542. (apud de Wettium V. p. 467.) et eiusdem epistolam ad viduam Cellarii d. d. 8. Maii (ibid. p. 460.).

**) Versio libri: confutatio Alcorani, vid. Epist. Luth. d. 26. Aprl. 1542.

*) Vid. ep. ad Baumgart. d. 14. Iun. 1542.

1) Cod. habet: *fulaco.* Videtur esse liber, et fortasse legendum est *Flacco.*

No. 2483. **2. Maii.**

Io. Brentio.

Epist. lib. VI. p. 896 sqq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 370.

Viro optimo, D. Ioanni Brentio, docenti Evangelium pie et fideliter in Ecclesia Salinarum Sueviae etc.

S. D. Nuper *Micyllus* ad me scripsit, petens ut ad se literas mittam crebriores, quod hoc tristi tempore, nos quidem praeter haec sincera colloquia, vix ullam levationem curarum habeamus. Experior id ita esse, quare et te velim mihi saepius scribere, praesertim cum interdum aliquid literae nos tuae moneant. Vidisti *Eccii* rabiosissimum librum, qui editus est contra meum παραστάτην, etsi in me quoque ac nostros multos suo more debacchatur. Fortassis non est inutile exstare id scriptum, ut nostri *Gellii* intelligant cothurnos non fuisse profuturos ad concordiam. Qui fuerint Poëtae totius eius fabulae, quid moliti sint, quo spectarint, in exitu conventus rescivi. Etsi autem dolore ardeo etiamnum, tamen cum ederem acta conventus Ratisbonensis, addidi verecundas praefationes, ne eos, quos sanare cupio, vehementius sauciarem. Tempora etiam flagitant moderatiora scripta, ne videamur velle discordias incendere, nunc cum coniunctis viribus depellendi sunt Turci. Postremo fateor me languidiorem reddi propter aularum vitia. Etsi Evangelium ubique habet sua certamina, tamen in Aristocratiis civitatum plus tranquillitatis est politicae. Nostrae aulae sunt Euripi. Nuper de quodam oppido Episcopi Mysnici ortus est tumultus inter Duces Saxonicos profecto terribilis, καὶ πανικὸς, quem scito potius Dei ope sedatum esse. Quod enim *Macedo* accurrit, is alia de causa fuerat in itinere. Qui Ducem *Mauritium* incitaverant, putabant se bellam occasionem nactos, nos trucidandi. Nam res tanta non est ab ipso adolescente orta. Nunc expectamus hic adventum *Macedonis*, qui aliquot dies iam apud nostrum Ducem commoratus est. Si quid audiero de republ. quod dignum literis iudicabo, ex *Vito* scies.

De fratribus adolescentibus mitto tibi exemplum literarum, quas ad patrem scripsi, re diligenter inquisita. Uterque mihi iam olim notus est, scio mores mediocres esse etiam *Christophori*, qui accusatus est. Quoddam ipsius iuvenile erratum ad Rectorem fuerat allatum. Inde fortassis fama de eius moribus parum secunda, orta est. Sed erratum illud Rectoris et mea diligentia sanatum est. Nunc et modestus et assiduus est in studio Iuris. Est hic *Frahteus* Nobilis bene doctus egressus adolescentiam et natura gravis, cuius consuetudine utuntur hi quoque de quibus scribis, is adfirmat maiorem natu magis idoneum esse ad Iuris studium, et assentior. Quare curabis placari patrem. Bene vale, 2. Maii, 1542.

†Philippus Melanthon."

No. 2484. **2. Maii.**

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 154. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 562.

D. Vito Theodoro docenti Evangelium in Ecclesia Noribergensi.

S. D. *Ioachimum Rheticum*, virum eruditum et ad docendas has dulcissimas artes motuum coelestium idoneum, tibi et ceteris amicis commendo. Etsi enim non vacabat, in tantis occupationibus multa scribere, tamen ut scires, hunc *Ioachimum* a me diligi, volui eum aliquid ad te literarum adferre. Totam Remp. nostram ex ipsius narratione poteris cognoscere.

Hodie adventurus huc dicitur ὁ Μακεδών. Miris artificiis incitatus fuit eius Gener, ut arma sumeret, planeque divinitus sedatus est hic tumultus. Bene vale. Die 2. Maii.

Philippus Melanthon.

No. 2485. **3. Maii.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 395 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 268.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo cariss. Lipsiae,

S. D. Hanc Epistolam dedi *Petro Medmano**), erudienti Comites *Isebergios*, viro bono, erudito

---

*) qui postea se Embdam contulit ibique diem obiit. C. W.

et officia quadam philosophica moderatione metienti. Volebat enim aditum sibi patefieri ad amicitiam tuam, qui quidem hac spe minus moleste fert, avelli se a nobis, quod existimat futurum, ut istic tua consuetudine fruatur: scio, ubi introspexeris hominem, familiaritatem ipsius tibi gratam fore.

Si venit Lipsiam *Portunus*, rogo, ut interroges de pensione *Mantelii* aegroti Sacerdotis. Nunc enim in aula litteras dari curabo, eamque rem distuli, ut coram possem in aula agere, quod cras facturum me esse spero, hodie enim adveniunt Principes. Si adest *Portunus*, ac potest curare partem saltem eius pecuniae, vellem eum dare Quaestori fisci nostri *Iohanni*, quem ipse novit. Sed si non adest *Portunus*, nihil tibi negotii impono. Bene et feliciter vale. die III. Maii. Fortassis die dominico istuc veniam.

Philippus Melanth.

No. 2486. 6. Maii.

W. ab Eisenberg.

Manlii farrag. p. 298. — Apographa in cod. Bav. II. p. 506. et in cod. Mehn. III. p. 65 b.

Nobilitate generis et studiis literarum ornato, Vuolfgango de Eisenberg, amico suo,

S. D. Mea officia non defutura fuissent adolescenti, de quo scribis, si ad me cum tuo testimonio venisset: libenter enim amplector tuos, propterea quod de tuo ingenio semper bene existimavi. Sed ille adolescens, quisquis est, si non habet certam conditionem, meo iudicio rectius faciet[1]), si non properabit*) ad gradum. Titulus aliquid habet oneris. Vides meum exemplum: nemo me perpellere[2]) potuit, ut illum quamlibet honorificum titulum Doctoris mihi decerni sinerem. Nec ego gradus illos parvifacio: sed ideo, quia iudico esse magna ornamenta[3]) et necessaria Reipublicae, verecunde[4]) petendos esse, et conferendos[5]), sentio. Ad D. *Georgium* ideo nondum pastorem misi, quia coelibem adhuc invenire non potui. Vale, 6. Maii, Anno 47.*)

No. 2487. 7. Maii.

Alberto, Duci.

Ex autographo edita a Fabro p. 48 sqq. ep. 12. — Scripta est manu aliena, sed nomen subscriptum ipsa Philippi manu.

(*Alberto, Duci Prussiae.*)

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor, Durchleuchtigster Hochgeborner gnädigster Fürst und Herr. E. F. G. Schrift belangend die Fundation und Anfang einer löblichen Schul in E. F. G. Landen hab ich empfangen, und bin erfreut, daß E. F. G. dieses nützlich Werk furgenommen und wünsch Gottes Hülf dazu. Denn warlich so die hohen Regenten die Studien nicht retten, so ist ein große jämmerliche Barbarei, Verwüstung der Kirchen und anderer schönen nutzlichen Kunsten Untergang zu besorgen und wird an viel Orten jetzund dieser Schad gespüret. Und nachdem E. F. G. bedenken, daß Magister Christophorus Jonas zu dem Anfang jetzund zu gebrauchen seyn sollt, will ich E. F. G. in Unterthänigkeit anzeigen, was ich mit ihm davon disputirt. Nämlich also. Diweil erstlich darauf zu arbeiten, daß man ein Häuflein junges Volk zusammenbringe, muß solches geschehen durch ein ansehnlichen Legenten, der die Studia in Grammatica und Dialectica anrichte und daneben den Größern etwas in Theologia lese, und beiweilen disputirte. Solche Lectiones und Disputationes werden erstlich ein Haufen machen.

Zu diesem Werk habe ich neben Magistro Christophoro auf einen gedacht, Magistrum Hermannum Westvalum, der eins ziemlichen Alters, wohl gelahrt, ernst, und guter Sitten ist, der auch ein Uebung hat, andre zu lehren. Dieser könnt der Jugend erste Studia regiern, und daneben auch in Theologia lesen und disputirn.

So nun solchs angefangen, wäre auch mit der Zeit ein Lection in Jure zu fundirn, und möchten E. F. G. den selbigen Legenten in der Schul und Canzlei,

---

1) *faceret* cod. Bav. et cod. Mehn.
*) Cod. Mehn. *properarit*.
2) Cod. Bav. et cod. Mehn. *propellere*.
3) Sic cod. Bav. pro *onera*.
4) Cod. Bav. *necessaria*, *neque invereeunde*; cod. Mehn. *necessaria*, *propterea non inverecunde*.
5) Cod. Bav. *confitendos*, ac reliqua omnia praetermisit.
*) Neutiquam anno 47. scripta, ubi Mel. d. 6. Maii erat Brunsvigae in fuga. Suspicor in numero 7 mendum, et epist. scriptam esse 1542. vel 1544. In apographis non legitur annus adscriptus.

oder Ihr F. G. Sachen gebrauchen. Ein solche Lection wäre Magistro Christophoro zu befehlen, dazu er sich auch erboten. Denn dieweil er nu viel Jahr fleißig in Jure studirt, und durch Gottes Gnad andern darin weit zuvor kommen, so wäre es schad, daß er diese Facultät sollt fallen lassen, welches geschehen müßte, so er selb den Anfang der Schul mit der Grammatica, Dialectica und Theologia machen sollt. Acht derwegen für viel bequemer, daß bemeldter Hermannus zur Gubernatio genommen werde. Ich acht auch, so sich E. F. G. der Gelegenheit und Geschicklichkeit Magistri Christophori in Gegenwärtigkeit erkunden werden, daß sie ihn viel lieber in seiner Facultät brauchen werden, Darum er nicht davon abzuziehen.

Weiter füge ich E. F. G. unterthäniglich zu wissen, daß Magister Christophorus auf E. F. G. gnädige Vertröstung, allhie mit einem vom Adel Johann Tschernin, der sehr wohl gelahrt und guter Sitten ist, geredt hat, daß er sich mit der Zeit in E. F. G. Diensten wollte gebrauchen lassen, dazu er sich erboten.

Es ist auch ein armer Gesell Matthias von Melbing allhie, der sich auf das Studium Mathematicä geben, dem Magister Christophorus auch Vertröstung gethan hat, Diese beide, bitte ich, wollen E. F. G. Ihr gnädiglich lassen befohlen seyn.

Wie sich die plötzliche Unruge zwischen den Fürsten von Sachsen zugetragen, und durch Gottes Gnaden wiederum gestillt ist, wird Magister Christophorus E. F. G. zu berichten wissen. Man hält dafür, daß die Pfaffen von Meissen den jungen Fürsten angehetzt haben.

Vom Zug in Hungarn ist noch wenig zu schreiben, denn er geht langsam zu, so schreibt man auch, daß ein groß Türkisch Volk in Hungarn ankommen sey. Gott helf und errette seine Kirchen um seines Namens willen. Der bewahr auch E. F. G. allezeit. Datum Witteberg 7. Mai 1542.

E. f. g.

unterthäniger Diener

Philippus Melanthon.

(Additam. Fabri.)

Da von einigen der ersten Lehrer bei der von Albrecht gestifteten Universität noch in den folgenden Briefen Melanthons die Rede ist, so wird eine kurze Nachricht von denselben hier Platz finden können.

Die von Herzog Albrecht im Jahr 1541, unter dem Namen eines Particulars gestiftete hohe Schule, in der aller Unterricht in Sprachen, Theologie, Rechtsgelahrtheit, Medizin und freien Künsten unentgeldlich ertheilt wurde, hatte zum ersten Rector oder Archipädagogen den Abraham Culvensis, einen Littauer von Adel.

Nachdem das Particular kaum zwei Jahre bestanden hatte, wurde die Academie aufgerichtet. Die feierliche Einweihung derselben geschah am 17. August 1544, an dem Fundations-Tage der fast 200 Jahre früher gestifteten Krakauschen Universität. Culvensis übernahm bei derselben anfänglich die Professur der griechischen Sprache und Gnaphäus wurde in seine Stelle Archipädagog bei der, neben der Universität, als Vorbereitungsanstalt bestehenden hohen Schule. (Der Rector des Pädagogii war zugleich Professor bei der Academie.)

Der erste Gelehrtenverein bei der hiesigen Academie bestand aus folgenden Personen:

1) Georg Sabinus, (Melanthons Schwiegersohn) als beständiger Rector. Er nahm im Jahr 1554 wegen Uneinigkeit mit dem Senat und besonders mit dem D. Aurifaber seinen Abschied und begab sich wieder nach Frankfurt an der Oder. (Das Archiv bewahrt mehrere von ihm, nach seinem Abzuge an den Herzog geschriebene Briefe.)

2) Stanislaus Rapagelanus, Professor der Theologie, starb 1545.

3) Christoph Jonas, Professor Juris Primar., ging im Jahr 1554 von der Academie ab, blieb aber fürstlicher Rath.

4) Johann Placotomus (oder Brettschneider), Professor der Medizin, bekam im Jahr 1549 seinen Abschied und ging nach Danzig.

5) Abraham Culvensis, außerordentlicher Lehrer der Rechte, starb 1546 bei einem Besuch in seinem Vaterlande.

6) Melchior Isinder (oder Tschnider), Decanus der philosophischen Facultät und Professor der griechischen Sprache, doctorirte im Jahr 1548 in Wittenberg und wurde darauf als zweiter Professor der Theologie hier angestellt. Im Jahr 1552 verfiel er in eine Gemüthskrankheit, die in Wahnsinn überging, und starb in diesem Zustande erst 1588.

7) Johann Hoppe, Professor der Beredsamkeit, wurde im Jahr 1553 des Osiandrischen Streits wegen entlassen.

8) Ciriacus Reinich, Prof. Phil., ging im Jahr 1546 ab.

9) Wilhelm Gnaphäus, Archipädagog, wurde, von Staphylus verfolgt, im Jahr 1547 seines Amtes entsetzt und seiner Religionsmeinungen wegen öffentlich in den Bann gethan. Er starb als Bürgermeister zu Norden in Frießland.

10) Jacob Mittag, Prof. Philos., ging im Jahr 1546 nach Wittenberg.

11) Johann Pontanus, Prof. Phil., ging im Jahr 1545 wieder ab, studirte die Medizin

und wurde 1552 als zweiter Professor der Medizin angestellt.

Schon vor der Einweihung der Universität war unter den Professoren große Uneinigkeit und die erste Versammlung nach der Einweihung hatte schon die Beilegung der entstandenen Mißhelligkeiten zum Gegenstande. (Arnolds Historie der Königsbergschen Universität.) Vergl. die Anmerk. zum Briefe vom 12. Nov. 1543. und 26. Apr. 1545.

No. 2488. **11. Maii.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 395. (ed. Lond. lib. IV. ep. 265.).

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo cariss.

S. D. Non tantum veteribus exemplis, sed etiam meis exemplis didici fugiendas esse *τῶν δυναστῶν ὁμιλίας*. Et fugere soleo. Nec tamen prorsus effugere possum. Cras aiunt hic affuturum esse *τὸν Μακεδόνα*, cuius expectationi retentus sum, quo minus hodie ingressus sim iter, ad vos expatiaturus. Multa ad eum in hac ipsa *ἐπιτάσει* centaurica scripta sunt, nec dubito, quin de quibusdam rebus nos alloqui decreverit, si huc venerit.

Mitto tibi libellos. In Psalmo, Confitemini, conciunculae sunt *περὶ τῆς ἐκκλησίας*, quas nostro coetui non iniucundas fore arbitror. Caeteris concionari aliquando desinamus. Sed haec coram. Bene et feliciter vale. die 11. Maii.

Philippus Melanth.

No. 2489. **11. Maii.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 398 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 266.).

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo cariss.

S. D. Hodie Gallis, auditoribus tuis, brevem Epistolam dedi et libellos aliquot tibi exhibendos. Deinde Mathematicus noster *Ioachimus* *), cum me retineri intellexisset, litteras flagitavit. Etsi autem magno nobis usui est, et a nobis non libenter discedit, tamen quia meminimus fuisse apud vos deliberationes de condendo Mathematico, audire vult, quid constitutum sit. Nec ambitiose petit, nec tibi aut caeteris amicis aliquid negotii facere cupit, si res refrixit, facile patimur, ne a te quidem ullam fieri mentionem huius negotii. Expones igitur ei, quid tibi videatur. *Bornerus* mihi significat, non pendi vobis duo millia, quae promissa erant, quod si ita est, satis adparet hoc agi a potentibus, ut in Academia vestra fiat solitudo. Hac de re etiam cum *Macedone* loqui decrevi. Bene vale, die 11. Maii.

Philippus Melanth.

*) Ioach. Rheticus.

No. 2490. **14. Maii. (h. a.?)**

Fr. Myconio.

† Ex autographo Mel. in Bibl. Guelpherb. ab Olshaus. descripta, collato apographo in cod. Mehn. no. 1. p. 96 b.

Viro optimo D. Friderico Myconio, Inspectori ecclesiarum Duringiae [1]), *suo amico summo*,

S. D. Inquisivi fugitivum *Wallershausanum*, den *Leinenweber*, in urbe Hamburga. Inde haec mihi verba rescribuntur: quendam Gothensem, nomine *Christophorum*, inventum esse Hamburgae, qui dixerit, se deseruisse ductam uxorem propterea, quod [2]) non reperisset eam virginem, cum tamen hac spe atque opinione duxisset. Hic *Christophorus* postea relicta *Hamburga* ante natalem domini [3]) migravit *Lubecam*. Quid de eo postea acciderit, nescimus. Si nomen *Christoph.* convenit in illum *Leinweber*, suspicor hunc fuisse de quo disputamus. Si nomen non convenit, nam ego sum oblitus, nihil est quod dubites, concedere mulieri, ut iterum nubat; quanquam etiam velim concedi mulieri, ut nubat, ut maxime is *Christophorus* esset maritus. Errat enim nunc et est vere [4]) fugitivus. Mitto tibi et *Menio* propositiones heri hic disputatas. Nihil enim aliud

1) Cod. Mehn. *Thuringiae.*

2) Cod. Mehn. *quod*; apogr. Olsh. *quia*; solitus est Melanth. *q.* scribere, quare *quia*, *quod*, saepe ab iis, qui epistolas descripserunt, permutata sunt.

3) *ante natalem domini* praetermissa sunt in apogr. Olsh.

4) Cod. Mehn. *seu.*

novi habebam, et spero, tibi hanc consolatiunculam placituram esse.

Pontanus multa mecum de te locutus est honorifice. Bene vale. Dom. Vocem Iucunditatis.

Philippus.

No. 2491. **16. Maii.**

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 164 sqq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 562.

D. Vito Theodoro, docenti Evangelium in Ecclesia Noribergensi.

S. D. Gaudeo familiam tuam augeri, et matrem incolumem esse ac recte valere, Deumque aeternum Patrem Liberatoris nostri Iesu Christi precor, ut Te, Coniugem honestissimam, liberos, Ecclesiam vestram et Rempub. servet ac regat. Haec scribens, cogitabam de primae Ecclesiae Doctoribus post Apostolos. Etsi enim quorundam breve fuit curriculum, tamen ne deessent Ecclesiae Doctores ac Testes τοῦ Εὐαγγελίου, aliqui fuerunt μακρόβιοι. Titum lego anno nonagesimo quarto aetatis suae mortuum esse. Polycarpum annos circiter sexaginta docuisse Ecclesias post mortem Iohannis Apostoli.

Opto igitur tibi et similibus viris bonis, piis et eruditis, ut vivant, et liberis suis doctrinam puram tradant, tanquam νομοφύλακες posteritatis. Qualis enim posteritas futura est, cum Principes studia negligant, dissidia Doctorum crescant, et confirmetur a malis petulantia ingeniorum? Si etiam bella accedent, πανωλεθρία erit. Deum oremus, ut nos gubernet, et servet Ecclesiam suam.

Mitto D. *Hieronymo Bomgartnero* Epicedia, quae rogo ut ei exhibeas. Te vellem stylum stringere contra *Pigium*, qui iam Coloniae edidit ἀμάξας βλασφημιῶν. Bene vale. 15. Maii. *Marchio**), quod sit faustum et felix, hoc die iter suscepit ducturus Exercitum in Pannonias.

Philippus Melanthon.

*) Ioachimus Pr. Elect. Brandenb.

No. 2492. **18. Maii.**

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 356 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 269.).

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi in Academia Lipsica amico suo summo,

S. D. Scio saepe nos Scholasticos rideri ab aulicis, ac iudicari ἀπειροκάλους et morosos, cum de occupationibus querimur. Sed tamen pro mea imbecillitate videor mihi satis sustinere negotiorum, quae et ipsa ad Remp. pertinent. Verum aulici saepe obliviscuntur dicti Aristotelis, qui ait: civitatem constare ex Medico, et agricola, hoc est pluribus artibus indigere.

Meum ad vos iter impedierunt gravissimae causae, quas tibi coram exponam. Fuit enim expectandus *Macedo*, et secuta sunt alia quae commemorabo: pugnavit satis acriter *Macedo* de *Crucigero*. Quid impetratum sit, ex *Megabacho* te audisse arbitror. Brevi audio una futuros esse Duces Saxoniae, quod faustum et felix sit. Deum oro, ut hoc vulnus etiam sanet.

Marchio ad *Lutherum* et ad me de sua expeditione pie et ὁσίως scripsit: precandum est, ut adsit ei Dux noster filius Dei.

Tuam Senatoriam orationem libenter legi, videris significare, istic deesse exempla. Nos hic vidimus aliqua, sed avide rapta sunt: meum dedi ante aliquot dies *Paulo Ebero*, utendum precario, mittam tamen, si postulas. Cupio istuc venire ad Medicorum congressum, quia cum eo ordine mihi vera, non fucosa amicitia est, quod iudico philosophicum esse. τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος. Sed deliberabo cum *Crucigero*. Expectatur enim his diebus hic *Ionas*. Bene vale. die Ascensionis Christi in coelum.

Philippus Melanthon.

No. 2493. **18. Maii.**

Henrico, Duci Megapol.

† Ex autographo Melanthonis in Tabular. secr. Suerinensi, descripta a Clariss. Evers, tabularii praefecto.

Dem Durchleuchten Hochgebornen Fürsten und Herrn, Herrn Henrichen, Herzogen zu Megelburg, Fürsten

der Wenden, Graven zu Suerin ꝛc.
meinem gnädigen Herrn.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor, Durchleuchter Hochgeborner gnädiger Fürst und Herr, Ewr. Fürstl. Gnad. dank ich in Unterthänigkeit, daß sie sich gegen Magistro Hanrico von Lunenburg*) also gnädiglich erzeigt haben, und hab sehr gern vernommen, daß Ewr. Fürstl. Gnad. solchen guten und fürstlichen Willen hat, die Universität zu Rostock mit mehr Personen zu bestellen. Denn es ist vor Augen, daß die hohe Nothdurft fordert, daß löbliche Fürsten und Regenten den Studien und Kirchen Fürderung, und Hülf erzeigen. Wo dieses nit geschiehet, wird ein schädliche und schreckliche Barbarei folgen. Darum wollen Ihr Ewr. Fürstl. Gnad. die Studia gnädiglich lassen befohlen seyn. Ich hoff auch, Magister Henricus werde sich in seiner Professiion, christliche Lahr recht und treulich zu lehren, gebührlich und friedlich halten.

Vom Doctorat giebet er diese Antwort, daß er der kurzen Zeit halben jetzund solches nit bequemlich fürnehmen könn, und hoffe, so es gleich jetzund nit seyn könnte, Ewr. Fürstl. Gnad. werden mit ihm gnädiglich zufrieden seyn, den Gradum zu einer andern Zeit anzunehmen, und ihm gnädige Hülf dazu erzeigen. Ich sende auch hiemit Ewr. Fürstl. Gnad. einen Zettel, was auf die Gradus in Theologia gehet, welches laut der Verzeichnus den Personen und dem Fisco gebührt, und wird also entricht von allen, so die Gradus annehmen.

Vom Cancellariat will ich Ewr. Fürstl. Gnad. nit bergen, daß der hochgelahrte Herr Doctor Hieronymus Schurff etlich Mal mir Ewr. Fürstl. Gnad. Gemüth angezeigt. Aber solches Ampt bedarf besondern Verstand und Tugend. Es sind vielleicht junge Doctores zu finden, und ist nämlich einer jetzund am Cammergericht, Doctor Johann Höchel, der Ingenii gnug hat; er ist aber jung, und vielleicht nicht also arbeitsam, als dieser Stand fordert; der neulich hie gewesen, in Willen, Ewr. Fürstl. Gnad. seinen Dienst anzubieten; ich hab ihn aber nit dürfen Ewr. Fürstl. Gnad. aus gemeldten Ursachen commendiren. Ewr. Fürstl. Gnad. möchten jetzund in der Reformation des Cammergerichts Doctor Melchiorn Klingen allhie, welcher gen Speyr gesendt wird, Befehl thun, sich da vom selbigen und andern zu erkunden, und Ewr. Fürstl. Gnad. zu dienen bin ich allezeit willig, Gott bewahr Ewr. Fürstl. Gnad. allezeit. Datum am Tag Ascensionis Christi, 1542.

Ewr. Fürstl. Gnad.
unterthäniger Diener
Philippus Melanthon.

*) Henricus Schmedstedt. Vid. quae diximus ad epist. d. 7. Apr. h. a. scriptam.

(*Pagella epistolae ad Henricum, Ducem Megal., inclusa:*)

Von allen Gradibus in Theologia gebührt dem Fisco sämptlich und Summa Summarum 26 fl., welches Geld zu Erhaltung der Gebäu in der Universität gewandt wird.

Weiter gebührn den Personen Facultatis, welche die Bürden der Disputation und des Examinis tragen, 16 fl.

Darüber sind noch sumptus Prandii, das gewöhnlich zu halten, wiewohl in Statutis ausgedrückt, daß man das Prandium zu geben nit schuldig ist.

No. 2494. 18. Maii.

Sim. Leupoldo.

† Ex autographo Melanthonis in bibl. Regia Hannover.

Egregia virtute et industria praedito D. Simoni Lupoldo, Secretario Illustrissimi Principis Ducis Megalburg. etc. suo amico,

S. D. Arbitror tibi, mi *Simon*, satis perspectam esse meam naturam et voluntatem in re publica. Faveo bonis ingeniis, quare te quoque, in hoc cursu virtutis et honesto munere cum laude versantem, non possum non amare, ac Deum precor, ut industriam tuam gubernet, ne sit salutaris reipublicae.

Heri in curru d. *Pontanus*, Cancellarius Ducis Saxoniae Electoris, ingenium tuum multis verbis praedicabat. Delectabar honorifico testimonio de tua virtute. Doctorem *Melchiorem**), virum ingeniosum eruditum et honestum mihique amicum, facio plurimi et veneror. Habet tenellas filias abhorrentes a longinqua migratione. Sed meo iudicio mandata ei danda essent iam ituro *Spiram* ad Reformationem iudicii Camerae, et quaereret de doctore *Iohanne Hoechelio* [1]) vel

*) Melch. Kling.

1) Fractura est in folio et literae fere sunt extinctae; vel *Hoehtio*, vel *Heehtio* legerem, nisi ex epist. ad Ducem Megapol. antecedente intelligeretur, *Hoechelio* esse legendum. De illo vid. etiam epist. d. 14. Apr. 1559.

aliis .... Illustrissimus Princeps (Dux)[2] *Henricus* .... vult, ... Magister *Henricus Luneburgensis* ornetur iam titulo doctoris, mox erit id significandum, et mittenda pecunia. Nam ipse non habet. Potest fortassis differri consilium de gradu, praesertim cum eruditione et virtute tueri locum possit. Dei beneficio iterum tranquillae sunt hae regiones, et brevi audio una futuros esse Duces Saxoniae. *Landgravii* fidem et gravitatem in hoc negotio valde praedicari et probari audio. Bene vale. Die ascensionis et triumphi *Χριστοῦ*. D. Cancellario *Schoner*... salutem opto.

Philippus Melanthon.

No. 2495. 18. Maii.

Ioachimo, March. Elect.

Edita in Mel. christlichen Berathschlagungen und Bedenken, p. 264 sq. Contuli apographon in cod. Mehn. I. ep. 292.

An den Churfürsten zu Brandenburg, Markgraf Joachim den andern, als er wider den Türken gen Ofen gezogen ist.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum, unsern Heiland zuvor. Durchleuchtigster, hochgeborner gnädigster Churfürst und Herr[1]). Ich hab nicht Zweifel, es bitten und seufzen zum ewigen Gott und Vater unsers Heilandes Jesu Christi viel fromme Gliedmaß Christi für E. Ch. Gn., und das ehrliche Volk, so zur Rettung der Kirchen und der Regiment ihr Leib und Leben aus christlicher Treue zu wagen gezogen. Zu diesem Anrufen thue ich wahrlich auch mein Gebet † täglich". Denn ich nicht allein aus den Historien, sondern auch aus göttlicher Schrift viele Ursachen habe, für die arme Christenheit, welche wahrhaftig ist Gottes Volk, allerlei[2]) zu sorgen. Ich weiß, daß E. C. G., als der einen hohen christlichen Verstand hat, selbst verstehet, aus welchem Grund Trost zu suchen ist; darum ich in dieser Eile desto kürzer schreibe.

Es ist ganz gewiß, daß die Türken vornämlich suchen Vertilgung oder Schmach des Namens Christi. Darum ist Gottes Befehl, ihm zu wehren. Und ob wir gleich in solchem Krieg unsre Strafe auch tragen müssen; so wissen wir doch, daß wir in Gottes Hut und Gnaden sind, darum [3]) tröstet uns dennoch Gott, daß auf diese letzte Zeit für uns streiten werde der große Kriegsmann, der Sohn Gottes; wie Daniel meldet. Und wie ich alle Umstände ansehe, so ist es diese Zeit, davon Daniel redet. Er sagt auch, es solle durch ein kleines Volk Hülfe geschehen. Von diesen und dergleichen Sprüchen, achte ich, haben E. C. G. selbst jetzund viel Gedanken, festen Trost und Muth wider die teuflische, grausame und unzüchtige türkische Nation zu schöpfen. Ich zweifle auch nicht, treue Prädicanten werden dieses fleißig allen [4]) frommen Kriegsvolk einbilden.

Der ewige Gott und Vater unsers Herrn und Heilandes Jesu Christi, gebe E. Ch. G. und ihrem Kriegsvolk guten Rath, Stärke und Sieg. Dieses will ich bitten zu aller Zeit, bin auch bereit, mein Leib und Leben wider den Türken zu wagen, wie wir wahrlich allesammt zu dieser Rettung Hülfe zu thun schuldig sind.

Der ewige Gott bewahr E. C. G. allezeit. Datum Wittenberg am Tage der Auffahrt Christi gen Himmel, der wider den Teufel und Türken triumphirt hat. Der wolle auch jetzund E. Ch. G. gnädigen Sieg geben. Amen. † anno 1542."

E. C. G.

unterthäniger
Philippus Melanthon.

No. 2496. 18. Maii.

Eidem.

Select. epist. 165. Epist. lib. I. p. 78. (ed. Lond. I. ep. 81.) — Apographon in Msto Manl. p. 64. — Nomine Principis cuiusdam a Melanthone scripta est, fortasse praescripta Georgio Anhaltino. Suo nomine Melanthon vernaculo sermone ad Marchionem de eadem re scripsit epistolam proxime praecedentem.

Ioachimo II. Marchioni Brandenburgensi, Electori, paranti expeditionem in Hungariam.

Et Reipub. gratulor, V. C. mitti ad patriae atque huius Reipub. defensionem, et V. C. gratulor hanc mentem, quod a Deo auxilium et salutem petit.

---

2) Puto, periisse voc. *Dux*; sunt enim quaedam abscissa.

1) Cod. fortasse melius: hochgeborner Churfürst, gnädiger Herr.

2) allerlei cod. non habet.

3) Cod. darüber, et abest seq. dennoch.

4) allen] Pez. dem.

Christus ait: *Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* His freti promissis oremus Deum propter Christum et gloriam sui nominis, ut C. V. gubernet, tueatur, ac defendat, et feliciter reducat victores, reiectis ac deletis immanissimis hostibus. Id precari, id orare et pro nostro Imperatore clementissimo atque optimo Principe, et pro V. C. et universo nostro exercitu convenit. Etenim cum omnes omnium gentium historias, populorum mores, militiam, domesticam aut castrensem disciplinam, res gestas atque imperia colligo et considero, invenio nullam nationem extitisse, in qua plus fuerit impietatis, crudelitatis, flagitiosarum libidinum, denique immanitatis in omni genere, quam in *Turcis.* Alii reges ac populi ita gesserunt bella, ut postea Respub. legibus, moribus et religione ornarent. At *Turcae* nullis iustis de causis bella movent, gerunt crudelissime, postquam vicerunt, religiones, bonos mores, et totam civilem disciplinam tollunt, et devictas nationes ad miserrimam et foedam servitutem redigunt. Itaque sciat Cels. V. bellum iure et mandato Dei, tanquam adversus saevissimos homines[*]), gerendum esse. Ipsi enim iam inferunt bellum tot seculis, et in lege sua *Mahometica* id profitentur, se hostes esse omnium gentium. Itaque tanquam latrones depelli debent. Magna consolatio est, quod mandato Dei cogamur illos depellere. Hac consolatione confirmet se C. V. et meminerit Deum adiuvare nos, cum ea gerimus quae iussit nos, ut ait David: *Revela Domino viam tuam, et ipse faciet.* Sed nolo esse prolixior. Extant enim libelli de hac re diligenter et accurate scripti et lectu utiles. Si C. V. venerit ad patruum principem *Moguntinum*, quaeso ut me ei commendet, eique meis verbis gratias agat pro navata opera in pacificatione summo consilio, et summa fide, ac polliceatur ei, me, quod antea etiam feci summa diligentia, ubicunque erit occasio, Ecclesiae concordiam quaesiturum et dissensiones mitiguturum esse. Anno 1542.

No. 2497. (hoc fere t.)

Hedio ad Steinbachium.

Manlii farrag. p. 478 sqq.

Instructio pro Casp. Steinbach ministro verbi, ad expeditionem Turcicam 1542.

Quoniam proficiscitur, commissione Reipublicae Argentinensis, quae Evangelio nomen dedit, cum aliis protestantibus: prima cura sit, ut ipse praeco verbi, et qui sub vexillo Argentinensi militant, doctrinam servatoris Dei ornent in omnibus. Secundo, concionator ornabit, si firmus fuerit in sermone sano, conversatione irreprehensibili, dilectione, spiritu, fide, puritate. Subiecti vexillo Argentinensi ornabunt, si doctrinae Ioannis (Nequem concutiatis, neve calumniemini, et contenti estote stipendiis vestris) paruerint: tum in terra amicorum, tum in hostium agris obtemperarint capitaneis, ac huius legatis, item vexilliferis: qui viri sunt veritatis ac honestatis amantissimi. *Casparus* etiam concionator iam nominatis se iungat, illorum sodalitio intersit, quos et patronos et tutores habebit: horum consilio et deliberatione, quando et quoties putat utile, et aedificaturum verbum, cohortationem habeat, maxime diebus Dominicis. Quarta: ne vero conciones sacrosancti Evangelii contemptui habeantur, curet ne sint nimium prolixae, aut nimiae. Quinta: ita poterit proxima Dominica Cantate in Bischoffen concione sacra auspicari profectionem; petatur locus in templo, qui non denegabitur, quando Dominus *a Bitsch* suos nostris iunget. Sexta: quoniam vero fidelem et prudentem oportet esse dispensatorem mysteriorum Dei in tam promiscuo auditorio: videat diligenter concionator, ceu bonus paterfamilias, ut illis demensum det etiam in tempore. Maior pars lanceatorum sine Deo, sine Christo, sine timore Dei, et sine poenitentia vivit. Igitur a gradibus vitae impiae, qui sunt vanitas, mentis obtenebratio, excaecatio cordis et indolentia (quae est *ein verruckt Leben*) diligentissime dehortetur eos, et obtestetur ut Christum audiant, discant: deponant veterem hominem, et induantur novo, si velint contra hostes Christiani nominis feliciter pugnare, memores armaturae Dei, ad Ephesios ultimo. Septimo: est quidem tota Biblia epistola omnipotentis Dei ad creaturam suam: quo in munere et milites pro patria pugnantes collocare libet. In Evangelio et in Paulo nusquam non occurrunt argumenta copiosa, quibus concionator bellicus militem mactationi destinatum ab impuritate vitae, mentione vitae aeternae, resurrectionis et iudicii revocare

[*]) G. Melanchthon.

possit ad resipiscentiam et timorem Domini. Octava: Articuli fidei, decem praecepta, oratio Dominica, primum locum habeant in concionibus, qua de re *Lutheri* sermo *die Heerpredig* meminit. Nona: Cum exercitus imperii *Budae* aut alibi confluxerit, concionator *Casparus* se iungat Evangelicis concionatoribus, quos hauddubie *Saxo*, *Landgravius*, et alii principes ac civitatum protestantes cum suis mittent. Cum iis placide, mansueto et modeste conversetur; colloquia misceat, quae ad aedificationem faciunt: a curiosis quaestionibus abstineat, ne nomen nostrae civitatis propter ipsum male audiat. Neque sit immemor articuli, quem comitia Spirensia statuerunt, de concionatoribus utriusque partis. Quid, quovis tempore et cum fructu, ac apud quos aliter fieri possit ac debeat, animadvertet.

De coena Dominica in bello administranda.

Decima: magnum est Christi carne pasci, et Christi sanguine potari: item ad haec sacra mysteria, cum solum purificati debeant admitti, cautissime circumspiciendum est, ne quosvis ad Dominicam mensam admittat in tanta colluvie hominum, ne sanctum detur canibus, et margaritae proiiciantur ante porcos. Si forte conflictus cum Turca habendus est, instet, ut parati sint animi aliquot concionibus ad verum usum coenae Dominicae. Non vero admittantur promiscue ad eucharistiam, nisi de quorum fide in doctrina Christi et fide constet: qui enim indigne sumunt, sibi proprium iudicium accersunt. Et inhonorant sacramentum, non tantum indigne accedentes, sed et indigne administrantes. Hic vero opus fuerit simplici prudentia, et prudenti simplicitate. Aliter autem agendum est cum rudibus et cum vulgo, aliter cum iis qui in fide Christi eruditi sunt. Undecima: ut decorum suum servet minister verbi et praeco Evangelii: ac ut ita maiori autoritate habeatur apud insulsum militem, nihil agat vulgarium aut sordidorum officiorum, unde se contemptui exponat: nisi summa necessitas, quae legem non habet, exposcat. Habebitur enim in pretio a capitaneis, vexillifero et legato, nisi ipsemet se nihili faciat.

De historia belli.

Duodecima: quod ad consignandam futuri belli Turcici historiam attinet, paret capellanus diaria, et consignet quicquid singulis diebus agetur: et communicet cum iis, qui in similibus argumentis se exercent; satis enim otii habebit. Ubi dominus Zebaoth successum dederit, ut in vetustas Hungariae, Thraciae, Graeciae bibliothecas venerint, atque adeo in Constantinopolim, curet modis omnibus ne optimis libris damnum inferatur: in quos alioqui stolidus miles sine iudicio saevire solet. cuius rei ingentem iacturam in seditione agricolarum (*in der Aufruhr der Bauren*) tulit nostra Germania. Decimatertia: tandem non obliviscatur D. *Casparus* dicti Ambrosii, qui dicit: Dolere potero, flere potero, gemere potero adversus arma, milites, Gothos. lachrymae quoque meae arma sunt. talia enim munimenta sunt sacerdotum: aliter non debeo, nec possum resistere. Dominus custodiat introitum et exitum. Amen. Argentinae.

D. *Casparus Hedio* subscripsit: Et *Gerbelius* precatur tibi felicissimam profectionem.

No. 2498. 24. Maii (h. a.?)

Chph. Pannonio.

Epist. lib. V. p. 825 sq.

Christophoro Pannonio (Francofordiae ad Oderam).

S. D. Charissime *Christophore.* Vides, qualis sit hominum vita, quam aerumnosa. Etsi autem prorsus ex animis eiici dolores non possunt, ac superbum videtur, non velle communem legem pati, hominibus impositam de multis rebus duris ferendis, tamen leniamus nobis moestitiam mediocribus officiis. Ego in literis tuis saepe acquiesco, tibique gratiam habeo tam amanter et toties scribenti. Fortassis et Reipublicae nonnihil conducit multorum nostri ordinis coniunctio et amicitia. Gaudeo, istic certamen Theologicum sedatum esse. Nos alia ex aliis ad fata vocamur, ut inquit Poëta. Subinde existunt ἀφορμαὶ dissidiorum in multis locis. De quibus cum ad me querelae deferuntur, sum hortator sanioribus, ut faciant, quod ego facio, hoc est, sapienter dissimulent iniurias, easque publicae tranquillitati condonent. Quia tandem tamen vincit veritas, et homines Philosophos decet moderatio. Sed haec alias. Mitto tibi pagellas qualescunque. Nam alias nunc non ad

manum habebam. Bene et feliciter vale. Die 24. Maii.

Philippus.

No. 2499. 31. Maii.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 394 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 267.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi in Academia Lipsica amico suo carissimo,

S. D. Ego vero gratiam tibi habeo, quod *τὴν σταφυλὴν* curare maluisti, quam iter non necessarium ingredi: audiebam enim *κατασκῆψαι τὸ ῥεῦμα εἰς γαργαρεῶνα.* Miror unde in sicco corpore tam varii et errantes fluxus scaturiant: servies igitur curationi. Nam mihi excurrere minus difficile est, venissem citius, nisi hoc tempore vitandos quorundam oculos, quorundam etiam fabellas cavendas esse ducerem. Haec ego, si non semper, tamen interdum aliqua Philosophia moderor.

De *Bucero* scripsit huc *Vuencelaus* etiam atrociora, discessisse eum iam ex urbe Argentorato, doleo, et reprehendo consilium istorum, qui renovant sermones *δυσφημίας γέμοντας*, sed multum vanitatis est in narrationibus *παρὰ τῇ καλῇ πηγῇ.* Brevi certiora habebimus. Nunc enim in itinere est nuncius, qui hinc litteras perfert Basileam.

De Turcis adhuc silentium est, etsi rumores obscuri allati sunt de oppido *Strigonio.* Auxilium ac defensionem a filio Dei expectemus ac petamus, cui scimus Ecclesias ac pia studia curae esse. Bene vale. Pridie Cal. Iunii.

Philip. Melanth.

No. 2500. 2. Iun.

Ge. Spalatino.

† Ex apogr. Dresd. C. 140. p. 40 a. ep. 54., descripta a Cl. Gersdorfio.

Georgio Spalatino.

S. D. Expertus sum humanitatem tuam in aliis rebus difficilioribus. Etsi autem verecunde utor amicis, tamen nunc ut nonnihil oneris tibi imponerem, mei ministri *Iohannis* necessitate motus sum. Rogo ut cures ei mitti pecuniam, quae benignitate Illustrissimi Principis pendi ipsi solet, aut significes, quid spei sit. Vicissim tibi *ἀντίδωρον* polliceor, proximae alicuius editionis exemplum. Nam in manibus habemus quaedam, quae tibi voluptati fore spero. Certemus benevolentia, officiis et humanitate, ut decet et Christo et musis dicatos. Bene vale, die 5. Pentecostes 1542.

Phil. Mel.

No. 2501. 14. Iun.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 107. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 81., cuius inscriptioni adscripta sunt a Baumgartnero haec: „1542. 21. Iunii per Sixtum" (videlicet: accepi).

Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noribergensi.

S. D. Utinam, *Hieronyme* optime, diu exercere, et tueri literarum et Evangelii studia possimus, quae profecto existimarem Turcicam barbariem funditus deleturam esse, nisi hac unica consolatione sustentarer, quod scimus filio Dei curae esse suas Ecclesias, et Evangelium. Atrocissimi rumores statim secuti sunt tuas literas. Nam aulae nostrae certo significatum est, Tyrannum Turcicum ipsum adventare, et adducere multitudinem barbarorum infinitam*). Quare petamus ab aeterno Deo, patre liberatoris nostri Iesu Christi, auxilium et defensionem.

De adolescente *Tuchero* respondet *Paulus*, se et libenter tibi gratificari, et fideliter navaturum operam, ut adolescens recte erudiatur et exerceatur. Bene et foeliciter vale. d. 14. Iunii**).

† Philipp. MelanthoN."

No. 2502. 15. Iun.

I. Unrug.

Ex autographo Mel. in bibl. Cygnea edita in Hertelii progr. Stimmen aus der Zeit der Reformation ꝛc. (Zwickau 1850. 4.) p. 22.

---

*) Vana videtur fuisse illa fama. Vid. ep. d. 20. Iun. et infra ep. ad Georg. Anhalt. No. 2509.

**) Alia manus adscripsit et libri VI. editor repetiit ann. 1542.

Honestissimo viro, Domino Ioanni Unrug, civi Cygneo, hospiti carissimo.

S. D. Honestissime vir et hospes carissime. Tempus me admonet de vestris officiis, quae mihi summa humanitate praestitistis redeunti ex conventu Ratisbonensi.*) Precor igitur Deum aeternum, ut vicissim vos servet et gubernet.

Narrat autem mihi *Adam Wolfius*, Werdensis adolescens, praeditus optima indole et bene literatus, sua studia hactenus vestra liberalitate provecta esse, et grata mente vestrum beneficium praedicat. Etsi autem aliquid ab aula petit, tamen quanta sit tarditas deliberationum in aula in tanta varietate negotiorum, scitis. Et studia literarum minus curantur, quam res aliae. Confugimus igitur ad benignitatem vestram, quae iam nobis spectata est. Oro, ut optimae spei adolescentem non deseratis, quem quidem spero Ecclesiae magno usui fore. Quare hoc vestrum beneficium deus liberaliter compensabit. Et vobis adolescentis virtus et gratitudo iucunda erit. Bene valete. Salutem opto Domino *Plateano.* die 15. Iunii.

Ph. M.

No. 2503. 20. Iun.

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 156 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 664.

Viro optimo, D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Eccles. Noriberg.

S. D. Si putas, antea praetermissum esse officium, quod Epicedia tibi non miseram, nunc sarcio. Nam et ipsas pagellas mitto, et quorundam versuum, qui sunt obscuriores, ἐξήγησιν. Sed dicam serio, cur tibi non inscripserim. Subito plura exempla non habebam. Et *Hieronymum* scio, etiam tuo iudicio, fuisse eo munusculo digniorem. Deinde etiam, si quid eius generis tibi mitto, non rescribis, an acceperis, quid probes, quid desideres. Eo autem haec impertimus doctis, ut et ipsos delectent, et eorum iudicia censuramque subeant.

Respondi de locis Iohannis breviter. Sed indicare tibi summas rerum satis est, et delineare materias. Tu poteris addere vivos colores. Utinam haec studia diu colere possimus. *Caspar.**) enarrat Iohannis Evangelium; eam enarrationem vellem alicubi te videre. De meis praedictionibus *Micaëli* **) ἡμᾶς μυκτηρίζοντι καὶ κωμῳδοῦντι dicas, honestius esse, in divinationibus bene ominari amicis, quam excusare contractus usurarios. Nam et ipsi multo ante respondissem de ea quaestione, quam misistis, si causa nihil habuisset perplexitatis.

Res Pannonicas a te expecto. Apud nos enim silentium nunc quidem erat. Bene vale. Et amanter dicito salutem *Michaëli* meis verbis. die 20. Iun.

Philippus Melanthon.

No. 2504. 22. Iun.

Chph. Hoffmanno.

† Ex apographo in cod. Monac. 88. no. IV. p. 31 b.

Christophoro Hoffmanno, Pastori Eccles. Ienensis.

S. D. Historiae omnium aetatum ostendunt, verae Ecclesiae doctores idoneos semper conflictatos esse magnis aerumnis et difficultatibus; interim fuisse opes magnas penes impios pontifices et sacrificios, quibus idola sua quaestui erant. Feramus igitur et nos difficultates nostras et Deum oremus, ut et in messem suam extrudat idoneos ἐργάτας, et excitet principum voluntates, ut aliqui foveant Ecclesias et pios ministros, ut studiis servire possint, ut de Ezechia scribitur.

Hic *Iacobus*, si volet adhibere diligentiam, poterit pie et utiliter servire Ecclesiae; sed te rogo, ut ei sis hortator ad urgenda pia studia. Bene vale, die 22. Iunii.

In Pannonia etsi copiae Turcicae sunt non parvae, tamen nondum oppugnarunt oppida, neque dimicant cum nostris, sed vagantur et populantur vicina loca Budae. Deus adsit nobis, et adiuvet nostros exercitus, ac defendat suas ecclesias, te, et similes pios sacerdotes. Nam nostra

---

*) Domum profectus est ex conventu Ratisb. d. 27. Iul. 1541. Videtur igitur haec epist. scripta anno 1542. Nam mense Iun. 1543. Melanthon erat Bonnae.

*) Saub. *Casparus.* **) Saub. *Michaëli.*

vita κέκρυπται σὺν τῷ χριστῷ ἐν τῷ θεῷ. Iterum vale.

Phil. Mel.

No. 2505. 26. Iun.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 398. (ed. Lond. lib. IV. ep. 271.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo cariss.

S. D. Libenter dedi litteras tuo discipulo, homini γνησίως φράγκῳ. Est enim et rectus et officiosus admodum, et nobis propter tuam amicitiam devinctior. Aget istic quaedam forensia negotia soceri, sed ut te videret, avidius iter suscepit. Rogo autem, ut redeunti aliquid des litterarum de tuis rebus et de familia, quam ut Deus tibi servet incolumem, ex animo precor.

Mea coniunx profecta est ad filiam*), quam spero iam quartum puerperam esse. De Repub. nondum habeo quidquam ἀξιόλογον. Nuncius ex Cattis heri mecum fuit, qui dicebat Turcicas copias in Pannoniis manere non posse, nisi Tyrannus ipse adventaret. Et assunt iam hic Moravi, qui nihil triste nunciant. Bene et feliciter vale. die Iunii XXVI.

Philippus Melanth.

No. 2506. 28. Iun.

Ioh. Rimanno.

† Ex apogr. in cod. Monac. 87. no. III. p. 86.

*Venerabili viro M. Iohanni Rimanno, pastori fideli Ecclesiae in Hain**), suo amico,*

S. D. Ingenio filii vestri semper favi, et libenter adolescentem optimae spei adiuvabo in quaerendis scholasticis conditionibus. Nam de stipendiis aulicis nihil possum polliceri. Magna caterva est eorum, qui petunt, et quibus bonae spes patefactae sunt, nec tamen quisquam impetrat. Desino igitur urgere, et sic doleo negligi bona ingenia, quae sunt seminaria Ecclesiae. Nos privatis officiis, Deo dante, quantum possumus adolescentiam iuvemus. Et profecto nec voluntas nec diligentia mihi deest, et filio vestro optime cupio. Bene valete. Die 28. Iunii.

P. M.

No. 2507. 29. Iun.

Mich. Meienburgio.

Epist. lib. V. p. 668.

Michaeli Meienburgio, (consuli Northusano).

S. D. Cum intellexissem *Iohannem*, filium vestrum, febricula tentari: dedi consilium, ut ad vos expatiaretur. Comperi enim, in febribus initio mutationem aëris utilem esse: vidique, multos hoc consilio curari. Quare reditum boni consuletis, et Deum precor, ut et liberos vobis et nobis omnibus Rempublicam servet, quam Principes quidam varie dilacerant. Nondum scio, quae sint initia novi tumultus in vicinia vestra. Et doleo, tali tempore domestica bella oriri: cum externus hostis Germaniae vastationem minatur. Sed Deus gubernabit exitum servata Ecclesia sua. Vos, spero, †qui aristocratias in urbibus retinetis"*), conservaturos esse Ecclesiae et literarum et aliorum ornamentorum civilium reliquias. Bene et feliciter valete. Die 29. Iunii.

Philippus.

No. 2508. (Iun.)

I. Ionae.

Epist. lib. V. p. 51 sq.

Iusto Ionae.

S. D. Oramus Deum aeternum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, ut custodiat nos et nostra, et

---

*) Francofurtum ad Oderam.

**) Quum Spalatinus in epist. ad Ionam (nondum edita) d. 20. Oct. 1539. scripta, nominet Rimannum cui tradenda sit parochia Hain, sequitur, Rimannum Hainam venisse fere ineunte anno 1540. Quum vero die 28. Iunii 1540. Melanthon gravissime aegrotaret Wimariae, et eo tempore ann. 1541. versaretur Ratisbonae, haec epistola verosimiliter scripta est anno 1542.

*) Addit A. D.

hos Politias, quae profecto in magnis periculis sunt. Vidimus heri quoque exemplum miseriarum humanarum. Dum una sedent tres fratres Principes, apud Reverend. Dn. Doctorem a coena incendium ortum est, quo duae domus molae, quae est vicina arci Dessaensi, conflagrarunt mira celeritate. Quae res et Principum et populi Oeconomiis detrimentosa est. Eodem die etiam nunciatum est, *Lycaonem* aquas ex fossis arcis Lymoniae*) emisisse, ut compleri ruderibus et terra fossae possint, et induci miles ad conscendenda moenia. Etsi etiam *Lycaonis* militi multum periculi est in oppugnatione, tamen, nisi celeriter adsint exercitus nostri, qui hostem ab oppugnatione retrahant, defatigabuntur hi, qui sunt in arce. *Macedo* Goslariam venisse dicitur. Bene vale.

Allatus est panis ex Belgico, cuius parvitas famis indicium est. Nam pro numo non plus emitur, quam quanta est figura ovi exigui gallinae.

Φίλιππος.

No. 2509. (Iun. ut videtur.)

Georgio Anhaltino.

Epist. Lib. II. p. 192 sq. (edit. Lond. lib. II. ep. 182.)

D. Georgio Principi in Anhalt.

S. D. Illustrissime Princeps. Non dubito quin magnum vobis dolorem adferant motus domestici Germaniae, qui oriuntur minus opportuno tempore, qui utinam sapientum Principum autoritate sedari possent. Deo spero curae fore suas Ecclesias, et certe ad eum veris votis et toto pectore clamamus, et ab ipso pacem petimus. Cum autem de Germanicis rebus non libeat scribere, Pannonicas attingam. Fuerunt hic Austriaci, qui copias, quibus praeest Marchio elector, narrant non exiguas esse. Turcos vero intra *Budam* se continere, nec procul inde erumpere. Et iam aliquoties egressos, fugatos et pulsos esse ab Hungaris. De adventu Tyranni fama consilescit. Narrant quosdam Turcicos nebulones captos esse, qui

*) Lymoniae? Suspicor mendum in hoc nomine. Fortasse Lycaoniae. De re ipsa vid. Sleidani Comment. p. 410.

venena fontes infecerunt, sed comprehensi indicarunt loca fontium, ut obrui possent, post supplicio affecti sunt. Bene valeat C. V.

No. 2510. (fere m. Iun.)

Matth. Aurogallo.

† Ex apographo in cod. Paris. D. L. 54c.

Magnifico Domino Rectori Academiae[1]*, D. Matthaeo Aurogallo, amico suo,*

S. D. Magnifice d. Rector. Reverendus D. Doctor *Martinus* urget, ut dentur tutores liberis relictis a Magistro *Ambrosio*[2]), et ait, nisi dentur tutores, secuturas esse maiores difficultates. Ideo rogo ut convocetis universitatem et de tutela deliberetis. Aes alienum nemo vult dissolvere nisi facta divisione. Ideo necesse hac de re deliberari. Bene valete.

Philippus Melanthon.

No. 2511. 5. Iul.

(De locis theologicis.)

Editum in Steph. Riccii Miscellan. num. XXXIII. (descriptum e Clar. Foerstemanno.)

*Iudicium Phil. Melanthonis de suo libro locorum communium**) *recognito, factum* 1542. *Vitebergae*, 5. *Iulii.*

Haec editio plus proderit studiosis Theologiae, quam prior. Praeterquam enim quod D. *Iustus Ionas* in priore versione multa negligenter reddiderit, quae a me ipso iam maiori cum diligentia recognita sunt, dedi etiam operam, ut, quantum fieri posset, terminos Theologicos sive de fide, sive de aliis articulis, quibus Iunior Theologus in publicis concionibus uti debeat, quam propriis-

1) Is fuit Rector Academiae Witeberg. a Festo sanctorum Apostolorum Philippi et Iacobi usque ad diem Lucae Evangelistae, anno 1542. Vid. Scripta publ. Acad. Witeb. T. I. p. 68.

2) Fortasse est Ambrosius Bernhardus, cuius uxor neptis fuit Lutheri. Vid. epist. Lutheri ad Lauterbachum d. 5. Iul. 1545. (apud de Wettium T. V. p. 744.)

*) Edit. germanica quae prodiit Viteb. 1542. in 4.

sime redderem. Sentio enim, quantum utilitatis afferat proprietas sermonis, praesertim si de religione populus docendus est. Quare consulo, ut emas, legas, adeoque familiariorem tibi reddas, ut aliquando versatus in sacris literis hunc librum locorum communium non solum vorasse, sed etiam concoxisse, ac in succum et sanguinem convertisse tuum videaris. Id autem spero te assequi posse, si in concionibus semper unum certum aliquem locum communem tractaveris, hocque tamdiu feceris, quoad omnes tibi perinde ut digiti tui noti fuerint. Praeterea decem fere locos correxi, hoc est, totos alios feci, sicuti apparebit, si cum priore editione contuleris.

No. 2512. (h. t.)

Lectori.

Praefatio praemissa libro: Die Heubtartikel Christlicher Lere, zusamen gezogen, durch Philippum Melanthon. Im latin, genant Loci communes Theologici. Verdeudscht durch Justum Jonam Doctor etc. Vnd im 1542. jar Durch Philip. Melanth. widerumb durchsehen vnd verbessert. Wittemberg. 4.

An den Christlichen Leser, Vorrede Philippi Melanthonis.

Daß ein ordenliche, reine, klare Summa Christlicher Lehre, die alle Menschen zu wissen und zu erhalten schuldig sind, von vielen fürnehmen, gottforchtigen, gelahrten, treuen, geübten Personen sämptlich bedacht und gestellet würde, das, achte ich, wäre sehr ein nützlich Werk, und zu Ausbreitung und Erhaltung göttlicher Lehre, auch zu Einigkeit und Frieden vieler Kirchen dienlich, wie vor alten Zeiten dieser Meinung die Symbola in rechten Concilien gemacht sind. Ich wündsche auch von Herzen, daß etwa weise und gottforchtige Regenten bedenken, wie solches Werk Gott zu Lobe fürzunehmen und zu fördern sey.

Weil aber ich in Schulen nu etliche Jahr nach meinem geringen Vermögen gedienet habe, und die Gelegenheit der Zeit mir Ursach gegeben hat, ein Summa also zusammen zu ziehen, mag ich mit Wahrheit sagen, daß ich möglichen Fleiß gethan, die einige, wahrhaftige, Christliche Lehre des heiligen Evangelii, die in unsern Kirchen durch Gottes Gnade leuchtet, geprediget und bekannt wird, zusammen zu fassen, daß die Ungeübten bemeldte Lehre deste leichter einnehmen und in ziemlicher Ordnung merken, betrachten und behalten könnten.

Denn dieß ist ohn Zweifel ganz gewiß, und bei allen Gottforchtigen und Verständigen beweislich, daß diese Lehre, so in unsern Kirchen offentlich bekannt ist, eigentlich die einige, ewige, wahrhaftige Lehre ist der rechten Catholiken Kirchen Christi, gefaßt in den Propheten und Aposteln. Und ist der Verstand der ersten und reinesten Lehrer, so balde nach den Aposteln von Christlicher Lehre geschrieben haben, deren Bücher noch blieben sind, als nämlich Irenei, Basilii, Ambrosii und Augustini.

Und wiewohl hernach nicht geringe Finsterniß gefolget, so sind doch für und für etliche heilige Personen gewesen, wie in etlichen Schriften zu merken, bei welchen dieser Verstand geblieben ist, obgleich der größer Haufe, Päpst, Bischove, Prälaten, Pfaffen, Mönche und der ruchlose Pofel solchen Verstand nicht gehabt hat; wie in Israel der größer Theil, Herrn und Pöfel, der Abgötterei folget (i. e. folgte).

Daß aber nu des Papsts Anhang und seine Lehrer, als Eck, Pygius und viel andere, heftig wider unser Kirchen schreien: wir sollten nicht vom größern Haufen in der Kirchen, wie sie sich nennen, getreten seyn, sollten ihre gewöhnliche Lehre, Statuten und Ceremonien halten, wie etliche sehr subtil davon reden, wie groß dieß zu achten, daß so viel hundert Jahr so viel Pfaffen und Mönche ihre Lehre also gehalten haben: darauf ist kürzlich diese Antwort.

Wer so frech ist, daß er sagen will, es sey nicht Irrthum in Päpstlicher und Mönch-Lehre gewesen, der ist ein muthwilliger Lügner, und redet wider offentliche Wahrheit. Denn bedenke nur, was offentliche Abgötterei getrieben ist mit Heiligenanrufung. Item zu den Götzen laufen etc. welches ihre Gelahrten gebilligt haben; so kannst du greifen, daß grobe Irrthum und greifliche Finsterniß gewesen ist. Item bedenk das Messe kaufen und verkaufen, und die Seelmessen.

Item dieß ist ganz offentlich, daß sie gelehret haben und noch lehren, man soll allezeit zweifeln, ob man in Gottes Gnaden sey. Nu ist kein Anrufung Gottes, so das Herz also stehet: ich weiß nicht, ob Gott mich annehmen und hören will oder nicht. Dieß ist ja offentlich ein heidnischer Gedank, wider das Evangelium.

Dieser Exempel wären sehr viel zu erzählen, welche beweisen, daß offentliche abgöttische Irrthum in der Päpstlichen und Mönch-Lehre gewesen und noch sind. Darum dieß eitel Frevel und Muthwill ist, daß nu etliche sich schön schmücken wöllen, geben für, der

selbige Hause sey die Kirch, können nicht irren; suchen also Farben, daß sie die Irrthumen malen und entschuldigen als höflich als sie können, und beschweren uns hoch.

Wiewohl nu solch Gespenst vernünftigen Leuten wehe thut; so sollen wir doch wissen, daß uns der ewige Gott und Vater unsers Herrn Jesu Christi ein unwandelbarn Befehl von Himmel mit eigener Stimme geben hat, und von seinem Sohn Jesu Christo also gesagt: Dieß ist mein geliebter Sohn, daran ich ein Wohlgefallen habe, diesen sollt ihr hören. Es schreien nu Papst, Bischove, Münch, Eck, Pygius so heftig als sie wöllen, so haben wir diesen Trost, daß die Lehre, so in unsern Kirchen bekannt ist, gewißlich das Evangelium ist, das uns der Sohn Gottes, unser Heiland Jesus Christus, durch der Apostel Schrift gegeben hat. Darin ist Gottes Wille geoffenbart; dem sind alle Menschen schuldig zu glauben und zu folgen. Dieß ist ein beständiger Trost, und eim jeden zu wissen und zu betrachten nöthig.

Weiter sollen wir auch wissen, daß in Propheten und Aposteln geweissaget ist, daß solche Streit von der Lehre, besonder zur letzten Zeit, seyn wird, und daß nämlich die hohen Bischove und Prälaten die Wahrheit verfolgen werden.

Wer nu nicht ein Epicureus ist, sondern so viel Lichts hat, daß er hält, daß ein ewiger Gott sey, der seinen Willen in der Propheten, Christi und der Apostel Lehre geoffenbart habe, als welche die erste und älteste Lehre und Schrift ist, der muß ja bedenken in diesem Streit, welches recht sey: bei der ersten Offenbarung zu bleiben, die der ewig Gott den ersten Vätern, Ade, Nohe, Abrahe, Isaac, Jacob, Moisi, Elie, Esaie, und hernach Johanni Baptiste, Christo, und den Aposteln, die alle eine Lehre und einen Verstand von Gottes Willen gehabt haben, gegeben hat, oder des Mahomets, Papsts und Mönch Fantaseyen zu folgen, welche neue sind, und erstlich mit Gewalt und Betrug eingedrungen? Dieß sollen billig vernünftige und gottforchtige Leute betrachten, und gewissen Grund ihrer Lehre und ihres Glaubens suchen und halten.

Es ist auch gewißlich die reine Lehre, und der Verstand, der in unsern Kirchen bekannt wird, nicht aus menschlichem Vermögen an das Licht kommen, sondern es ist ein besondere gnädige Gabe Gottes, dafür wir alle Dankbarkeit schuldig sind. Und ist dieß leichtlich von Gottforchtigen zu richten, die sehen, wie der ersten Väter, Propheten und Apostel Lehre zusammen stimmet. Derwegen sollen wir auch Fleiß thun, die Lehre rein zu behalten.

Darum wündsche ich, wie droben gesagt ist, daß etliche viel fürnehmer, gottforchtiger, gelahrter Personen sämptlich die ganze Lehre zusammenzögen. Wiewohl ich nu Fleiß gethan habe, so eigentlich und klar von (den) fürnehmesten Artikeln zu reden, als mir möglich gewesen, und halte, daß kein Irrthum in diesen Artikeln sey; so will ich doch diese und alle meine Schriften unsern Kirchen, so der Confession, die zu Augsburg vom Glauben durch unsere Kirchen überantwort ist, anhangen, welche ich für die wahrhaftige Kirchen Christi halte, unterworfen haben, sie zu richten. Ich erbiete mich auch bei ihnen und bei den Widersachern, so etwas dunkel geredt ist, mich nach Nothdurft zu erklären.

Und bitte den ewigen Gott und Vater unsers Heilands Jesu Christi, er wölle zu seinem Lob und rechter Ehre sein heiliges Evangelium erhalten, und uns die wir aus dem heiligen Evangelio ihn lernen anrufen, und um seines eingebornen Sohns Jesu Christi willen, Gnade, Hülfe, Schutz, und ewiges Leben von ihm bitten und hoffen, gnädiglich annehmen, erleuchten, schützen, und mit dem heiligen Geist regiern. Wie unser Heiland Christus gesprochen: er wölle uns nicht als Waisen verlassen, sondern wölle uns geben den Geist der Wahrheit, welchen er bei seinem Evangelio zugesagt.

No. 2518. 6. Iul.

Gabr. Zwilling.

Manlii farrag. p. 391.

Eximia pietate et doctrina praedito, D. Gabrieli (Zwilling) pastori Ecclesiae Torgensis, amico suo praecipuo,

S. D. Hic sacerdos mancus, mihi et caeteris, qui hic sunt, diu notus fuit: manum in quadam rixa sine sua culpa amisit, ut aulici sciunt. Habet uxorem et filiam, pias et pudicas, et sub nobilibus duriter vivit. Diu disputatum fuit ante hoc tempus, an, quia mancus esset, possit fungi ministerio. Et concessum est, ut fungeretur: et scimus mediocrem industriam eius esse. Rogamus, D. Pastor doctor *Pomeranus* et ego, si Ecclesiae in *Uthusen* opus est pastore, ut de hoc

bono homine deliberes. Bene vale. Die 6. Iulii, Anno 1542.

Philippus Melanthon.

No. 2514. 7. Iul.

Erasmo Ebnero.

Ex autographo quod est in bibl. Norinberg. edita in *Strobelii* Neuen Beyträgen zur Litterat. Bd. III. St. 1. p. 192.

Clarissimo viro, virtute, sapientia et eruditione praestanti, D. Erasmo Ebnero, Senatori urbis Noribergae, amico suo carissimo.

S. D. Quadam temporum moestitia fit, ut rarius ad te scribam. Sed benevolentia, qua te complexus sum propter ingenii tui et virtutis praestantiam, et est et erit aeterna, speroque vicissim me a te vere diligi.

Nunc autem ut ad te scriberem petiit *Ioachimus Rheticus*, hospes vester, qui Lipsiae Mathemata docet. Is narrat, inter libros Regiomontani esse codicem graecum *Apollonii* de conicis, quem extare utilissimum esset. Eius codicis usum sibi concedi petit, ut edat. Qua in re ut eum apud Senatum adiuves, magnopere te oro. Scis me, etsi mea adolescentia non incidit in idoneos doctores, tamen et fuisse et esse hortatorem multis ad discenda mathemata, et cupere, ut hae artes honestissimae serventur et illustrentur. Hanc ad rem plurimum conducet ingenium huius *Ioachimi Rhetici*, ut ipse facile iudicare poteris, qui ingeniorum in hoc etiam genere censor es perspicax. Ideo eum tibi ornandum et tuendum commendo. Extat latine *Apollonii* versio, sed scis quam infoelices et mendosae sint versiones Mathematicae pleraeque. Ideo valde te oro, et ut editionem adiuves, et ut *Ioachimum Rheticum*, natum ad Mathemata pervestiganda, complectare.

Precor autem Deum aeternum patrem Domini nostri Iesu Chr., ut rempublicam vestram, quae adhuc domicilium est Ecclesiae Dei aeternae et honestarum artium ac disciplinae, et te et tuam familiam servet. Bene vale. Nonis Iulii.

Philippus Melanthon.

No. 2515. 8. Iul.

Ge. Spalatino.

† Ex apogr. in cod. Dresd. C. 140. p. 42 a. ep. 57. descripta a Cl. *Gersdorfio.*

Georgio Spalatino.

S. D. Longa est, optime *Spalatine*, et tibi non ignota disputatio de discrimine legis et Evangelii, hoc est promissionis, quae gratis propter filium Dei pollicetur reconciliationem et vitam aeternam. Et quanquam de ceteris materiis tantum indicem quaestionum in eo libello posui, de quo scribis, tamen de exclusiva brevem adieci explicationem, ac ut spero utilem. Scis hostes evangelii excoecatos *καὶ τετυφωμένους* maxime oppugnare hunc ipsum locum, quem ibi complector. Ideo volui pios lectores breviter commonefacere. Nam alibi res ipsa saepe tractata est. Sed tua causa, cum absolvam libellum, ero de quarto membro prolixior. Deus det placidam *καταστροφὴν* bello, quod parari vides. Bene vale. die Chiliani 1541.*)

Philippus tuus.

No. 2516. 8. Iul.

Alex. Alesio.

Ex Msto edita in d. fortgesetzt. Sammlung von alten und neuen theolog. Sachen, Jahrg. 1726. p. 717 sq.

Viro optimo D. Alexandro Alesio Scoto, docenti Evangelium in Academia Francofordana, amico suo.

S. D. Non intermitto scribendi officium, mi *Alexander*, cum habeo fideles tabellarios, quos existimo tibi ipsi exhibere meas literas. Quanquam enim mihi non multum otii, tamen libenter aliquid temporis surripio occupationibus, ut quasi cum amico colloquar. Acquiesco enim ad te scribens, quod animus interim a ceteris cogitationibus abducitur, et finitur amici, studiorum, Ecclesiae

---

*) Die Chiliani (8. Iul.) 1541. Mel. erat Ratisbonae in conventu, nec profecto omisisset Spalatino quaedam scribere de iis, quae ibi agebantur. Annum puto igitur ab eo, qui epist. descripsit, adscriptam esse. Anno 1542. videtur scripta, et bellum esse bellum quod parabatur adversus Henricum Brunswicensem. Vid. epist. seq. ad Alesium d. 8. Iul. h. a. Libellus autem quem commemorat videtur esse editio locorum germanica, quae hoc tempore prodiit.

recordatione. Nam haec simul mihi veniunt in mentem de bonis viris cogitanti. Tu ergo usitata assiduitate in scribendo utere. Uxori meae non dedi literas. Tanta enim festinatio erat abiturae*), ut me non expectaret commorantem paulisper in praelectione. Esse istic et te et nostrae Philosophiae sectatores in odio, non ignoro. Et, dum scio me culpa carere, malevolorum sermones non magnifacio. Semper hae Ecclesiam difficultates secutae sunt. Ne hic quidem desunt malevoli. Haec et cum gravitate quadam ferenda et arte mitiganda sunt. Quos sermones praebebit is motus, qui nunc subito oritur! *Brunsvicensis* tot iam annos lacessit nostros. Nostri contra mittunt civitatibus praesidia. Etsi autem scio, te prodigiosos sermones istic auditurum esse, tamen tu literas nostras expectato, deumque nobiscum ores, ut det placidam καταστροφήν. Quae si talis erit, ut speramus, colloquemur. Nam vel Basileae vel Argentinae locum tibi fore spero. Et ad amicos ea de re scribam. Hic scito consuetudinem veterem levandi ac monstrandi Symboli in coena dominica mutatam esse**). Ea res etiam sermonibus istic exagitabitur. Res *Hungariae* nobis non ignotae sunt. Optarim equidem Germanos maioribus copiis et maiore consensu in Pannoniis rem gerere. Sed vides temporum fata, ex quibus Deo duce tamen aliquando eluctabimur. Bene vale. die 8. Iulii.

Philippus Melanthon.

No. 2517. 8. Iul.

C. Aquilae.

† Ex apographo in Bibl. Paris. St. Genovevae cod. D. L. 54 ʳ.

Venerando viro, eruditione et virtute praestanti, D. Casparo Aquilae, Pastori Ecclesiae Dei in oppido Salveldia, amico suo cariss.

S. D. Gaudeo et ego, *Stephanum* ad Evangelii docendi munus delectum esse, Deumque oro, ut mentem eius ac studia regat, ut sit vere στέφανος Ecclesiae Christi. Nam hoc quidem tempore magis de Ecclesiis et de studiis sollicitus sum, cum video principes, occupatos nescio quibus rebus, haec domestica, quae praecipue curare debebant, non admodum respicere. Sed Deum oremus, ut hos motus sedare velit et dare placidam καταστροφήν. *Stephanus* cupit tua opera uti in discenda lingua Ebraea. Erit humanitatis tuae non deesse iuveni flagranti honesta cupiditate discendi. Rogo te, carissime *Aquila*, ut animi tui aequitate ac lenitate quaedam alienis moribus condones. Ita facilis tueberis et tuam et Ecclesiae tranquillitatem. *Stephanum* tibi commendo, qui profecto te amat plurimum et cum observantia colit. Bene vale. Die Chiliani, quem arbitror vestrae Ecclesiae initio concionatum esse. 1542.

Philippus Melanthon.

No. 2518. 9. Iul.

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 157 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 565.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Eccles. Noriberg.

S. D. Scis me parce et verecunde amicorum officiis uti, praesertim quae non sunt ex illo genere, de quibus inquit Ennius, ut si lumen accendas de meo lumine, etc. Sed tamen interdum non sinunt tempora, nos nostro more vivere. Hic tabellarius, *Iodocus Flandrus*, fuit olim in sodalitio, Franciscano. Postea diploma nactus a *Vergerio*, sodalitium illud reliquit, ac servivit Magdeburgae Typographo. Inde ad nos venit, ut quaereret famulitium. Fui hortator, ut ad officinam Typographicam rediret. Is maluit ire Noribergam, et apud vos quaerere operas. Collocandi artem sic didicit, ut tyro; nondum duas integras formas collocare potest. Sed si posset esse usui pro sua industria, vellem ei consuli, teque rogo, ut *Petreio* miserum hominem commendes. Si non inveniet ibi operas, ait se iturum ad veterem quendam hospitem, quem ait vivere in Oeniponte. Quaeso te pro tua prudentia et humanitate cures hanc rem. Ego malebam hominem redire Madeburgam. Sed noluit. Est, ut scis hoc genus μικρόψυχον. Quare mediocriter boni inveniuntur. Bene vale. die 9. Iulii.

Philippus Melanthon.

---

*) Vid. epist. ad Camerar. d. 26. Iun.

**) Vid. ea de re Lutheri epist. ad Georg. Anhaltin. d. Montags nach Iohann. 1542.

No. 2519. 12. Iul.

Fr. Myconio.

Edita a Snegassio ep. 37.

Viro optimo D. Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Gothanae, amico suo carissimo.

S. D. Miror non redditam tibi esse Epistolam, in qua longaevos aliquot recensui. Sed sarciemus hanc iacturam. Mitto igitur pagellam, in qua annotavi quorundam aetates, quas ego quidem libenter et saepe considero, non huius miserae vitae cupiditate, sed quia ostendunt Deo curae esse Ecclesiam, eamque regi et servari divinitus. Primum ideo prorogata est vita Patribus et aliis claris viris, ut testes essent Ecclesiae doctrinae. Deinde successio digna est admiratione. Fere continua est series, inde usque ab initio mundi, praestantium doctorum usque ad Augustinum. Postea tenebrae horribiles secutae sunt, cum exortus esset Mahomet, et in Occidente Romana superstitio cresceret. Nec vero poterat diuturna vita esse Pauli, qui toties bestiis obiicitur, toties lapidatur, nisi divinitus servatus esset.

Vivimus igitur non tantum naturae viribus, sed divinitus. Ideo spero et opto, te Ecclesiae et publicae et domesticae tuae victurum esse. De bello multa cogito. Sed Deum oremus, ut det placidum exitum. Bene et feliciter vale. Die 12. Iulii.

Philippus Melanthon.

No. 2520. 13. Iul.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 397. (ed. Lond. lib. IV. ep. 270.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi in Academia Lipsica, amico suo summo

S. D. Civis Lipsicus est, *Gregorius Ulricus*, ut mihi quidem visus est, eximia modestia et humanitate morum praeditus. Huius frater *Erasmus*, cui has dedi litteras, hic domestica *Marcelli* consuetudine usus est, cuius *Erasmi* et mores et studia probo. Nunc vero Lipsiam redit, ut Iurisconsultos audiat. Cum autem magnum ornamentum esse, ac lumen Legum has nostras litteras existimet, tuam amicitiam expetit, ut tuo consilio interdum in his nostris studiis utatur, quae negat se depositurum esse. Scio tibi voluptati fore utriusque fratris integritatem et non fucatam comitatem. Quare eos tibi commendo. De Rep. ac rebus Pannonicis nondum quidquam habebamus, praeter rumores de incendio urbis Lynceae *). Deus tegat Ecclesias et scholas Germaniae. Bene vale, die 13. Iul.

Phil. Melanth.

No. 2521. 19. Iul.

Mich. Meienburgo.

Epist. lib. V. p. 660 sqq.

Michaeli Meienburgo, Consuli Northusano.

S. D. Scio, vos pro humanitate ac prudentia vestra boni consulere, quod his difficillimis temporibus vobis interdum aliquid negotii facio, cum alienas vobis causas commendo. Nec vero possumus facere, quin causas pauperum aliquando suscipiamus. Commendavimus Comiti *Stolbergensi Wolfgango* senem sacerdotem, Magistrum *Ioannem Craus* **), ut apud Abbatem ei aliquid impetret. Scio, rem difficilem esse, sed autoritas Comitum multum profutura videtur. Ideo et ad Dn. *Guielmum* scripsi: ut sua commendatione negotium adiuvet apud Comitem, et apud Abbatem vos quoque rogo: ut D. *Guielmo* sitis hortatores, ut respiciat huius senis miseriam: non potest reditu sacerdotii sustentare familiam. Ait, se habere magnum aes alienum, et maligne sibi reditus sacerdotii solvi, proximo anno non amplius triginta aureos se accepisse affirmat. Profecto Deus ulciscetur aliquando contemptum ministrorum Evangelii. Ideo vos propter Deum rogo, ut vestra commendatione apud D. *Guielmum* adiuvetis negotium. Bene valete. 19. Iulii.

Philippus.

---

*) Wolfenbüttel?

**) Vid. ep. ad Meienb. d. 22. Nov. h. a. et ep. Lutheri ad Ionam d. d. 23. Iul. (apud de Wett. T. V. p. 485.)

No. 2522. 21. Iul.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 898 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 272.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo carissimo, in Academia Lipsica,

S. D. Tua mihi assiduitas in scribendo pergrata est, delector enim humanitate et suavitate tua, qualiacunque sunt argumenta, quae tempus suppeditat. De bello non dubito istic sermones esse hominum otiosorum varios. Sed mihi crede, *Macedo* diutius querelas *Goslariensium* sustinere non potuit. Eaque una re se incendi dixit. Etsi is, qui fertur tot ac tam tristium incendiorum autor esse *), fortassis divinitus rapitur ad poenam: plectemur una fortassis, sed tamen Ecclesia Deo curae erit. Teque velim animo tranquillo esse.

Ex Pannoniis laeta scribit *Islebius* **). Nam heri legi litteras admodum recentes. Tyrannum ipsum non venire arbitrantur. Turcicae vero copiae non procul a *Buda* evagantur. Sed prodigiis terreor. Pragae infans in utero edidit vagitum, mater ita consternata est, ut mortua sit, infans servatus est secta alvo. Sed multa talia sunt *ἄσημα*.

Ego hypochondriacis doloribus mediocriter excrucior. Familia mea rediit ex Marchia salva: *Sabini* Coniunx peperit quartam filiam. Reddet tibi has litteras professor gymnasii *Marpurgensis*, *Adami* nostri amicus, bonus et doctus vir, quem tibi commendo. Egit hic cum *Matthia* Illyrico, ut se in Academiam Hessiacam conferat, ac promittit stipendium. Bene vale, die XXI. Iulii.

Philippus Melanth.

No. 2523. 21. Iul.

Eidem.

Epist. ad Camerar. p. 899 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 273.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo carissimo Lipsiae,

S. D. *Baldasaro* Sponso laeta et fausta omnia precor, quem quidem vidi libentius, quia litteras ad me tuas afferebat. Etsi autem hac hora dedi epistolam Professori Academiae Marpurgensis, tamen et hanc addidi, ut meam assiduitatem etiam tibi probarem. Ac scriberem praesertim hoc tempore crebrius, si res haberem memoratu dignas. Heri *Franciscus* [1]) noster affuit, qui quia non veniebat ex aula, de expeditione narrare nihil poterat. Fuerat enim legatus ad Regem *Danicum*, virum antiquae virtutis et constantiae, et non *πολυπραγμονοῦντα*, deferentemque ad pacandam Germaniam omne suum studium, exercitus, et seipsum. Sed tota haec res est *ἐν γούνασι θεοῦ*, qui poterit dare placidam *καταστροφήν*. Opinor *Palatinum*, quod caussam *τοῦ δεῖνα* et hominem non probat, non valde contendisse. Tuae vero patriae Cypselus Ates [2]) personam potius quam *λιτῆς* aut pacificatoris sustinere poterat. Multa, ut existimare potes, mecum de caussis belli, *περὶ τῆς ἀφορμῆς*, de tempore, de Ducum voluntatibus, ingeniis, tum etiam de lege Spartana, quae est in Terpsichora Herodoti, cogito, sed omnium disputationum summa redit ad hoc caput,

θεοῦ διδόντος οὐδὲν ἰσχύει φθόνος,
καὶ μὴ διδόντος οὐδὲν ἰσχύει πόνος.

A Deo igitur auxilium speremus. Bene vale, die XXI. Iulii.

Philip. Melanth.

No. 2524. 22. Iul.

M. Collino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 [1].

Magistro Mattheo Collino, in Academia Pragensi.

S. D. Vidi ante multos annos *Nopi*, amici nostri, *γνώμας* et probavi, etsi quaedam materiae postea explicatius traditae sunt, ut video te ipsum,

---

*) Henric. iunior, Dux Brunswic.

**) Spalatinus in epist. (non edita) ad Ionam scribit: „Marchionem Electorem totius exercitus ducem, tres sequuntur concionatores, et in his etiam Islebius."

1) Francisc. Vinariensis, Cancell. Elect. Sax.

2) Episc. Bamberg. C. W.

dum reddis explicationem recentiorem et sentiorem, secutum esse. Soleo accurate discernere peccata, quae haerent in renatis, a peccatis contra conscientiam. Id discrimen tu apte reddis in versu: Si quid agi prudens etc. Hanc partem[1]) necessariam video praetermissam in gnomis *Napi*. Caeterum libellum unum appendo et editione dignum iudico[2]). Legantur a piis et studiosis ut Prosperi epigrammata, quibus Augustini sententias ille munivit. Scriptum est a *Wenceslao*. Bene et feliciter vale, carissime Matthee. 22. Iulii.

No. 2525. 22. Iul.

B. Mithobio.

([illegible] edit. Lond. lib. II. ep. 340.)

D. Burcardo Mithobio.

S. D. Hanc Epistolam dedi Magistro *Tilemanno*, cui iussi commendatam esse gubernationem Ecclesiae *[illegible]*. Vir doctus, honestus, gravis [illegible] est, quare eum tibi commendo. Nec dubito te probaturum esse mores eius, ubi cognoveris. Illustrissimum Principem velim mihi placari, nam propter *Giberti* inconstantiam mihi succensere dicitur. Et silentio tuo moveor, sed mea nulla culpa est. Homo Gallus maluit in Mysia vivere propter Dialectum, et fortasse quia Myconiae gentis comitate delectatur. Spero vos hunc Saxonem *Tilemannum* magis probaturos esse. Mea vobis officia non deerunt. Deum oro ut adiuvet nostros Duces adversus hostes Evangelii, et det placidam καταστροφὴν huic periculoso motui. Bene vale et rescribe. Die Magdalenae.

No. 2526. 26. Iul.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 403 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 277.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi, amico suo summo, Lipsiae.

S. D. Indulsi aetati nostri *Rhetici*, ut ingenium quodam Enthusiasmo incitatum ad hanc philosophiae partem, in qua versatur, proveheretur. Sed aliquoties ipsi dixi, me in eo plus [illegible] craticae philosophiae desiderare, quam fortassis adiunget, cum erit paterfamilias. Nam ea de re cogitare eum intellexi. Scripsi ad eum, ut nobis et mihi plane de sua voluntate, et de tempore reditus respondeat. Audio *Perlachium* Noribergae esse, qui fortassis ad vos pertrahi posset. Sed ego nec voluntatem nec mores eius novi. *Collimitium* dicunt ab eo inclementer tractatum esse. Est apud nos *Erasmus Flock*, medicus [illegible] instructus doctrina, quem surrogabimus *Rhetico*, si nos is reliquerit, videtur mihi posse prodesse scholae. Nam et perspicue docet, et non fastidit operas scholasticas. Fortassis autem non desunt vobis istic mediocres. Sed expectemus literas *Rhetici*.

Politiam scholae allatam a viro Clarissimo *Ludovico Fachsio* legi libenter et probo. Fiat aditus ξὺν θεῷ, ad meliora, etiamsi subito obtineri omnia non possunt, quae requires. Nihil de suis legibus, nihil de illa Collegarum, ut vocant, οἰκονομίᾳ decerpi sinent. Interim ergo detur opera, ut in auditoriis aliquid boni fiat. Scribam ipse ad *Fachsium*.

De Classico, quod mecum te disputaturum significas, potes tu quidem omnia mecum, tanquam tecum loqui quae vis. Sed scis non esse hoc nostrum poëma. Ne illud quidem satis scio, unde hi impetus orti sint. Sed Deum precor, ut eos gubernet. Scriberem plura de his ipsis rebus, non quod nostris disputationibus haec regi possint, sed ad levandum animum tuum solicitudine, si prospici finis humanis ingeniis posset. Nisi Deus placidam Catastrophen dederit, infinita res erit: si accederet etiam τοῦ Καρόλου interitus, quae distractio Germaniae, quae rerum mutationes impenderent? Memini haec disputare illos ipsos saepe, qui nunc sunt in armis. Ego hac una nitor anchora, et quidem sacra, ut dicitur: quod non dubito Ecclesiam Deo curae et esse et futuram esse. Hodie etiam literas expecto ex castris, in quibus si quid erit, quod significandum amicis videatur, mox tibi impertiam. Bene vale, die Iacobi.

Philippus Melanth.

1) In cod. Paris.: *prudens te hanc partem.*
2) Vid. ep. d. 4. Apr. 1543. Verosimiliter igitur haec epistola scripta est anno 1542. — Caeterum de Collino, qui anno 1542 Pragam rediit, vid. scripta d. d. 1. et d. 3. Oct. 1540.

No. 2527. 25. Iul.

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 177 sq.

Vito Theodoro, Noribergae.

S. D. Etsi avide tuam epistolam de rebus Pannonicis expecto, tamen arbitror te multo avidius nostras literas de bello *Mezentiano* *) expectare. Nec dubito, quin, ut in curiosa Civitate, miri sint istic sermones, variae divinationes. Inde usque exaudio voces multorum, cur tali tempore domesticum bellum movetur? Quo haec consilio tentantur? Sed mi *Vite*, cum nostris disputationibus haec non regantur, hoc agamus, quod est nostri muneris et quod est conducibile. Deo Patri Iesu Christi commendemus nostras Ecclesias et nostros Duces. Ipse miror, unde sint hi impetus, hoc tempore. Nec humanis ingeniis prospici finis potest. Oremus igitur Deum, ut det placidam *καταστροφήν*, et nostros defendat.

Nostra Urbs adhuc tranquilla est, Dei beneficio, ut et diu sit oro. *Mezentius* nulla habet auxilia nunc quidem. Si se Boii commoverint, maius erit negotium. Mitto tibi de loco Iohannis *ἐξήγησιν* magis **) perspicuam; *δεύτεραι γὰρ φροντίδες σαφέστεραι.* Tu rescribe, quid tibi videatur. *Michaëli* dices salutem.

Vestram vobis tranquillitatem in Aristocratia gratulor, eamque ut tueamini, adhortor. Die Iacobi.

Philippus Melanthon.

No. 2528. 27. Iul.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 400 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 274.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo carissimo, Lipsiae.

S. D. Tabellario Noribergensi dedi litteras, in quibus de *Ioachimo Rhetico* scripsi. Adieceram me expectare litteras ex castris. Has heri accepi, et quidem a *Pontano*, cuius animum cum habeam paene cognitum et perspectum, plus autoritatis apud me eius narrationes habent. Videtur animo tranquillo esse, et sperare, Deo iuvante, exitus mediocres. D. *Brunsvicensis* per Coloniensem tentavit pacificationem. Rex *Ferdinandus* vetat suscipi defensionem urbium. Sed haec mandata sera sunt. Nam *Macedo* iam bellum intulit hosti, et quaedam loca occupavit. Mitto tibi *libellum Dialecticum*, propter primam pagellam, in qua locus est de Corcyreorum seditione, quem velim te legere. Plura alias. Bene et feliciter vale, die XXVII. Iulii.

Philippus Melanth.

*) bello ab Henrico Duce Brunsw. moto. Ex errore Saubertus hanc epistolam ad annum 1543. retulit.

**) Breviorem miserat d. 20. Iun. 1542.

No. 2529. 1. Aug.

Ge. Spalatino.

Edita in Manl. farrag. p. 201. — Apographon in cod. Dresd. C. 140. p. 47a. epist. 64.

Optimo viro Georgio Spalatino, amico plurimum colendo,

S. D. Scis haec tempora, *Spalatine* optime, inprimis ferrea esse pauperibus scholasticis, quos oportebat foveri a principibus et a rebus publicis [1]). Sed cum a potentioribus negligantur, nos, sicubi possumus, eos iuvemus. Hic Coburgensis adolescens *Leonartus Basenius* [2]) bono ingenio praeditus est, et in academia iam quadriennium versatus, ac in literis bene promovit. Audivit a nescio quibus [3]) in vicinia vestra desiderari alicubi scholarum moderatores aut hypodidascalos. Si alicubi potest ei nidus inveniri, rogo eum adiuves. † Heri huc scriptum est Tyrannum Brunsvicensem desertis suis, certo apud filiam latere profugum in Marchia, quae [4]) et avexit thesaurum et liberos. Deum oremus, ut nostros principes gubernet et adiuvet. Bene vale. Cal. Augusti 1542." [5])

† Phil. Mel."

1) Cod. Dresd. *republica.*

2) Manl. tantum habet *N. N.*

3) Manl. *nescio a quibus.*

4) *quo?*

5) Manl. tantum habet: *rogo eum adiuves. Bene vale,* 3. *Decembris, anno* 43. Certe quae dicuntur de Brunswicensi evenerunt anno 1542. mense Iulio.

No. 2530. (1. Aug.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 402. (ed. Lond. lib. IV. ep. 276.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo cariss.

S. D. *Casparem* pater evocavit, cum quo expatiari una constitui, etsi me quidem multa domi detinent. Nunc Pannonias animo, nunc Germaniam intueor, vultus etiam vestrorum, et mirificos sermones considero, meque excruciant tum ipsa Reip. pericula, tum vero etiam ἐπιχαιρεκακίας quorundam, quibus voluptati est [1]), accidere aliquid, quod nostram caussam deformet. Sed Deum spero nostris affuturum esse. τὸν φοίβου ἐπιβάτην [2]) omnino affirmant deserta patria latere profugum apud generum [3]), etsi hodie, ut spero, certiora sciemus. ῥάδια πάντα θεῷ τελέσαι καὶ ἀνήνυτον οὐδέν. Litteras ad *Fachsium* his diebus tibi mittam. Nam hic iuvenis properabat. Bene vale.

Philippus Melanth.

No. 2531. 2. Aug.

Ambr. Moibano.

Epist. lib. VI. p. 352 sq.

Optimo viro D. Ambrosio Moibano Doctori Theologiae Vratisl.

S. D. Hic tabellarius sane civiliter fecit, qui hinc iter ad vos facturus admonuit me, ut ad te scriberem. Quanquam enim nihil habebam, praeter officii testificationem, quod scriberem, tamen ne per ἀπροσηγορίαν nostri memoriam effluere tibi patereris, dedi ei hoc Epistolium. Utinam feliciter doceretis et tu et *Hessus* noster. Nos hic sane pro virili conamur, ut doceamus utilia, cum interim isti, qui de Sacramentis bellum moverunt, nihil agant aliud, nisi ut reddant homines quam maxime βεβήλους.

1) Misnorum Duci. C. W.
2) Lycaonem. C. W.
3) Ioannem Marchionem. C. W.

Bellum horribile Diabolus hac aestate excitare conatus est: Sed manifesta Dei praesentia tranquillitas nobis reddita et defensa est: Si liceret scribere omnia, diceres esse Historiam simillimam liberationi Ezechiae. Haec ideo tibi significanda duxi, ut orationibus vestris nos adiuvaretis. Magno in periculo sumus. Sed Deus pater orphanorum defendet, ut spero, nos. Vale. Postridie Calend. Augusti.

No. 2532. 3. Aug.

Ioh. Lango.

Epist. lib. VI. p. 421 sq. Apographon in cod. Goth. 33 p. 168 b. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 33.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti, D. Iohanni Langio Doctori Theol., gubernanti Ecclesiam Erford., amico suo veteri et carissimo,

S. D. Bene et praeclare meritum te [1]) esse de Ecclesia Dei omnes boni iudicant edito Epiphanio, cuius graeca lectio etiam studia ingeniosorum ad graece discendum accendit. Spero autem tibi voluptati esse indicia bonorum, et voluntates gratas. Ego quidem tibi gratias ago, quod hoc ornamentum Ecclesiae impertiisti, quod multo maius esse statuo, quam aliquam porticum templis addere. Et tuis liberis propagatio memoriae nominis tui erit honorifica. Potes autem, si ita libebit, adhuc vendere archetypum. Nam remissurum esse Typographum non dubito. Sic enim pollicitus est, et vir bonus esse dicitur.

Philippo Calensi semper bene volui, et gratulor ei honestam apud vos functionem [2]). Sed ipsum etiam oro et obtestor, ut communem Ecclesiae vestrae concordiam et tranquillitatem tueri studeat. Meminit meos sermones de studio pacis inter nos creberrimos, nec deest ipsi iudicium. Sed natura iracunda est, quam utinam iam senescens moderari incipiat. Spero tamen multum apud eum valituras esse tuas prudentissimas admonitiones. D. *Sturciadae* omnia fausta precor. Bene vale. Die 3. Augusti, quo nostri cives ad

1) Lib. VI. *te meritum.*
2) Odio Calensium cedere coactus est anno 1532.

Plateas Persicum exercitum deleverunt ante duo millia annorum et annos circiter viginti.

† Philippus Melanthon."

No. 2533. **8. Aug. (h. a.?)**

Ge. Hartmanno.

Epist. lib. V. p. 515 sqq.

Clarissimo viro, eruditione et virtute praestanti D. Georgio Hartmanno), Mathematico et verae Philosophiae illustratori, amico suo colendo.*

S. D. Doctissime et integerrime vir. Saepe deploro adolescentiae meae studia, saepe accuso pravam Academiarum consuetudinem, quae in multis regionibus et tum Mathemata prorsus negligebat, et adhuc negligit. Accuso et Principum barbariem, qui non student has optimas artes posteritati conservare. Est tamen conservator Deus, qui te et aliorum similium doctorum et bonorum virorum animos accendit, ut hanc sapientiam et lucem divinam extingui non sinatis, pro hoc vestro labore et beneficio gratitudinem vobis aliqui tamen praestabunt. Ego certe te et tui similes custodes huius sapientiae divinae, et diligo, et singulari pietate veneror. Et Deum oro, ut harum artium studia ipse accendat, et iuvet, ac, ubi possum, hortator sum iuventuti, ut eas appetat, amet et discat propter gloriam Dei, et multas vitae utilitates. In his enim testimonia illustria de Deo proposita sunt, ut vere dixit Plato, gratam de Deo famam in his artibus sparsam esse. Ibi numeri et ordinis intellectus, et naturae harmonia ostendunt, non casu extitisse hanc rerum universitatem, et monstrant certitudinem ratiocinationis in gubernatione vitae praecipua. Itaque pro tuis pulcherrimis operibus et donis tibi gratias ago. Et magnetis consensus cum polo Arctico, qui magnum miraculum est, saepe me intuentem tuum opus monebit de consensu nostrarum animarum cum coelesti Patria. Et crux addita Horologio monebit harum miseriarum finem aliquando fore, et hunc nostrum magnetem, hoc est, animas nostras in illam suam Patriam coelestem redituras esse. Curabo etiam, ut apud te aliquando extet meae benevolentiae signum. Ac nunc mitto metallicum munus exiguum, bene et feliciter vale. D. 8. Augusti.

Philippus Melanthon.

*) Natus est Georg. Hartmannus anno 1489., ediditque librum: Perspectiva communis, Norimb. 1542. Fortasse haec epist. ad illum annum pertinet.

No. 2534. **10. Aug.**

Vito Theodoro.

Edita a Sauberto in append. epp. lib. IV. p. 46. Contuli autographon Melanthonis in cod. Monac. I. p. 658.

Viro optimo D. Vito Theodoro, docenti Evangelium in Ecclesia Noribergensi, amico suo cariss.

S. D. Memini *Petrum Taig*, cum esset auditor *Pauli* nostri, et morum modestia et diligentia in discendo praeceptori satisfacere. Postea etsi aliquandiu fuit in sodalitio liberiore, tamen ipsi insitam naturae humanitatem retinuit, nec quidquam vel atrociter vel turpiter fecit. Nec prorsus omisit studia literarum. Habuit enim amicum monitorem officii, *Hieronymum* scribam, civem vestrum, qui et gravitate morum et eruditione tanta praeditus est, ut nunc absentis *Rhetici* munus sustineat in schola. Ego etiam monitus tuis literis, *Petrum* obiurgavi, qui postea assiduitatem maiorem in studiis praestitit. Quare eum tibi commendo, meumque testimonium patronis eius proponere poteris. De bello *Brunsvicensi* nihil habeo, quod scribam. Deum oremus, ut det placidam *καταστροφήν*. Mitto tibi *Ambrosii* historiolam, cui inserui refutationem ethnicarum persuasionum de religione. Iucundam tibi lectionem fore, spero. Imperties autem et *Hieronymo*. Nam plura exempla nunc non habebam. Fortasse inveniret emptores, si istic recuderetur. Tuo officio delector, quod *Flamingum**) adiuvisti, ac gratiam tibi habeo. Si silentio obrui potest negotium Collegae tui, tegite rem, quantum potestis. Bene vale. Die Laurentii**).

Philippus Melanthon.

*) Vid. epist. ad Theodorum d. 9. Iul.

**) Saubertus hanc epist. retulit ad annum 1548., sed scripta est anno 1542. — Oratio de D. *Ambrosio*, quam hic commemorat, quaeque est in Declamatt. Mel., non igitur anno 1541., ut Mylius in Chronologia libror. Melanth. scribit, sed 1542. prodiit. Vid. etiam epp. d. 6. 25. et 30. Aug. d. 2. Sept. h. a.

No. 2555. (fere d. 10. Aug.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 401 sq. (ed. Lond. IV. ep. 275.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi, amico suo carissimo Lipsiae.

S. D. Expatiatur istuc *Georgius*, qui tecum de annotationibus in scripta apostolica loquetur: miro enim et singulari studio flagrat ornandi, quam maxime potest, sacros libros. Iudico autem et ipse ad accendenda studia profuturam eam operam, si erudite explicarentur quaedam grammatica in iis libris, qui in omnium manibus versantur. Et multa video posse utiliter illustrari. Nec mea opera tibi in ea re defutura esset. Quare velim te et polliceri *Georgio* nostro prolixe, et aliquando manus admovere adornando huic operi. Litteras a te expecto de praelio Pannonico. Nam mihi scribit *Spalatinus*, duodecim millia Turcarum trucidata esse, desiderata ex nostris quatuor. Duces nostri in Brunsvicensi ditione adhuc expectant decretum ex Noriberga περὶ εἰρήνης. Caesarem *Carolum* ferunt in Italiam venisse. Haec eo significo, ut, si quid de *Carolo* aut rebus Pannonicis habes certius, impertias. Bene vale cum universa familia.

Philippus Melanth.

No. 2556. 18. Aug.

I. Ionae.

Epistolam ad Ionam, cui subscripserunt Lutherus, Bugenhagius, Cruciger et Melanthon (in opp. Luth. Hal. T. XXI. p. 475., in Epp. Luth. a de Wettio edit. T. V. p. 490.), quaere in Epp. Lutheri.

No. 2557. 21. Aug.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 404 sq. (ed. Lond. IV. ep. 278.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo cariss.

S. D. Video laetari vulgus pulso illo [1]), et ego Deo aeterno patri liberatoris nostri Iesu Christi gratias ago, quod nostros adiuvit. Sed profecto, ut in lectione tragoediarum Epitasis magis movet, et percellit animos, quam πρότασις: ita mirifice excrucior, cum ratiocinor quid impendeat, nisi brevi pax constituta fuerit. Nostri Duces scripserunt Regi *Ferdinando* et conventui Noribergensi se petere, ut certa pax constituatur, quod si fiat, ostendunt se dimissuros exercitum, nec pluribus bellum illaturos: sentio honestam petitionem esse. Sed in utraque parte sunt, qui fortassis bellum malint. ὁ Τυδεὺς [2]) dissuasor est. Haec coram tibi copiosius narrare possem.

In arce [3]) capta repertae feruntur litterae, quae continent historiam multorum annorum de consiliis inimicorum nostrorum. Regent provinciam noster *Milo* et *Steinbergius*, et Cancellarii munere fungetur *Franciscus* noster. Gaudeo delectos esse homines iustos et a crudelitate abhorrentes; ipsos etiam Principes gaudeo hactenus nihil immoderate, nihil asperius fecisse. Filii Ducis *Brunsvicensis* adhuc sunt in patria, et pars eis tradita facti argenti et supellectilis. Sed historica istic multorum sermonibus celebrari arbitror. Vix manus in scribendo officium facit, ita me quidam dolor postquam redii afflixit, sed Deum oro, ut nostros Duces gubernet et servet. Bene vale, die Anastasii, Delector enim nomine propter recordationem usurpatae a te appellationis.

Philippus Melanth.

No. 2558. 25. Aug.

Georgio Anhaltino.

Epist. lib. II. p. 239 sq. (edit. Lond. lib. II. ep. 217.)

D. Georgio Principi in Anhalt.

S. D. Utinam Deus det posteritati sapientes, bonos, iustos, fortes, et felices principes, quia profecto magna rerum humanarum mutatio impendet. Sed ut Ascanii vestri diu divinitus servati sunt, et virtute multis antecelluerunt: ita opto ut perpetuo serventur et virtute aliis antecellant. De praeceptore saepe mecum locutus est vir optimus D. *Georgius Forchemius*, et sperabam coram nos

1) Henrico Brunswic. victo a Landgravio et Duce Saxoniae prope Goslariam.

2) Elector. G. W.

3) Wolfenbüttel.

ea de re collocuturos esse. Nunc autem literas dedi huic M. *Christophoro Budissensi*, modesto et docto viro, qui, si eius opera uti C. V. voluerit, pollicetur summam fidem et diligentiam. Quare eum C. V. commendo. Mitto C. V. exiguum libellum, sed tamen in *Ambrosiana* oratione continentem iucundam et eruditam disputationem contra Ethnicos. Bene et feliciter valeat C. V. Die 25. Augusti.

No. 2539. (his dieb.)

I. Rivio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 a.

Io. Rivio.

S. Opto ex animo, ut Deus aeternus pater domini nostri Iesu Christi, liberatoris nostri, adiuvet hunc vestrum *Danielem*, ut adiuvit in Babylone prophetam Danielem, qui Reges Chaldaeos, Medos et Persicos ad veram pietatem flexit. Vestros sensus atque animos congruere audio. Etsi autem difficile est ei, domo abesse, tamen ea est pietate, ut sperem, suis rebus utilitatem Ecclesiae vestrae et Evangelii gloriam antelaturum esse. Eaque de re nonnihil cum ipso locutus sum. Sed erit humanitatis vestrae concedere, ut aliquantisper ad suos aliquando expatietur, sed ita, ut certo tempore redeat. Mitto tibi *Ambrosianam conciunculam*, in qua est disputatio contra Ethnicos*). Velim te inspicere. Existimo confirmari honestas opiniones in bonis mentibus hac vetustatis collatione. Deum oremus, ut propter Ecclesiam et literarum studia pacem Germaniae concedat. Bene vale.

No. 2540. 28. Aug.

Io. Hesso.

Epist. lib. III. p. 223. (edit. Lond. lib. III. ep. 131.)

Iohanni Hesso.

S. D.*) Deum aeternum Patrem liberatoris nostri Iesu Christi, qui vere est autor vitae, oro ex animo, ut tuam vitam defendat, teque servet incolumem, grassante lue in vestris regionibus, eoque beneficio glorificet suum nomen, ac declaret se suos milites protegere. Nunc lues et in Thuringia grassari coepit. Labascit orbis terrarum et impendet fatalis aliqua mutatio. Nec dubito te, quanquam urbis moestitia satis exercet animum tuum, tamen circumferre oculos, nunc in Pannonias, nunc in Germaniae partem. Oremus Deum, ut et Turcicam Barbariem reprimat, et sedatis Germanicis tumultibus Ecclesias suas servet. Ac spero placidam *καταστροφήν*, etsi heri litteras accepi, in quibus scribitur pulso *Brunsvicensi* aliquos iam se parasse, ut eum restituant in patriam. Sed in speciem hoc moliri eos arbitror, ut sunt *θρασύδειλοι*. Si quid moverint, excitabunt magnum motum. Deus adsit nostris. Bene vale. Die Augustini. Anno 1542.

No. 2541. 30. Aug.

Forchhemius ad Melanthonem.

Epist. ad Camerar. p. 407 sqq. (ed. Lond. IV. ep. 281.)

Dem hochgelarten und Achtbarn Hern Magistro Philippo Melanchtoni zu Wittenberg meinem großgünstigen Hern und Förderer.

Salutem P. Illustres Principes Anhaltini permagnas gratias agunt et habent, optime D. Magister, vestrae humanitati, quod tot alioqui curarum aestibus, in tanta ista studiosorum frequentia districta, ob preces eorundem Principum, de paedagogo Iunioribus Principibus quaerendo tam sollicitum gerat animum, ut nulla negotia ipsam a consideratione huius rei abducere et avertere valuerint, etiamsi sermo inter nos mutuus de ea re denuo instituendus, omissus fuerit, temporum conditione ita forte ferente. Verum cum vestra Dign. Magistrum *Christophorum Budessensem* deligat, nominet et praeconio celebret, quasi huius aetatulae formandae idoneum paedagogum. Et sane omnia, quae in isto viro animadverto, pollicentur talem, qualem vestra Dignatio praedicat: ideo quod Dominus Deus noster bene vertat, Clementiss. Principes Anhaltini vestra commendatione permoti, curam formandorum morum tenerae et mollis adhuc aetatis, ac plane cereae eidem Do-

*) Vid. epp. d. 10. Aug. 25. Aug. et 2. Sept. h. a.
**) *S. D.* Pez. om.; addidit de suo ed. Lond.

mino Magistro delegant, persuasi vestro consilio talem Praeceptorem se adeptos esse qui iuniorum Principum animos ita sanctis piisque institutis moribusque imbuat, ut D. Deo incrementum, et suum spiritum impertiente, in eos Principes evadant, ut nihil de ipsis verendum sit adversus subditos, quod ab animo moderato, mansueto caeterisque virtutibus, quas in epistola ad piiss. Principem nostrum commemorastis, alienum fuerit. Pro laboribus D. Magistri exantlandis in hunc annum constituti sunt XX. fl. ultra vestitum et alia, quae et aliis in hac aula versantibus praeberi solent: verum de aliis aget vobiscum coram saepe memoratus D. Magister, nec vult quicquam in hoc negotio pro transacto haberi citra vestrae D. consilium et assensum. Quod attinet ad meum suavissimis et carissimis Magistrum *Ioachimum*, nolim V. dignationi tacitum esse, quod Illustres Pr. nostri animum habent evocandi isthinc ad se Reverendum Dominum Patrem *Martinum*, et V. H. ac alios quosdam Theologos, ut aliquid otioli et relaxamenti animorum domini Theologi una cum Clementiss. D. Principibus omnibus tristibus curis hinc quam longissime profligatis, capessant. Id quod iamdudum summis votis ipsorum et aliorum expetitum fuit. Iisdem Dominis Praeceptoribus meis exoptant illi et ego, adiungi comitem D. Magistrum *Ioachimum*. Vereor enim, ne, si citeriore tempore huc adventaverit, me hic non offendat. Dies autem, ad quem expectabimini huc venturi, erit octavus Septembris, in quem natalis beatae Virginis incidet. Quare si is dies vestris D. idoneus et congruus fuerit, dabitur opera, ut D. P. in tempore id intelligant. Cupiunt etiam I. P. ut D. Magister *Philippus* secum recipiat Magistrum *Christophorum*. Primas enim partes praeceptoris Ascaniorum Iuniorum penes D. Magistrum *Philippum* posteriores vero penes alios esse desiderant. Itaque D. M. *Ph.* tanquam summus parens Iuniorum Ascaniorum concredet eosdem Principes curae et diligentiae D. Magistri *Christophori*, hic adhibita aulica ceremonia. Valeat meus D. Praeceptor quam diutissime in Domino nostro Iesu Christo, cum universa familia sua. Datae Dessaviae, XXX. Aug. M.D.XLII. Ingentes gratias agimus de libellis ad nos missis.

G(eorgius) H(eltus) F(orchemius).

No. 2542. 2. Sept.

Ge. Spalatino.

† Ex apogr. in cod. Dresd. C. 140. p. 182b. ep. 58., ubi descripta a Cl. Gersdorfio.

Ad Spalatinum amicum suum et optime meritum.

S. D. Basilius inquit: Non tam sinistrae opus esse dextra, quam Ecclesiae docentium concordia opus est. Hanc alere, quantum ego quidem homo privatus potui, mediocri diligentia et vero etiam arte quadam ac philosophia conatus sum, semperque fuisse mea consilia συμβιβάστικα, ut Paulus veteri utens verbo et apto loquitur. Spero testes esse bonos viros multos. Te vero praecipue colendum esse a nobis omnibus semper censui, et propter tuam virtutem, et quia te de ecclesiis nostris, de scholis, de literis, de Scholasticis plurimis optime meritum esse constat. Tuis consiliis tuaque opera adiuta est haec Academia, tuis officiis ornatae Ecclesiae multarum regionum, tua diligentia literae propagatae sunt et scholastici evecti. Haec merita tua saepe et praedico aliis et grato animo cogitare ipse soleo. Accedunt autem et privata tua erga me beneficia, quibus si mea voluntas non responderet, plane barbarus essem. Etsi autem in hac mea fortuna, gratitudinem animi mei declarare in magnis rebus non potui, tamen de te semper honorifice et sensi et locutus sum. Nec mutabo hoc meum iudicium. Agnosco enim et rempublicam et me privatum tibi multa debere. Si vel aula, vel iuventus, quae hac aetate est insolentior, non satis grata est, tecum seculi ferrei ferocissimos mores deploro. Tuis beneficiis et *Iunius* et *Misenus*, ut multi alii, creverunt. Et utrumque propter te complexus sum. Semel omnino *Miseno* scripsi, cum placandus esset, quod hic quaedam eius foetura non edebatur, quam non quidem contemnebam, sed typographi lucra captant. Quid autem queramur de ingratitudine vel aulae vel iuventutis, quae unquam civitas, quae aetas non vidit similia exempla? Meministi pulsos patria servatores, Themistoclem, Aristiden, Cimonem Camillum et alios innumerabiles. In aula quibus artibus fuisset quaerenda maior benevolentia non ignorabam, sed meam philosophiam sequi malui. Incurrerunt et hic in me multi, sed has iniurias reipublicae condonavi. Feramus igitur κοινὰς ἁπασῶν πολιτειῶν κακίας,

ut vocat Demosthenes, et hanc suam tolerantiam inter merita recenset. De me quaeso ut ita statuas, me et agnoscere tua merita publica et privata, et perpetuam animi gratitudinem praestare. Scio *Lutherum* etiam tibi optime velle*). Idem et de *Pontano* existimo, nec unquam secus loqui eum animadverti. De iudicio *Citiensi* nos non consulimur et fortasse nunquam ullum constituetur. Nam aula nunc belli cura occupata est. Nec putemus cito posse otium restitui, Deum potius oremus, ut reliquos actus huius periculosi negotii gubernet. Mitto tibi exiguum libellum, in quo est laudatio *Ambrosii*, quam legens agnosces et ipsum expertum esse perfidiam et ingratitudinem multorum. Puero *Valentiniano* servarat imperium. Ab hoc postea perfidiose non solum desertus est ipse, sed etiam oppugnatus. His nos exemplis consolemur. Inserui autem disputationem contra Ethnicos, quam tibi viro doctrina et pietate excellenti iucundam fore spero. Rogo autem te, ut de tua erga me benevolentia, et de hac ipsa disputatione mihi rescribas. Possem significare iam res Gallicas et Pannonicas, sed nolo scribere δύςφημος. Labascere machinam rerum et ruere imperia videmus. Feramus igitur et nos privati aequiori animo nostras aerumnas. Synodum a Romano Pontifice indictam esse certum est. Mandat ut Cal. Novembrib. hoc anno conveniant omnium nationum Antistites Tridenti**). Bene vale et responde. 2. Septembris 1542.

Phil. Mel.

*) Quae fuerit res, intelligitur ex epistola Lutheri ad Senatum Altenburgensem (nondum edita) d. d. 20. Nov. 1542., ubi scribit: „Sehr ungern habe ich vernommen euer Beschwerung wider Magister Spalatino, und daß er mit euch in unfreundlichem Wesen stehen sollt. Aber ich bitte euch ganz freundlich, wollet um Christus willen Geduld haben bis ich mit ihm zu reden kommen kann, welches ich acht, nicht lang soll verschoben werden." Lutherus autem nihil praeterea in illa re fecisse videtur. Spalatinum putasse, se a Luthero negligi, colligi posse videtur etiam ex ep. Luth. ad Spalat. d. 4. Ian. 1543. (apud de Wett. T. V. p. 527.).

**) Sleidan. in comment. ad ann. 1542. p. 407.: Interea Pontifex calendis Iunii concilium indicit — Tridenti ad Calendas Novembris.

No. 2543. 4. Sept.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 406 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 280.).

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi, amico suo carissimo Lipsiae.

S. D. Ascanii Principes *Lutherum*, *Crucigerum*, D. *Augustinum* et me vocarunt. Ad tenes noster *Georgius Forchemius* te quoque accersit, ut ex litteris ipsius manu scriptis intelliges, quas huic Epistolae addidi. Non dubito Principem *Georgium* expetere et notitiam et amicitiam tuam. Et quanquam haec tempora his congressibus non satis idonea sunt, tamen Principis *Georgii* causa, promisit *Lutherus* se venturum esse in arcem Dessaensem, die septimo Septembris. Eodem die posses e Lipsia et ipse cum *Laterensi* eo venire, quod ut facias, nos quoque rogamus, modo ut valetudo tua sinat. πρῶτον γὰρ παράγγελμα τῶν πάλαι ἀρχόντων ἦν τῆς ὑγείας ἐπιμελεῖσθαι, ut legimus apud Lucianum. Fasciculum litterarum vestrarum accepi. Bene vale. 4. Septem.

Philippus Melanth.

No. 2544. 4. Sept.

Nic. Amsdorfio.

Edita a Schlegelio in vita Langeri p. 216. ex apographo in cod. Bav. II. p. 747. Nunc ex eodem cod. accurate descripta. Quanquam in codice nullum legatur nomen subscriptum, tamen dubitandum non est, quin sit Melanthonis epistola. Vid. etiam ep. ad Mycon. d. d. 7. Sept. h. a.

Reverendiss. Dno Nicolao (ab Amsdorf), Episcopo Neumburgensis Ecclesiae ac vicinarum patrono suo colendo, viro optimo.

Rev. Domine. Habes vicinum Pastorem Ecclesiae Neustadensis *), virum gravem ac prudentem, qui testis esse potest, hunc *Philippum***) bona fide puritatem doctrinae conservasse. Caeterum propter oeconomicas lites incidit in calamitatem. Nunc iterum ei Illustriss. Princeps, Dux

*) Io. Textor.

**) Fabrum, Pastorem Calensem. Quum Mel. scribat: *hunc Philippum*, haud dubie Faber ipse fuit Witebergae, et epistolam ipse tradidit in manus Amsdorfii. Caeterum vid. etiam testimonium Acad. Witeb. Philippo datum, infra d. 30. Oct. 1542.

Saxoniae Elector etc. clementer placatus est. Habet autem *Philippus* familiam in vicinia tua, coniugem aegrotam et 6 liberos. Quam difficilis sit ei longinqua migratio, facile potest iudicari. Rogo igitur, ut eius rationem habeas, si in Ecclesia praeficiendus erit Pastor. Nam hic *Philippus* honestis moribus praeditus est, et facundus et ingeniosus. Calamitas eum mitiorem fecit. Commendo Episcopo pauperem, pium et idoneum sacerdotem*).

Recens accepi literas ex Ingolstadio, in quibus scribitur, *Brunsvicensem* esse in aula Bavarica, et invisum esse omnibus honestis. Belgicae res magnas sollicitudines adferunt nostris **). Deum Patrem domini nostri Iesu Christi oremus, ut Ecclesias suas defendat ac servet et gubernet. Die 4. Septemb.

[Phil. Mel.] ***)

No. 2545. 6. Sept.

Georgio Sturz.

Epist. lib. VI. p. 270. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 317.

Clariss. viro, D. Georgio Sturciadae, Doctori artis Medicae, amico veteri et cariss.

S. D. Clariss. vir. Existimo tibi nomen *Pauli Eberi* Viri docti in universa Philosophia, Collegae nostri, de sermonibus Dn. *Ioachimi Camerarii* notum esse. Hic *Paulus* cum iter isthac in Franciam facturus esset, teque propter eruditionem et excellentem virtutem plurimi faceret, a me petivit, ut literas sibi ad te darem, quae aditum sibi ad te patefacerent. Ego cum utrumque et te et *Paulum* valde diligam, sciamque nulla in re magis acquiescere utrumque quam in congressibus ac sermonibus Philosophicis doctorum et amicorum, non dubitavi me tibi quoque rem gratam facere, si occasionem tibi offerrem colloquendi cum hoc *Paulo*, cuius et eruditio in omnibus Philosophiae partibus eximia est, et candor summus, et conveniens homini Philosopho suavitate temperata gravitas. Complectere igitur hunc hospitem cum propter ipsius virtutem, tum vero etiam quia et *Ioachimo* et mihi carissimus est, ac ut eius sermonibus tibi moestitia, quam ut alii boni viri ita tu quoque ex horum temporum miseriis contrahis, leniatur opto. Bene vale. 6. Septembris.

†Philippus Melanthon."

---

*) Legitur in cod. Bav. II. p. 746. *Menii* epistola de Philippo haec, nondum edita:

Venerabili et optimo viro, D. Ioanni Textori, Ecclesiae Neapolitanae apud Orlam Pastori, amico ac fratri suo carissimo, Iustus Menius.

Gratiam et pacem a Deo per Christum. *Philippus Faber* queritur, se a malevolis passim traduci, quasi de Sacramentis non pie secundum Evangelii doctrinam docuerit apud Calenses, idque sibi obstare, quo minus ad munus Ecclesiasticum redire queat. Suasi igitur, ut te adiret, rogaretque, ut viciniae Calenses Pastores, qui doctrina et iudicio praestantiores sunt, ea de re audires, ipsique ex ore illorum testimonium scriberes. Ego ex nemine mortalium, ac ne quidem ex Calensibus ipsis, *Philippo* infestissimis hostibus, audivi accusari eius doctrinam; sed de nugis aliis, ut scis, rixati sunt. Proinde te rogo, si commodiori via non poteris, ut ratione, qua dixi, non tantum *Philippi* innocentiam, sed doctrinae potius, quae *Philippi* non, sed Christi est, veritatem vindices, id quod debemus omnes. Ego, quod debebo ac potero, praestabo lubens. Bene vale. Saluta coniugem et *Ruffum*. 6. post Margarethae.

**) De Belgicis rebus vid. ep. d. 14. Dec. h. a.

***) Subscriptionem Schlegelius adscripsit. In codice nulla est.

No. 2546. 7. Sept.

Fr. Myconio.

Edita a Snegass. ep. 27.

Viro optimo D. Friderico Myconio, Pastori Ecclesiae Gotthanae, amico suo carissimo.

S. D. Etsi cupiebam ad te prolixius scribere: tamen, quia properabat tabellarius, quaeso, ut veniam des brevitati huius epistolae. Deo gratias agamus, quod adiuvit nostros duces, ac oremus, ut eos perpetuo gubernet, ut celebretur gloria Filii Dei, ornentur Ecclesiae, et ipsi fiant socii caelestis vitae. De *Mezentio* caeso inquit Aeneas:

Maxima res effecta viri, timor omnis abesto.

Sed nostros nondum vacuos solicitudine esse arbitror. Illud igitur potius cogitent, quod *Ennius* dixit:

At Romanus homo tunc, cum res est bene gesta,
Corde suo trepidat.

Restant alii hostes, in quorum consilia, voluntates, conatus sint intenti. Nos interea doctrinas fideliter propagemus et studia excitemus. Si uterque ordo mediocriter suum officium faciet; ader

nobis haud dubie dux noster magnus, Filius Dei, et Ecclesias Dei defendet. Audio, nunc *Mezentium**) *Ratisponae* in monasterium se abdidisse, unde prodire non audet. Nam civitatis iudicia metuit, quae non vult ei promittere securitatem. Haec mihi heri narravit civis Ratisponensis. Bene vale. Deum oro, ut te et familiam tuam servet incolumem. Die 7. Septembr. Si liberos vis huc mittere in aerem salubriorem, promitto eis hospitium.

Philippus Melanthon.

No. 2547. **8. Sept.**

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 158 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 566.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Noriberg.

S. D. Et habeo tibi gratiam, et cumulate referam, quod hoc tempore frequentiores Epistolas misisti, cum multum interesset nostra, scire historias Conventus vestri. Nunc tibi[1]) respondeo brevius, quod hodie simul dabam literas Pannoniis et Sarmatis, et abituri eramus[2]) *Lutherus* et alii ad Ascanios Principes, quo et e Lipsia *Ioachimus* et alii accersiti sunt.

De *Storckio* vere tibi adfirmo, ingeniosissimum adolescentem esse, et valde sedulum, tantumque promovisse in utraque lingua et sacris literis, ut inter Scholasticos optimae spei eum recenseam, quare curabis, ne deseratur. Et natura facundus est. De Concionatore et alio, qui Grammaticen doceat, cogitavi. Et Francofordiae ad Oderam adfinis *Islebii* ingeniosus Mysnensis, quem Concionibus idoneum arbitrarer. De Grammatico, si iuvenem annorum viginti duorum, aut circiter admissuri estis, habeo Numburgensem, admodum ingeniosum, et qui antea docuit. Puerum Noribergensem, vagabundum illum, nobilis quidam Svecus secum, me adsentiente, abduxit, reducturus huc. Is promisit puerum sibi curae futurum esse. Nolebat puer hic inopiam ferre. Bene vale. Die natali Mariae Virginis.

Philippus Melanthon.

*) Henricum Brunsvicensem. Post cladem acceptam fuga se recepit ad Bavaros. Vid. Sleidan. Comment. p. 410.

1) Saub. [illegible] ubi.

2) Saub. addidit ego.

No. 2548. **8. Sept.**

H. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 126 sq. — Nunc ex autographo in cod. Monac. I. p. 101.

Clarissimo et optimo viro D. Hieronymo Bomgartnero, Senatori urbis Noribergae, suo patrono carissimo.

S. D. Sanctitas, pietas, fides, privata bona sunt, qua iuvat Reges eant, inquit Thyestes opinor in Tragedia. Omittamus ergo commemorationem eorum, quae Reges agunt, ac nostra bona, sanctitatem, pietatem et fidem ipsi colamus et tueamur. Mitto tibi exemplum *Ambrosianae* Orationis, in qua est disputatio contra Ethnicos*); cuius lectionem non dubito tibi viro optimo et veritatis amantissimo, iucundam fore.

Nuncius vester petit quiddam, satis *ἀγροικῶς*. Sed ab hoc lunari genere non est requirenda Philosophia. Ego fortassis pecco, qui ineptam causam recepi, sed mihi usitatius est amicorum causa quam mea peccare. Et fides huius tabellarii nobis probata est. Ideo ineptae cupiditati gero morem. Petit sibi munus aliquod ex aerario Ecclesiae dari, quod adduxerit Diaconum, et de suo sumptus in eo itinere fecerit, in quo propter illius tarditatem segnius processerit, et postea damnum fecerit cum libellos, quos hic emerat, serius ad vos adferret, nec posset iusto pretio vendere. Habes querelam ex Euclione Plauti. Sed facies, quod pro tua prudentia videbitur decere. Interdum istis plebeiis adfectibus venia danda est, de quibus Plinius ait, qui vitia odit, homines odit. Bene vale et mihi ignosce. Die Natali Mariae.

† Philippus Melanthon."

*) Vid. epist. ad Georg. Anhalt. d. 25. Aug. 1542.

No. 2549. 11. Sept.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 410 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 283.)

Clariss. viro Ioachimo Camerario Bambergensi amico carissimo,

S. D. Subito erat ingressurus iter, D. *Adrianus*, et iam litteras acceperat de contagio luis istic grassante. Quare ad te scribendum duxi, ac te adhortandum, ut coniugem cum familia huc ad me mittas, donec aliquid de schola ipsi constituetis, aut videbitis, an latius vagaturum sit contagium. Te quoque advenire optarim, et, si fieri potest, ut venias oro. Sed fortassis retinebunt te hae deliberationes, et spero tibi minus fore periculi, Teque carae esse Deo non dubito. Verum hoc sine ulla difficultate facere potes, ut huc tanquam expatiaturam mittas familiam. Mecum illa commode esse poterit. Nam in meis aedibus maius conclave, et maius cubiculum vacua sunt. Eritque meae uxori et filiae iucunda consuetudo tuae familiae. Et sumtus prorsus non augebuntur. Scripsi subito, teque rogo, ut hanc quasi rusticationem tuis concedas. Bene vale. die XI. Septembris.

Philippus Melanth.

No. 2550. 14. Sept.

Io. Riemanno.

† Ex apographo in cod. Monac. 87. no. III. p. 86 b.

Egregia pietate et doctrina praedito D. Ioanni Rimanno, Pastori Ecclesiae in Hayn, amico suo,

S. D. Nuper subitae occupationes inciderant, quae prohibuerunt, quo minus responderem. Certe bene volo adolescenti filio vestro, deque eius ingenio bene sentio, ut ipse scit. Si adesset hic facilius conditionem nancisci posset; nam subito plerumque sunt hae deliberationes de mittendis scholasticis ad certas functiones. Praeterea filii iam nunc est aetas, ut possit ei munus*) scholasticum commendari. Ac citius inveniuntur ecclesiastica munera et sunt uberiora quam scholae. Profecto mihi non deest voluntas iuvandi filii vestri. Bene valete. Die 14. Septb.

Phil. Mel.

*) *munus* scripsi pro *nunc* quod ex mendo habet cod.

No. 2551. 15. Sept.

Hier. Baumgartnero.

Epist. lib. VI. p. 204 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 193.

Hieronymo Bomgartnero, Senatori Noriberg.

S. D. *Paulus*[1]) noster adolescentiae praestat assiduitatem, quam muneris ratio postulat, eoque turbam nimis magnam non admittit, et fugitat singulari non solum prudentia, sed etiam foelicitate illos fluctus, quos tu et ego effugere non potuimus, civilium videlicet negotiorum. Sed illi et sua et Scholae causa gratulor hoc otium: speroque adolescentis studiis, de quo scribis, profuturam eius consuetudinem. Ego, quia saepe una sumus, interdum studia eius inspiciam.

Novi nunc nihil habemus, utinam diuturna sit haec tranquillitas. Existimo te nostrorum moderationem laudare, quod ab armis, pulso tyranno[2]) discesserunt. Locustarum magna vis inde usque*) ex Sarmatiis in Mysiam nostram advolavit[3]). Aut luem aut adventum peregrinae gentis denunciat. Deus adsit nobis et nos regat ac defendat. Hic salubritas adhuc est aëris, etsi in Turingia et Slesia grassatur pestilentia. Bene et foeliciter vale. 15. Septembris.

† Philippus Melanthon.

No. 2552. 15. Sept.

Ant. Ottoni.

Edita in der Fortgesetzten Sammlung von alten und neuen theol. Sach. Jahrg. 1728. p. 501. Apographon, ex msto in biblioth. Lesser, antea Dransfeld factum, est in Collect. Ballenst. Vol. I. p. 167. Eandem editam habes in Luthers Briefen von Schütze. Vol. III. p. 193.

1) Eberus.
2) Henrico Brunswic.
*) *usque* om. lib. VI.
3) Vid. Sleidan. comm. ad ann. 1540. p. 410.

Venerabili viro, Dn. Ant. Othoni, Pastori Ecclesiae Henochianae[1]), *amico suo.*

S. D. Mitto tibi epistolam senatus Nordhusani, in qua de stipendio etiam scribitur. Constitues igitur, quid sis facturus. Est commoditas quaedam, nec procul a patria[2]) discedere nec aulas sequi, et multo vivitur tranquillius in aristocratiis. Etsi autem cupio Regi (Daniae) etiam[3]) consulere, tamen tibi liberam deliberationem relinquo. Mihi intra octiduum significa, quid sis acturus, aut ipse huc veni. Bene vale. Die 15. Sept. ann. XLII.

Phil. Mel.

No. 2553. 18. Sept.

Io. Riemanno.

† Ex apographo in cod. Monac. 87. no. III. p. 86.

Egregia pietate et doctrina praedito D. Ioanni Rimanno, pastori Ecclesiae Hainensis, amico suo,

S. D. Probo consilium vestrum, quod filium praefecturi estis scholae in oppido vestro, probo et adolescentem, quod non abhorret a scholasticis laboribus, qui ei ad ingenii et doctrinae exercitationem et ad sumptus levandos utiles erunt. Eram ipse ei quaesiturus scholasticam conditionem, si haec vestra non placeret, et, si erit opus meo in hoc genere officio, non deero ei. De aulicis beneficiis res est incerta. Deliberationes iam in triennium extrahuntur de dispensatione stipendiorum. Ideo filius sua industria et hac militia honestissima quaerat peculium castrense. Bene valete. 18. Septembr.

Phil. Mel.

---

1) Ballenst. *Henochenae.* Unsch. Nachr. *Heniochenae.* — Est *Haynichen*, oppidum in Misnia.

2) *patria* i. e. Hertzberg in Ducatu Grubenhagensi. De Ottone vid. Olearius in Syntagm. II. Rer. Thuring. p. 195. [Nota Ballenst.] „Schuetzius l. l. narrat, Ottonem fuisse antea „Witebergae victoris socium mercenarium (Bötticherge„selle), qui inter labores cantica latina canere solitus sit, „eumque cum a Luthero interrogatus, an, quae caneret, in„telligeret, id ostendisset, ab eo excitatum esse, ut studio „theologiae se consecraret. Post Magisterii gradu ornatum, „et in ecclesiam Heinichensem [Oct. 1538.] Pastorem mis„sum." (Nota Luntzii, qui sibi hanc epist. descripserat.) — Idem, concionator Nordhusanus factus, post ann. 1548. magno odio adversus Melanthonem flagravit.

3) *etiam* non habet Schütze.

No. 2554. 25. Sept.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 411 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 284.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi in Academia Lipsica, amico carissimo.

S. D. Et commendatione tua adeo accurate scripta, et lachrymis adolescentis moveor, ut adiuvare eum cupiam. Idque quod unum initio faciendum esse putavi, feci *): scripsi *Francisco*, ut caussam Adolescentis suscipiat. Inclusi et tuam commendationem. Nondum plane scio, quomodo nostri et Catti distribuerint τὰς διοικήσεις τῆς ἐπαρχίας. Intelligo autem natum esse adolescentem in ea regione, quae propior est Cattis, quamquam fortassis gubernant Catti. Sed quoquomodo haec se habent, adnitendum erit. Scio expilata esse omnia fana, teneri praefecturas paene omnes et vectigalia a Foeneratoribus. Hae oeconomicae difficultates solent haec officia impedire. Spero tamen inveniri posse ἔρανον aut Sportulam pro scholastico, ac si opus erit, scribam ipse πρὸς τὸν Μακεδόνα, et ad Nostrum. Post reditum nostrum ἀπὸ τῆς ἐκτροπῆς τοῦ μύλδου[1]), ubi una fuimus, *Lutherus* filiam[2]) honestissimam puellam extulit. Pater etsi dolori repugnat, tamen est φιλόστοργος, nec exuit paternum animum. Deum oro, ut te et tuos servet incolumes. *Borneri* litteras hodie accepi, de quibus coram ut spero. Non credas, quantum mihi temporis in scholasticorum negotiis, quibus litterae dandae sunt, pereant: quare negligentiae meae in scribendo veniam dabis. Bene et feliciter vale. die XXV. Septembris.

Philippus Melanth.

No. 2555. 25. Sept.

Franc. Burchardo.

Edita in d. Unsch. Nachr. ann. 1705. p. 445. — Etiam in Fritschii Geschichte der Stadt Quedlinburg, P. II. p. 845., ubi ex autographo est edita.

---

*) Vid. epist. seq.

1) Dessaviâ, ubi erant d. 8. Sept. Vid. epist. ad Camer. d. 4. Sept.

2) Magdalenam, vid. Lutheri epist. d. 28. Sept. 1542.

Clarissimo et optimo viro, D. Francisco Burcardo, Vinariensi, Cancellario provinciae Brunsvicensis, amico suo carissimo.

S. D. Adolescens est Lipsiae, *Bertoldus Richius*, natus in provincia vestra[1]), in pago *Holtsminda* ad Visurgim, cui promisit Tyrannus expulsus[2]) studiorum sumtus. Sacerdotium certum[3]) non dedit, sed literae extant. Scio vos illis non teneri, nec de iure vobiscum disputo. Illud tantum oro, ut honesti et ingeniosi adolescentis suscipias causam, et quaeras aliquod sacerdotium, unde certam pecuniam habeat. Eaque in re et Deo te servire statuas, et *Ioachimo* nostro[4]) gratificari, qui, quantopere velit, consuli adolescenti, ex eius literis, quas tibi mitto, intelliges[5]). Me quoque lacrymae adolescentis moverunt, qui a me flens petiit, ne deseratur, ne a studiis literarum depellatur. Quare etiam atque etiam oro, ut in hac re voluntatem tuam erga *Ioachimum* declares. Scio istic fana[6]) expilata esse, scio posse alia multa responderi; sed te oramus et *Lutherus* et *Ioachimus* et ego, hunc *Bertoldum* adiuves, ac ad huius negotii societatem adiungas D. Pastorem Ecclesiarum nostrarum[7]), si erit opus. Poterit adolescens paulo post servire patriae in Ecclesiis aut scholis. Bene vale. Die 25. Septembris, 1542.

Philippus Melanthon.

No. 2556. — **2. Oct.**

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 160 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 567.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Eccles. Noriberg.

S. D. Magna cum admiratione legi Venetas proditiones, seu Gallicas potius. O rem indignam, Reges et Heroum posteros adeo nihil habere heroicum, ut iam his turpissimis artibus delectentur. Sed fortassis hoc quoque temporum fatum est. Quando unquam talis proventus fuit perfidiosorum ingeniorum? Vide Politias, vide Ecclesias, quae passim pestes et vere *κακοηθεῖς* deprehenduntur. Ideo scribo, tibi quoque ut sim monitor, ne promiscue vel appetas vel admittas multorum familiaritates. Demosthenes ait, *adversus Tyrannos unicum esse vallum, unicum murum, ἀπιστίαν*. Hoc vallo profecto nunc quoque nobis opus est adversus ingenia ambigua huius temporis. †Paulatim magis patefacit naturae suae *κακοήθειαν ὁ μελαγχολικὸς αὐτομολήσας Λιψίαν δὲ ἐξ αὔλης ἡμετέρας*. Nec dubito, quin excitaturus sit olim aliquam in Ecclesia non levem tragoediam. Deus eum reprimat et coherceat. Edidit propositiones, quas ex Lipsia tibi mittam fortasse, nam exemplum nunc non erat ad manum"[1]). *Eichlerum* audio vestrae Ecclesiae servire: Utinam modeste serviat. *Δοκεῖ μοι μεγαφρονεῖν καὶ οὐ στέργειν ταπεινά*. Quare observabis eius *στρατείαν*. Hunc *Matthaeum* probo, et tibi commendo. Scripsi honorificam ei commendationem. Profecto meos labores et quotidianas aerumnas fero aequiore animo, cum tales Scholasticos aliquos adhuc reliquos esse video. Hic est unus ex reliquiis verae Ecclesiae. Quare nec vos sumptuum poenitere debet, nec nostrae Scholae, in qua divites, ut alibi credo, plus sibi sumunt licentiae. Et nos qui moderari haec cupimus, non adiuvamur ab iis qui praesunt, impedimur etiam a malevolis. Est omnino, ut vides, difficilis hoc tempore gubernatio, in his tumultibus rerum humanarum.

Novi nihil habebam. Hoc tantum venit in mentem, die Dominico, quo occupata est Arx *Guelfenbutel*, cum pridie deditio facta esset, fuit veteri more festum dedicationis templi: Fuerunt igitur vere *ἐγκαίνια*. Nam tunc primum ibi emendari Ecclesia coepit.

Bavarici Duces nostris admodum placide responderunt, se nequaquam defensuros Brunsvicensem, ac ne probare quidem pleraque, quae inconsultis ipsis moverit. Bene vale. Die 2. Octobris.

Philippus Melanthon.

---

1) *vestra* Fritsch. — Unsch. Nachr. *Vesera*. — Vide de Richio (Reich?) epist. d. 17. Oct. h. a.

2) Intelligit Henricum iuniorem, Ducem Brunsv., quo expulso cura istius provinciae cum aliis demandata fuerat Francisco. Vid. ep. ad Camerar. d. 21. Aug.

3) *certum* addit text. Fritsch.

4) *Camerario.*

5) Unsch. Nachr.: quas *ubi* mitto, *intelligas.*

6) Unsch. Nachr. *rura.*

7) Sic Fritschius, fortasse rectius in Unsch. Nachr. *ecclesiae vestrae.*

---

1) Hunc totum locum Saubertus non edidit. De quonam Ve. loquatur, definire non possum. Fortasse de Io. Agricola.

No. 2557. **2. Oct.**

Io. Sutelio.

Ex autographo edita in Io. Mich. Sixti Reformationsgeschichte der Reichsstadt Schweinfurt. (Schweinf. 1794. 8.) p. 208.

Egregia eruditione et pietate praedito D. Iohanni Sutellio, gubernanti Ecclesiam Suevordiensem pie et fideliter, amico suo.

S. D. Gaudeo Francis nostris illucescere Evangelium*), ac deum precor, ut gubernationem tuam adiuvet et defendat omnes Ecclesias, in quibus sonat vox Evangelii pura. Nam has esse dei Ecclesias, nihil prorsus dubito. Ne hoc quidem dubium est, huic coetui hostem generis humani diabolum acerrime insidiari, qui, sicubi potest, dissipationes καὶ ἀκαταστασίας efficere molitur. Maiore igitur et diligentia et studio tuenda nobis est concordia, et deus orandus, ut grassantem diabolum ab Ecclesiis nostris arceat, ac scandala obruat. Nuper huc scripsit Consul vester cum honorifica mentione nominis tui, venisse ad vos *Eichlerum*, ac petivit *Eichleri* pugnas significari factas in Mysia, sed postea audivi Noribergae *Eichlero* munus diaconi commendatum esse**). Utinam patriae modestius serviat, quam servivit in Mysia. Tu prudenter facies, si caveris, ne promiscue quoslibet tibi adiungas, sine certis testimoniis. Nosti veterem Ecclesiae morem. Ego mea officia tibi defero. Vicissim abs te peto, ut interdum de statu Ecclesiae tuae aliquid significes. Scio aliquot bonos viros in urbe vestra esse. Domino Consuli *Calero* reverenter meis verbis salutem dicito. 2. Octobris.

(Phil. Mel.)

No. 2558. **3. Oct.**

Senatui Memmingensi.

Edita in Io. Georgii Schelbornii amoenitatib. litterar. tom. XIV. p. 419.

Den ehrbaren weisen und vornehmen Herrn Bürgermeistern und Rath zu Memmingen, meinen günstigen Herrn.

Gottes Gnade durch seinen eingeborenen Sohn, Jesum Christum, unsern Heiland, zuvor. Ehrbare, weise, vornehme, günstige Herrn. Erstlich bitte ich E. W. wolle an meinem Schreiben nicht ein ungünstig Mißfallen haben, da es von mir treulich und zu gut den löblichen Studien gemeint wird, und ist dieses die Sache, darum ich bedacht an E. W. zu schreiben. E. W. sehen, daß in dieser unruhigen Zeit wenig Leute gründlich studiren, da es doch in der Wahrheit also ist, daß die Christenheit der Studien hoch bedarf, und schreckliche Blindheit zu besorgen, da durch Untergang löblicher Künste eine Barbarey folgen würde, wie bei den Türken, welches Gott gnädiglich verhüte. Weil denn Gott besondere Gnade Magistro *Ioanni Humelio*, der in Ewr. Stadt geboren ist, gegeben hat, habe ich ihm allezeit gerathen, daß er bei den Universitäten, wo viel Ingenia beisammen sind, und nicht eine Kunst allein, sondern alle nützliche Künste gelehrt werden, länger bleiben sollte. Dazu findet er in Universitäten selbst mehr Ursache sich zu üben, wenn er andere lehret, disputiret etc., wie er damit ein gutes Lob bei uns erlanget, darum er sich nun wieder in die Universität allhier begeben, doch so fern er E. W. Bewilligung und Hülfe haben möchte. Weil denn bemeldeter Magister Ioannes Humelius solcher guter Geschicklichkeit ist, daß er nun ein gutes Fundament hat in Theologia, Sprachen und ganzer Philosophie, und zu hoffen ist, er werde durch Gottes Gnade der Christenheit sehr nützlich dienen, und nun nach dem frommen und hochgelahrten Grynaeo der ganzen deutschen Nation eine Zierde werden: bitte ich ganz fleißig E. W. wolle sich diesen Magistrum *Ioannem Humelium* günstiglich lassen befohlen seyn, und ihm länger in der Universität zu bleiben erlauben, auch zur Unterhaltung das Stipendium, wie zuvor, folgen lassen, welches ohne Zweifel wohl bewandt seyn wird. Denn wie ein Kriegsmann bei dem Haufen und zu Felde lernen muß; also ist es mit dem Studio auch, daß ein einziges ingenium allein wenig ausrichtet, sondern es müssen viele Leute beisammen seyn, da einer den andern hört und erinnert etc. Ich bitte ganz fleißig, E. W. wolle sich gutwillig erzeigen; denn wahrlich dieser Iohannes Humelius hat durch Gottes Gnade besondere Gaben, die zu erbauen, nützlich ist. Dazu ist er züchtig und sittig, und ist den Regimenten nicht wenig daran gelegen, daß man solche Leute zur Kirchen-Regierung aufziehe, die

---

*) Emendatio sacrorum Suinfortensium inchoata est anno 1542. Suinfortenses a Philippo Landgravio, quem patronum urbis elegerant, petierunt, ut iis doctorem Evangelii pium et gravem mitteret, qui *Sutelium*, ex quindecim annis ministrum verbi divini apud Göttingenses, permovit, ut Suinfortiam se conferret. Sutelius domin. I. post Trinitatis 1542. primam habuit Suinforti concionem. Anno 1547. Sutelius transiit ad Ecclesiam Allendorfiensem in Hassia, unde se iterum Gottingam contulit, et denique Northemium ubi d. 26. Aug. mortuus est. Vid. Sixt. in libro laud. p. 289. — Scripta igitur est Mel. epistola anno 1542.

**) Vid. ep. ad Theodorum d: 2. Oct. 1542.

friedlich und sanftmüthig sind; zu solchen Sitten auch diese schönen Künste dienen, die er lernet. Darum wolle E. W. sich diesen Mann günstiglich lassen befohlen seyn. E. W. zu dienen bin ich allezeit willig. Gott bewahre E. W. allezeit. Datum Witteberg 3. Octobris Anno XLII.

E. Weisheit
williger Diener
Philippus Melanthon.

No. 2559. 7. Oct. Lipsiae.

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 162 sq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 569.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Noriberg.

S. D. *Vitum* nostrum[1]) ut amanter excipias, te etiam atque etiam rogo. Nam et Reip. nostrae fideliter servit, et recte sentit, propter quas virtutes mihi cum eo perpetua est amicitia. Tuas literas iam expectare incipiebam.

Ex *Polonia* huc scribitur, quendam Colonum in agro suo alveolos apum volentem inspicere, cum iam ad primum alveolum accessisset, vidisse plenum esse cinerum. Miratur quid rei sit, et tamen secundum inspicit: Hic plenus erat aquae, tertius sanguinis, quartus frumenti. Postea dum redit domum, attonitus miraculo rei, occurrit ei spectrum, et interrogat, quid viderit, ac subiicit interpretationem: Hosque proximorum annorum signa esse. Primo grassaturam Pestilentiam, secundo futuras exundationes inusitatas, tertio bella, quartum rursus fore[2]) tranquillum et uberem.

Certe non leves erunt agones horum proximorum annorum. Hinc Turci, isthinc Galli orbem terrarum concutient. Deum oremus, ut Ecclesiam suam gubernet et servet.

Quod *Svenckfeldii* deliramenta cito damnastis, recte et prudenter vos fecisse iudico. *Vadianus* ei recte et erudite respondit[3]). Sed tamen et ipse aliquid componam[4]). Bene vale. Die 7. Octobris Lipsiae.

Philippus Melanthon.

No. 2560. 7. Oct. Lipsiae.

Ge. Cummerstadtio.

Epist. lib. VI. p. 28 sq., edita sine dubio ex apographo in cod. Monac. II. p. 107.

Clarissimo et optimo viro D. Georgio Kummerstadio Doctori Iuris, Consiliario in aula Illustriss. Ducis Saxoniae Mauricii, suo Patrono.

S. D. Scio multos praestantes Viros esse et in vestra Republ. et alibi, quorum prudentia, virtus ac fides in certis partibus gubernationis lucet, quos et ipse de genere humano benemereri iudico, et ut debeo veneror. Sed multo melius iidem illi mererentur, si totam Remp. animo complecterentur, eique omnibus partibus opem ferre suo loco studerent. Nunc vero quotusquisque hanc nostram provinciam literariam, quae certe ad Rempubl. maxime pertinet, vel intelligit vel adiuvat? Cum autem ex optimis Viris intellexerim, te et ceteris Reipubl. partibus, et litteris optime consultum velle, ad te potissimum duxi mittendam esse Epistolam, quam ad Ducem *Mauricium* de Academia Lipsica scripsi, teque rogo, non solum ut exhibeas litteras meas Illustrissimo Principi, sed etiam ut causam autoritate atque oratione tua adiuves. Quantum referat conservari et ornari hanc scholam pro tua prudentia vides ipse. Nisi enim possessio litterarum in urbe *Lipsia* retinebitur, vastitas et barbaries universae Germaniae secutura est, ac huius meae opinionis non leves coniecturas habeo. Pugnabis igitur vere, ut dicitur, pro aris, videlicet pro Academia, in qua excoli doctrina bonas naturas oportet, quae postea tum Ecclesias tum consilia Senatoria gubernent. Iacent caeterae Academiae in magna Germaniae parte, non tam fatali tumultu concussae, quam neglectae gubernatorum voluntate, qui literas ode-

---

1) Vitum Winshemium.
2) Scrib. mendose: *fieri*.

3) De libro Vadiani vid. ep. d. 2. Ian. et d. 6. Iul. 1544.
4) Id non factum est, vid. ep. d. 6. Iul. 1544.

runt. Eo magis vobis annitendum est, ut excitetis, tueamini et ornetis vestram Academiam, praesertim cum urbs Lipsica diuturnius hospitium studiis concessura videatur, quam caeterae. Hoc si me non prudentia civili praedicere putas, existimes tamen vaticinari quodam animi impetu. Fortassis etiam ineptus videbor eo nomine quod hospes de vestra Rep. vos interpello, sed hanc reprehensionem non moror. Praecipua et communis civitas omnium bonorum Virorum est Ecclesia, cuius praecipuum est ornamentum, liberalis doctrina. Bene et feliciter vale. Lipsiae die 7. Octob. 1542.

† Philippus Melanthon."

No. 2561. 12. Oct. (h. a.?)

Marco Crodelio.

Epist. lib. V. p. 860 sq.

Marco Crodelio, gubernanti scholam Torgensem.

S. D. Communes sunt, mi Marce, labores, communia certamina eorum, qui Ecclesias docent, et nostri, hoc est, scholastici ordinis. Ideo tibi hunc *Gregorium* commendamus, qui hic publico ritu ordinatus est, ut doceat Evangelium in *Dobrelog*. Ideo autem ad te scripsi, quia Torgae ignotus est. Quare te etiam atque etiam oro, ut eum deducas ad eos, qui in aula literas accipiunt, et, si iam abest Illustrissimus Princeps, horteris, ut epistolam nostram datam huic *Gregorio* legant hi, quibus commendata est gubernatio. Nam ituro ad *Dobrelog* opus est literis et mandatis Illustriss. Principis. Quaeso, ut hanc rem pro tua prudentia et diligentia rite cures. Nam *Gregorius* ipse antea aulam non vidit. Est autem bono ingenio praeditus, et facundia ac mediocri eruditione instructus. Si paupertas non obstaret, optandum fuisset, eum diutius Academia versari et commorari. Sed necessitatis, ut scis, magna vis est. Tibi eum commendo. Bene vale. Die 12. Octobris.

Philippus Melanthon.

No. 2562. 14. Oct.

Alberto, Duci Pruss.

Ex autographo edita a Fabro p. 54 sqq. ep. 18.

An Herzog Albrecht in Preußen.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor, Durchleuchtister Hochgeborner gnädigster Fürst und Herr. E. F. G. fügen Magister Christophorus und ich in Unterthänikeit zu wissen, daß Magister Hermannus, von welchem wir E. F. G. zuvor geschrieben, durch Leibs Schwachheit verhindert wird, den Dienst, dazu er von E. F. G. gnädiglich berufen, anzunehmen, und ist vor Augen, daß er Hecticus ist und Phtisicus, Gott stärke den guten Mann*), Derhalben haben wir auf andere gedacht, und hat sich also bequemlich durch Gottes Gnad zugetragen, daß wir diese zween Magistri Johannem Hoppium, und Magistrum Melchior**) von der Sweidnitz, angeredt, welche sich erboten E. F. G. unterthäniglich zu dienen. Nu hoffen wir E. F. G. werde ein gnädigs Gefallen an ihnen haben, denn sie beide von Person, Sitten und Geschicklichkeit zu loben, dazu sind sie mit einander bekannt und können einander dulden, sind gelahrt in Sprachen, lateinisch und grekisch, in Theologia und Philosophia. So hat Magister Melchior ein ziemlichen Verstand auch in Mathematica, und dieweil sie gute Freund sind, werden sie sich in die Lection und Arbeit wissen bequemlich zu theilen. Wollen sie also E. F. G. unterthäniglich befehlen und bitten E. F. G. wolle sie gnädiglich annehmen und mit gnädiger Besoldung versorgen.

Von andern Sachen in Teutschland haben E. F. G. ohne Zweifel sonst Schriften, doch muß ich dieses E. F. G. anzeigen. Der Bischoff zu Münster läßt die Kirchen in seiner Landschaft durchaus reformiren, nach der Lahr und Ceremonien unser Kirchen. Der Bischoff von Cöllen hat auch ein Reformation für, und soll Bucerus dahin erfordert seyn. Gott gebe Gnad dazu.

Die Herzogen zu Beyern haben auf unserer Herrn, Saxen und Hessen Schrift, ein freundliche Antwort geben, und sich erboten, dem von Brunswig nichts zu helfen, und nichts wider diese Fürsten und ihre Verwandten thätlich fürzunehmen. Also ist durch Got-

---

*) Er starb an dieser Krankheit zu Wittenberg, Anfangs des Jahres 1545.

**) Isinder, auch Melchior Tschnider genannt.

tes Gnad noch ziemlicher Fried in Hochteutschland, Gott gebe lang.

Ich muß auch E. F. G. ein wunderbarlich Historien anzeigen. Als Bambach vor dem Zug in Brunswig vom Landgrafen abgefertiget Knecht zu führen und er bei sich gehabt 6000 fl. in Gold, und ist zwischen Forchein und Beiersdorff bei Nacht geritten, hat er verstoßen und doch ein Mann im Feld gesehen dem er gerufen, ihm den Weg zu weisen, derselbig aber hat nit wollen antworten, darum Bambach hinzu geritten und ihm gedrauet, da ist das Bild ein groß scheußlich Monstrum worden, Also ist Bambach davon geritten, hat gemerkt, daß es ein Gespenst sey. Bald hernach sind ein Hauf Teufel wie Baurn gefolget, die sein Pferd auf beiden Seiten gestoßen und gedruckt. Er ist aber in Anrufung Gottes fort geritten, Da sind zwen Teufel kommen die eine Todtenbahr getragen und dem Bambach dieselbige in den Weg überzwerch gesetzt, daß er ein Weil still gehalten, doch hat er sich mit Anrufung Gottes gestärkt, und bedacht, dieweil es Gespenst sey, er wolle fort reiten, es halte ihn diese Bahr nit auf, Ist also durch die Bahr, ohne Anstoß weg geritten.

Es haben aber die Teufel solch Spiel mit der Bahr sechs mal versucht und oft in die Bahr gedeut, als wollten sie ihn darein legen.

Endlich hat er noch heftiger gebetet und gen Himmel gesehen, Da hat er ein klar Licht am Himmel gesehen und drei Männer in Kürissen, der einer ein Schwert gehabt, und dasselbig gegen die Teufeln auf beide Seiten geschwungen, Da ist die Bahr und dieselbige getragen verschwunden, Aber die andern sind nicht verschwunden, sondern gefolget bis an das Thor zu Beyersdorff, doch weiter von ihm denn zuvor. Solchs hat etlich Stund also gewährt, diese Historien hat er beiden Fürsten selb recitirt *). Ich halte es für ein Bedeutung dieses geschehenen Zugs, denn die heiligen Engel haben die unsern geschützet rc.

So E. F. G. wollten ein Theologum zur Schul haben, ist einer Alexander Alesius, der zu Frankfort gelesen, ein Schott, der wohl gelahrt ist und in der Lahr beständig, Bitt E. F. G. wollen sein gnädiglich gedenken. Gott bewahr E. F. G. allezeit und E. F. G. unterthäniglich zu dienen bin ich willig. Datum 14. Octobris.

E. F. G.

unterthäniger Diener

Philippus Melanthon.

*) Der Herzog erwiederte darauf: „Die Geschichte mit dem Bambach ist wahrlich in unsern Augen gar ein wunderlich Ding, Sonderlichen aber haben wir Eure Auslegung darauf ganz gern gehört. Es hat auch zum Theil die Zeit etwas darvon gegeben und seyn noch des weitern Nachklangs zu erfahren begierig." (Nota Fabri.)

No. 2563. 15. Oct.

Nic. Medlero.

E codice Bavari Vol. II. p. 328. nunc edita, a Bavaro e autographo descripta. Ex eodem cod. olim a Zscheichselio in den Unsch. Nachr. ann. 1739. p. 899. edita, repetita nuper a Danzio ep. 14.

Clarissimo viro, et egregia pietate, virtute et eruditione praedito D. Nicolao Medlero Doctori Theologiae, docenti Evangelium in Ecclesia Naoburgensi.

S. D. Deum aeternum patrem liberatoris nostri Iesu Christi oro, ut et te servet istic[1]) in tua militia satis periculosa, et gubernet filii *Samuelis* studia. Si quo meo officio prodesse adolescenti optimae spei potero, efficiam, ut intelligat, mihi voluntatem et tibi gratificandi et iuvandi ipsum non deesse. Spero Deum ad posteritatem servaturum aliquas reliquias Ecclesiae, ne funditus deleatur gloria Iesu Christi. Vides, mi carissime Nicolae, Ecclesiam non humanis consiliis unquam aut servatam aut restitutam aut gubernatam esse. Hortamur principes, quantum possumus; sed impediuntur spinis, ut Χριστὸς ait, etiam hi, qui bene volunt. Oremus[2]) igitur Deum, ut ipse regat arcam suam in tantis tempestatibus, et modesta, et bona ingenia quantum possumus invitemus ad ea discenda, quae sunt salutaria Ecclesiae, et vitae utilia. Huic voluntati et his laboribus Deus favebit. Bene et feliciter vale. Die 15. Octobris 1542.

Philip. Melan.

No. 2564. 17. Oct.

Ant. Corvino.

Epist. lib. V. p. 505 sq.

Antonio Corvino, Inspectori Ecclesiarum Brunsvicensis Ducatus etc.

S. D. Quod *Anglo*, viro bono et ingenioso, exulanti propter Evangelium, operam et auxilium

1) *istic* om. Unsch. Nachr. et Danz.
2) Danz. mendose: *Oramus*.

pollicitus es, habeo tibi gratiam. Est omnino ferrea aetas piis sacerdotibus. Leniamus ergo aliquibus aerumnis, sicubi possumus, teque rogo, ut prospici cures huic Anglo, probabis ingenium hominis, ubi introspexeris. Et habet pudicam ac modestam coniugem, et liberos parvos.

Nunc et *Richius* ad te proficiscitur [*]), deliberaturus tecum de suis rebus. Tribuo vim ingeniorum genti Saxonicae, ut saepe ex me audivisti. Et comparet in *Richio* acumen et ubertas, et iudicii dexteritas. Scribit feliciter solutam orationem, et versus. Attigit Philosophiam et Iuris doctrinam, ac magno usui propter industriam, eruditionem, facundiam, corporis decus Principi esse poterit. Quare eum *Landgravio* commendavi. Poterit eo uti vel ad scribenda negotia soluta oratione, vel ad carmina, quibus res gestae celebrentur, vel ad forensia negotia ac Legationes. Adiuvabis igitur *Richium* apud aulicos tuo testimonio. Spero, civem Reip. utilem fore. Iudico enim mores rectos, iustos et alienos a turpitudine esse. B. V. Pridie Lucae.

Philippus.

No. 2565. 18. Oct.

Phil. Gluenspiess.

† Ex apographo in cod. Goth. 191. p. 82. collato (a Gersdorf.) apographo in cod. aliquo Dresdensi, et denique in cod. Monac. 90. no. IV. p. 805.

Philippo Gluenspies.

S. D. Et constantia tua in amicitia, Philippe cariss., delector, et gratiam tibi pro munere habeo, quod *Martinus* attulit. Nam propter Ecclesiae utilitatem et concordiam, quantum possum, amicitias fovere ipse cupio, et gaudeo si quem coetum [1]) bonorum adhuc cohaerere video. Atque utinam haec mediocris coniunctio literatorum nostri ordinis et eorum, qui nobis sunt amici, sit diuturna, quam quidem principes et potentes fovere debebant [2]). Sed quid agant vides. Negligunt et [3]) dilacerant Ecclesias, impediti privatis cupiditatibus aut negotiis. Itaque tantae sunt confusiones politiarum fere omnibus locis, ut sine ingenti dolore cogitari non possint. Ex Pannoniis res infaustae [4]) narrantur. In Belgico *Iuliacensis* bonam partem suarum ditionum iam amisit; implicabitur fortassis [5]) illo bello et [6]) reliqua Germania [*]). Interim [7]) si irruperint Turci, quae erunt praesidia? Et, ut Deus reprimat Turcos oremus; nam alioqui [8]) a nostris heroibus male curantur ecclesiae. Noster ordo [9]) scholasticus, Deo iuvante, utcunque est in sua statione, sed vere sumus orphani sine ducibus, sine praesidiis humanis. Expectemus igitur a Deo gubernationem et defensionem.

Haec eo scripsi pluribus verbis, ut a domestico luctu animum tuum abducam cogitatione miseriarum publicarum. Si politiae essent magis tranquillae, iuvaret educari cives, quorum virtus voluptati parentibus et praesidio caeteris bonis esse posset. Sed quid loci est bonis viris et honestis consiliis apud eos, qui tenent imperia? Quare non indulgeas moestitiae, sed utrumque cogita, et in his politiis nihil esse, cur [10]) hic diu vivere libeat, et bene agi cum pueris, qui commendati sunt Deo in ecclesia sua, si hinc [11]) ad ipsum migrent. Neque enim dubitandum est de hac voce: non est voluntas patris, ut pereat unus de parvulis istis. Nuper, cum *Luthero* filia, profecto optimae et generosae indolis moreretur [**]), dicebat ipse, se optare, ut simul cum sua [12]) tota familia moreretur; nam videre se paulo post secuturas dissipationes Germaniae tantas, ut nusquam tuta sedes bonis viris et honestis studiis futura sit.

Deum oremus, ut nobis adsit, et servet aliquas ecclesiae suae reliquias, nec sinat extingui lucem verae doctrinae. Salutem opto nostro amico

---

*) Vid. de eo epist. ad Burchardum d. d. 25. Sept. 1542.
1) Mst. Dresd. et cod. Monac. 90. *si quando coetum aliquem.*
2) Mst. Dresd. et cod. Monac. 90. *deberent.*
3) Mst. Dresd. *aut.*

4) Mst. Dresd. *Pannoniis infausta.*
5) Mst. Dresd. *fortasse.*
6) *et* in cod. Goth. 191. legitur post *fortassis.*
*) Vide de illo bello Sleidan. ad ann. 1542. p. 416.
7) *Interim* abest a mst. Dresd.
8) Mst. Dresd. *tametsi alioquin.*
9) *tamen* addit mst. Dresd.
10) Cod. Goth. 191. *ut.*
11) Mst. Dresd. *commendati Deo in ecclesia sunt*, *hinc.*
**) Magdalena, mortua mense Sept. 1542.
12) *sua* abest a mst. Dresd.

et conterraneo D. *Martino.* Postridie Luciae[13]), anno 1542.[14])

Phil. Mel.

No. 2566. 20. Oct.

Mich. Meienburgo.

Epist. lib. V. p. 675 sqq.

Michaeli Meienburgo, Consuli Northusano.

S. D. Scitis, semper fuisse meum studium in privatis amicitiis et in publicis negotiis, ut propter utilitatem Reipublicae, et concordiam nostrarum Ecclesiarum coniungerem voluntates, quantum possem. Id viro politico faciendum censeo, vosque oro, ut non sinatis animum vestrum alienari à nostro ordine, etiamsi offensiones inciderent. Vestra prudentia et moderatione senis caeci negotio et querelis mederi potestis. †Et tota res facile consilescit, si non iterum queretur apud *Lutherum*, se fame perire." *) Semper in Republica bonos gubernatores iniuriae aliquae exercuerunt, ut scitis. Vexatus Scipio Bellisarus post res maximas et utilissimas gestas coactus est stipem mendicare, cum quidem etiam oculi ei eruti essent. Pulsi Patria Themistocles, Aristides, Camillus, Cicero, denique alii innumerabiles, de quibus inquit Poëta: *Obruit ingentes ista procella viros.* Ego quoties accipio colaphos non solum ab adversariis, sed a nostris? Feramus haec et moderatione nostra mitigemus.

De *Andrea*, Concionatore, scitote, eum lecto numero stipendii respondisse, maius se hic habere stipendium, et tali conditione malle in Academia esse. Scripsi igitur ad *Hemihensem* **), quem certe, arbitror, vobis non minori usui esse posse, magis patiens est laborum, et fortassis obsequentior erit. De pecunia missa ago vobis gratias, et quanquam post reditum meum Academia aliunde conflaverat ducentos aureos, tamen hanc vestram usque ad nundinas Ianuarii retinebo, qua si non utemur, ut spero, tunc eandem, quam accepi, bona fide restituam: scitis, me mea causa amicis non libenter esse sumptui aut oneri, sed benevolentia et benignitas vestra mihi gratissima est. Bene et feliciter valete. Die 20. Octobris.

Philippus.

13) Mst. Dresd. *Lucae*, i. e. 19. Oct., cod. Monac. 90. nullum habet diem,

14) Cod. Monac. 90.: *Anno* 1544. *Bene vale vir integerrime.* Puto, Melanthonem more suo annum non adscripsisse.

*) Suppressit haec Saub., servavit A. D. Vid. ep. d. 22. Nov. h. a. Sermo est de Ioh. Crusio.

**) Heinichensem, Ottonem Pastor. in oppido Haynichen.

No. 2567. 23. Oct.

Fr. Myconio.

Edita a Snegassio ep. 7.

Clarissimo viro, egregia eruditione et pietate praedito, D. Friderico Myconio Pastori Ecclesiae Gotthanae, amico suo carissimo.

S. D. Aliquoties collocuti sumus *Marcellus* et ego de *Hieronymi* studiis et disciplina: ac visum est utrique commendandum esse cuidam magistro *Iohanni Stoltzio*, nato in hac urbe, marito, placidis moribus praedito, facundo et bene literato, et, ut apparet, magis congruenti ad mores et ingenium *Hieronymi*, quod torvitate non potest regi. Sed proponenda sunt honesta exercitia, quorum voluptate ad discendum accendatur; ac promisit nobis operam suam et diligentiam ille noster civis. Experiemur ergo in hanc partem quid profici possit, et vobis significabimus eventum. Utraque re peccari scimus, torvitate et indulgentia. Sed quaedam naturae impatientes disciplinae nec severitate nec comitate fiunt meliores. Disciplinam tamen Deus praecepit. Quare et nos eam regere conabimur, et vos vestris cohortationibus urgete, ut discat intelligere et amare virtutem. Proxime scribam copiosius. Bene vale et Deo commenda Ecclesiam suam, et has politias misellas, quae sunt hospitia Ecclesiarum et literarum, ut Praesepe Christi infantis. 23. Octobris.

Philippus Melanthon.

No. 2568. (fere h. t.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 418. (ed. Lond. lib. IV, ep. 286.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi amico carissimo,

S. D. Nota est mihi tua bonitas, et in tuendis iis, quos semel complexus es, perpetua constantia: quare quod τὸν Ἀλήσιον respicis, tua virtute dignum facis, vellem et ego migrationis consilium eum distulisse in adventum sui Principis. Sed nunc frustra haec disputo. Iuvabo potius si potero. Sed illud miror, cur ad me non redeat. Nam coram conferri consilia melius poterant. Si est istic, et tamen meo consilio uti volet, hortare ut huc redeat, nisi sperat sine nostra opera rem confici posse, quod sane optarim. De reditu Ducis *Mauricii* iam audieram, et precor ut sit faustus et felix. Cras plura. Bene vale.

Philippus Melanth.

No. 2569. (h. t.)

Eidem.

Epist. ad Camerar. p. 418 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 287.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo cariss.

S. D. Non negandum est aliquid esse loci, diligentiae ac Philosophiae nostrae, in gubernatione Reipub. Sed ut in navigatione ventorum, ita fatorum in Imperiis miranda vis est. Saepe est monitus adolescens *), qui imperat illis Francorum, ut putatur, maioribus Sycambris, ut suarum regionum aditus muniret praesidiis. Sed aut parum fidis utitur Consiliariis, aut inepte φιλαργύροις: miras ipse sordes, miras ineptias animadverti. Nostrae vero caussae multo erant iniquiores, quam vicini. Nunc mittunt πρεσβείας. Et magna solicitudo nostris iniecta est. Nec exitus humanis coniecturis prospici potest. Thema etiam tibi mitto, quod mihi non placet, et de eo saepe in aula sum vaticinatus. Deum oremus, ut servet Ecclesias et studia utilia Ecclesiae suae.

De *Iacobo* velim te mihi respondere. *Alesius* recte quidem disputavit: Magistratum politicum debere κολάζειν πορνείας, cum aliter dixisset alter quidam. Hanc disputationem, quia differri iusserunt, discessit, poterat expectare adventum Principis. Sed nimis amat φιλύρην *) vestram. Noster Princeps hac hyeme ei donat XL. aureos, ut habeat viaticum. Interim aliquid consilii quaerendum erit.

Hac nocte somniavi, una sedere *Crucigerum*, *Suavenium*, *Blarerum* et me: ibi ego istis vale dicens, ac nescio quo abiturus, commendo Remp. inquiens, vereri me futurum, ut regnum Dei eripiatur his gentibus, et tradatur genti facienti fructus. Sane moveor hoc somnio. Bene vale cum domestica Ecclesia. Si istic est *Alesius*, des ei has Epistolas.

Phil. Melanth.

No. 2570. 25. Oct.

Eidem.

Epist. ad Camerar. p. 417 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 290.)

Clarissimo et optimo viro Ioachimo Camerario Bamb. amico suo cariss.

S. D. Heri asscripturus eram litteris historiam de Duce *Mauricio*, sed non licebat prolixius scribere. In praelio, quod cum Turcis commissum est, audio eum quadam magnitudine animi et aviditate pugnae longius provectum esse, et illatum in agmen Turcorum, ubi dum dimicat fortiter, equus labitur: collapso instant Turci, et hostis iam necem principi minatur, cum unus ex Satellitibus *Ribischius* Turcum illum, qui corpori Principis vestigium impresserat, obtruncat, repellit caeteros. Sed *Ribischius* ipse multis vulneribus acceptis ibi interficitur, servato suo Domino. Quaeso ut hanc historiam seu carmine seu oratione soluta illustres. Epistolam legas, quam scribo *Alesio*; nescio quid caussae sit, cur non hic mecum deliberet: si quid suspicatur, aut βυσσοδομεύει, sinam eum suas res agere, certe mea natura nihil habet latebrarum aut insidiarum ut scis. Sin autem putat se perfecturum esse negotium sine nostris, opto προχωρεῖν εὐτυχῶς αὐτῷ τὰ γνωσθέντα. Bene vale et rescribe, die XXV. Octobris.

Phil. Melan.

*) Dux Iuliacensis. C. W.

*) Lipsiam.

No. 2571. 30. Oct.

Testimonium.

Ex apographo in codice Bavari II. p. 748. iam edita a Schlegelio in vita Langeri. Melanthonem auctorem esse huius scripti, recte arbitratus est Schlegelius.

Rector Academiae Vitebergensis.

Meminimus hunc *Philippum Fabrum*, Regiomontanum, in Academia nostra ante aliquot annos adeo modeste vixisse, et in studiis doctrinae Christianae ita permansisse, ut ei Doctores Theologiae propter ipsius eruditionem et bonos mores gubernationem Ecclesiae *Calensis* commendaverint, quia enim eum saepe audiverunt. Sciebamus eum puram Evangelii doctrinam recte intelligere, et abhorrere ab omnibus fanaticis opinionibus damnatis iudicio Ecclesiae Christi. Etsi autem postea ab Academia abfuit, tamen ex iis, qui eum audiverunt, et ex vicinis pastoribus intelleximus, eum mansisse in eadem sententia, quam et hic didicerat, et professus fuerat in omnibus articulis, nec unquam corrupisse doctrinae puritatem. Idque de eo doctores Theologiae apud Illustrissimum Principem Ducem Saxoniae *Ioannem Fridericum* etc. nuper testati similiter. Quanquam aliae quaedam oeconomicae controversiae ei cum Calensibus fuerunt, tamen doctrinam nemo accusare poterit. Imo scimus eum adversus Anabaptistas, quorum examini adhibitus fuit, acriter depugnasse. Quare hunc Philippum commendamus bonis viris omnibus, et rogamus, ut eum tanquam socium nostrae Ecclesiae et sententiae, quam non dubium est esse consensum Catholicae Ecclesiae Christi, complectantur. Nam cum eruditione et facilitate dicendi non contemnenda praeditus sit, et recte sentiat, poterit Ecclesiae utiliter servire. Maxime autem conveniet tales provehere, qui ad explicationem Evangelii idonei sunt. Datae Vitebergae 30. die Octobris 1542.

No. 2572. (m. Oct.)

Nicol. Amsdorfio.

Epistola nuncupatoria a Melanthone Vito Theodoro praescripta, ut docet ep. Melanthonis ad eundem data d. 4. Dec. 1542. Praemissa est libello: „Commentarius in „Micham prophetam, collectus ex praelectionibus Reve„rendi patris Martini Lutheri, nunc primum in lucem „editus per M. Vitum Theodorum, concionatorem No„rinbergensem." Witteb. 1542. 8. Vid. Walchius in opp. Luth. T. VI. p. 26. praefat. — Aliam postea in eundem librum Melanthonem scripsisse praefationem, non obscure intelligitur ex ep. ad Vitum data d. 22. Oct. 1543., quae autem an prodierit nescio. — Descripsi eam hic ex opp. Luth. T. IV. p. 428 b.

Reverendissimo Domino Nicolao Amsdorfio, Episcopo Ecclesiae Naumburgensis in Turingia, doctrina et pietate praestanti, Vitus Theodorus, Concionator Ecclesiae Noribergensis.

S. D. Saepe mihi, cogitanti de Ecclesiae gubernatione, venit in mentem dulcissimae imaginis, qua filius Dei pingit et suum munus et ministros, recitans historiam de Samaritano, qui sauciatum a latronibus semianimem et fovit ipse, et transvexit in diversorium, ac curari iussit. Incidit enim natura hominis in saevissimos latrones, a quibus crudeliter et vulnerata et spoliata est. Et iacentem in via, hoc est, oppressam naturam horrendis calamitatibus praeterierunt sacerdos et Levita, hoc est, Mosaicae legis et sapientiae humanae doctores, nihil opis generi humano attulerunt. Sed hospes intervenit Christus, is erigit semianimes, abluit vulnera vino et infundit saluberrimum oleum. Et cum sarcinam gravem nostrorum criminum suo corpori imposuisset, transvehit aegros in diversorium, hoc est, in Ecclesiam, ac praecipit familiae, hoc est, doctoribus Evangelii, ut curationem administrent. Quid dulcius cogitari potest, quam si consideres expressam in hac imagine benevolentiam filii Dei erga genus humanum? Sed rursus cum oculos ad diversorium refero, et video omnia plena esse horribilium morborum, et curationem difficilem, periculosam, medicos dissimilimos, tum vere cohorresco toto corpore, Qualem nos, qui nunc docemus Ecclesias, Germaniam accipimus curandam, saevissimis profecto morbis conflictantem. Nam ut de singulorum vitiis non dicam, quanta sunt impedimenta curationis tyrannides eorum, qui Evangelio adversantur? Epicureus contemptus verae religionis in populo, calumniae impiorum doctorum, *Eccii*, *Pygii* et similium, qui deterrent animos imperitorum a pura doctrina, petulantia ingeniorum in sciolis, qui non desinunt conturbare limpidos fontes Evangelii, quod sonat in Ecclesiis nostris. Nos interim, vere ut Christus inquit, pusillus grex, quid proficere curando, hoc est, monendo ac docendo possumus? Si hu-

mana iudicia consulimus, nos furori tam multorum pauculi, spreti, imbecilles obsistere non possumus. Sed me confirmat in nostro munere filius dei, qui hoc suum diversorium semper eodem fere modo per imbecilles gubernavit. Elegit Deus, ut inquit Paulus, infirma mundi, ut pudefaciat fortia. Non igitur deseramus stationem nostram. Nam et ipse filius dei pollicetur, se nobis adfuturum esse: ego, inquit, vobiscum sum usque ad consummationem seculi.

Sed tamen alia tempora aliis laetiora sunt et tranquilliora. Interdum habuit orbis terrarum pios principes, qui verae doctrinae propagationem adiuverunt, ut Constantinum, Theodosium. Nunc non solum Turcica barbaries gerit arma adversus Christi nomen, sed etiam multi reges ac principes, titulo Christiani, grassantur in Christi membra, et puram Evangelii lucem opprimere et extinguere conantur. Fuerunt olim Episcopi duces reliqui coetus concionatorum, qui et eruditione et autoritate consensum recte docentium tuebantur. Nunc Episcopi, qui sunt satellites Romani Pontificis, non modo non iuvant curationem piorum in diversorio Christi, sed latrocinium exercent ipsi, defendunt turpissimos errores ac manifeste contumeliosos adversus Deum, idolomanias in invocatione divorum et in prophanatione coenae domini, vagas libidines et multa manifesta deliramenta, interficiunt pios melius sentientes. Haec neque obscura sunt, neque excusari a verecundis ullo modo possunt, nisi quod praetexitur inepta ratio, quod sapientes et politicos viros deceat non ζυγομαχεῖν, nec a communi consensu potentiorum discedere. Haec Philosophia habet [habeat?] alibi suum locum, non stabiliat errores contumeliosos adversus deum. Nos enim regulam in Ecclesia aliam habemus, quae sic praecipit: Si Angelus de coelo aliud Evangelium docuerit, anathema sit. Deserendus et exerandus est, ac fugiendus tanquam κάθαρμα, qui defendit εἰδωλομανίας, et bellum gerit cum primo praecepto: Ego sum Dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Ergo Episcopos illos hostes Christi non solum relinquamus, sed etiam tanquam ἀλάστορας, pollutos idolomania et caedibus piorum execremur. Si qui vero sunt in eo coetu sanabiles, hos hortemur, ut se a caeterorum sententiis et consiliis seiungant, et incipiant gloriam Christi ornare, et saluti suae ac Ecclesiis consulere. Utinam enim pii principes Collegia repurgarent, et idoneos Episcopos praeficerent. Nam hoc officium haud dubie deo debent. Sicut scriptum est: Aperite portas Principes vestras, Et tollantur portae mundi, ut introeat Rex Gloriae.

Cum igitur tibi, Reverendissime Episcope, audissem commendatam esse hanc gubernationem, quam nunc administras, non potui non probare exemplum. Te quidem scio alienissimum esse ab ambitione, et cum naturae moderatione, tum vero iam senecta et laboribus confectum amare tranquillitatem, ac de tuo potius solere aliis cedere, quam cum quoquam rixari. Intelligo et hoc subiisse te molestum onus et invidiam. Sed animum tuum laudo, quod Ecclesiae causa potius has difficultates adeundas esse censuisti quam locum concedendum alteri inimico purae doctrinae Evangelii. Si caeteri principes vere volent consulere suis Ecclesiis, tandem imitari eos hoc exemplum oportebit. Nam quod disputant adversarii tui de canonica electione, verborum praestigiis ludunt. Tot iam seculis nulla fuit canonica electio, sed vel principum ambitione, vel conspiratione aliquorum potentum, per manus datae sunt hae Provinciae, vel Romae emptae, spretis veteribus et novis canonibus. Doctrinae vero christianae et gubernationis eius, quae proprie est ecclesiastica, nulla prorsus est habitatio. Haec, quae narro, ita manifesta sunt, ut nemo quamvis imprudens et effrons negare ea possit. Utinam Ecclesiis restituant canonicam suffragationem, quae non est unius tantum ordinis, sed eruditorum, honestorum, piorum ex omnibus ordinibus. Nunc Ecclesiae sunt oppressae tyrannide a collegiis, in quibus etiam si qui sunt viri boni, tamen vincuntur numero et audacia a malis. Erant igitur boni a caeteris ordinibus adiuvandi, ut gloria Christi illustraretur, et salus hominum consuleretur. Sed pellitur e medio sapientia, vi geritur res, in hac praesertim causa. De electione palam vident adversarii, se nec veteribus nec novis legibus parere, sed vi retinendam censent possessionem potentiae et voluptatum, ex qua excuti se viderent, si ad leges veteres electionis revocarentur. Saepe stomachor, obiici nobis neglectionem canonum, cum veterum et utilium canonum praecepta multo plura sequamur quam adversarii. Ipsi sub arbitrio figunt et refigunt divinas et humanas leges. Imo ut de Solonis tabulis dictum est in comoedia Attica: φρύγουσι κάγχρυν κύρβεσι, torrent farinam incensis legum tabulis. Sic adversarii no-

stri ante haec tempora verae antiquitatis ecclesiasticae monumenta audacissime aboleverunt. Ubi sunt veteres scriptores fidei collegiorum commendati? Quid dissimilius quam collegia vetera hominum doctorum et piorum, et haec sodalitia Equitum, qui nunc perpetua orgia in collegiis amplissimis celebrant?

Quod igitur istic gubernatio tibi commendata est, pie et recte factum iudico, et deum precor, ut consiliis vestris faveat in tota emendatione, quam instituistis. Ecclesiae vicinae erunt inspiciendae, Pastores pii et eruditi quaerendi, iudicia constituenda, disciplina sancienda, excitanda studia literarum, et Scholastici inopes iuvandi erunt. Ad has res agendas scio tibi nec consilium nec voluntatem deesse. Quare precor, ut deus honestissimos conatus vestros adiuvet.

Prodest autem Ecclesiis nos, qui docemus Evangelium, ostendere populo testimonia consensus nostri, ideo libenter nunc ad te scripsi, ut declarem me sententia, animo et voluntate cum Ecclesia tua coniunctum esse. Deinde, quia te semper propter integritatem tuam et propter iudicii dexteritatem amavi, volui perpetuam erga te observantiam meam hac praefatione significare, ac tui nominis auspicio viri clarissimi ac optimi D. *Martini Lutheri*, praeceptoris nostri, quem merito ut patrem veneror, dictata in Prophetam Michaam publicare, quae tamen ipsi recognoscenda prius misi. Iudico enim has enarrationes Ecclesiae etiam ad posteritatem profuturas esse, quia tanta est eius in interpretandis prophetis dexteritas, ut neminem ei in hoc genere anteferre possimus. Hanc laudem arbitror ei etiam ab adversariis sanioribus concedi. Sed quoquo modo vel adversarii vel homines lividi de eo iudicant, ego gratias deo ago, quod et ad Evangelii agnitionem me vocavit, et facultatem mihi praebuit non solum audiendi vivam *Lutheri* vocem, sed etiam introspiciendi interiorem eius vitam domestica consuetudine, plenam pietatis et honestissimorum exemplorum *). Ac vere et ex animo optarim ipsius hostibus omnibus, ita penitus introspectam Lutheri vitam, ut mihi cognita est. *Basilius* gratulatur sibi nutricis suae institutionem, quae audierat Gregorium Neocaesariensem. Ait etiam alicubi adhuc sibi Athanasii vocem ἔναυλον sonare in auribus. Ita non dubito, quin et tu et multi alii gaudeant, se audivisse Lutherum, et agnoscant eius se doctrina profecisse. Scio *Erasmum*, etsi videbatur ab eo alienior, tamen aliquando cuidam vituperanti Lutherum dixisse stomachabundum: non esse vituperandum hunc virum, cuius pagina una in interpretatione plus contineret solidae eruditionis, ac plus lucis adferret doctrinae propheticae et apostolicae, quam cuiusquam enarrationes ullius aetatis. Quare admodum moleste fero, interdum nobis obiici a malevolis, nos non iudicio et veris causis adductos esse ad amplectendam doctrinam, quam profitentur Ecclesiae nostrae, sed quadam adulatione nimium *Luthero* tribuentes. Satis multum est arrogantiae, si putant nos omnes non aliter audivisse Lutherum, quam ut est in Apologo de Asino, *ὄνῳ τις μῦθον ἔλεγε, ὅδε τὰ ὦτα ἐκίνει.*

Sed has calumnias refutabit tempus ipsum. Ego hanc doctrinam, quam Ecclesiae nostrae profitentur, non dubito nativam esse Evangelii vocem, et vere ipsam catholicae Ecclesiae Christi sententiam, necessariam ad veram dei invocationem et salutem hominum. Ideo et ipse in hac sententia acquiesco, et caeteros ad eam invitare, quantum possum, propter gloriam dei et salutem hominum cupio. Bene vale. Noribergae, Anno M.D.XLII.

*) Vid. de his verbis Mel. ep. ad Theod. d. 4. Dec. 1542.

No. 2573. **7. Nov.**

Francisco, Duci Lothar.

Edita a Peucero in Select. epist. p. 548. Iterum lib. I. epist. p. 146. (ed. Lond. lib. I. ep. 58.). Repetita a Pezelio in Consil. Mel. latinis P. I. p. 517. — Apographon in cod. Monac. 90. no. VII. p. 895. — Dux Saxoniae Princeps Elector et Landgravius Hassiae hac epistola, quam Phil. Mel. concepit (cf. ep. ad Camerar. d. 18. Nov. h. a.), intercesserunt apud Ducem Lotharingiae pro civitate Metensi, quae varie vexabatur ob puriorem doctrinam; qua de re vid. Seckendorf. hist. Luth. lib. III. p. 399 sq. Rogaverant Metenses, ut in foedus Schmalckaldicum admitterentur. — Peucerus epistolam inscripsit:

*Epistola eorundem *) Principum nomine scripta ad Ducem Lotharingiae (Franciscum).*

S. D. Illustrissime Princeps et consanguinee dilecte. Etsi non ignoramus, apud exteras [1]) na-

*) i. e. Iohannis Friderici Ducis Saxoniae Electoris, et Philippi Landgravii Hassiae, ac reliquorum cum his coniunctorum in negotio religionis.

1) *exteras*] Pez. *caeteras*.

tiones interdum de nobis iudicari durius, propterea quod iis, qui Ecclesiasticos abusus pio studio et veris rationibus taxarunt, non adversati sumus, tamen cum sciamus, D. T.[2]) singulari prudentia et gravitate praeditam esse, arbitramur eam de nobis quidem iudicium adhuc[3]) suspendere, donec hae controversiae aliquando legitima ratione audiantur et cognoscantur, praesertim cum manifestum sit, multos esse veteres morbos Ecclesiae, de quibus necesse est tandem pios gubernatores populi Christiani deliberare. Vere enim hoc affirmare possumus, nos ex animo semper optasse, ut pie cognitis rebus gloria dei illustraretur, saluti hominum consuleretur, et communis concordia[4]) et Ecclesiae pax conservaretur. Nam cum haec[5]) professio nobis ingentia pericula, labores, sumptus adferat, non est existimandum, nos privata cupiditate huic negotio favere. Non enim ob alias causas abusus corrigi permisimus, nisi propter gloriam Dei et Ecclesiae salutem[*]). Quare cum cognitionem Ecclesiae semper flagitaverimus, nequaquam accusari possumus tanquam seiuncti ab Ecclesia. Et omnes sapientes principes ubique oramus, ne quid de nobis secus[**]) statuant sine cognitione, quae decet dei Ecclesiam. Haec petitio cum sit aequissima, impetrabimus[6]) a D. T., ne gravatim has nostras literas accipiat, quas de tranquillitate civitatis *Metensis* scribendas esse duximus. Cum enim nuper eo legatos nostros[***]) misissemus nullius privatae utilitatis causa, sed tantum ut cives ad concordiam hortaremur, et viam[7]) ostenderemus piam et salutarem, intelleximus, quosdam inimicos iis, qui doctrinam puriorem expetunt, moliri, ut ad sua odia adiungant D. T., et auxilio D. T. perterrefaciant aut opprimant honestos homines, nobiles et plebeios, qui et sunt tranquilli et fideles in omnibus civilibus officiis praestandis, nec aliud petunt, nisi ut habeant in aliquibus Ecclesiis doctrinam puram et usum sacramentorum sincerum. Scimus autem, D. T. naturae bonitate et voluntate ab iniusta asperitate abhorrere. Sed tamen calumniosis delationibus interdum optimi et mitissimi gubernatores incenduntur, ut non suae moderationi sed alienis affectibus morem gerant. Promittunt cives Metenses, pro quibus scribimus[8]), se in omnibus civilibus officiis omnia obedienter[9]) facturos, se nulla in re paci communi[*]) defuturos; tantum suas Ecclesias recte constitui volunt. Id si impedietur[10]), primum[11]) gloria dei laeditur, deinde[12]) multa animarum et civitatis pericula sequuntur.

Postquam sparsa est aliqua Evangelii lux[13]), multos abusus iam intelligit populus. Hos si cogitur observare contra conscientiam, excutitur eis vera invocatio dei. Nam cum perturbatio[14]) haeret in conscientia, quae[15]) deponi non potest, fugit mens, non invocat deum. Quid est autem tristius et detestabilius, quam impedire veram invocationem dei? Accidit etiam interdum, ut in tali perturbatione animorum concipiantur vel ab erronibus audiantur[16]) falsae opiniones, ubi desunt boni concionatores, qui publice doceant. Nocent autem pravae[17]) opiniones et animabus et paci publicae. E contra vero pia et salutaris doctrina etiam pacem civitatum munit. Constat enim doctrinam de omnibus civilibus officiis in hac ipsa luce Evangelii magis illustratam esse quam antea unquam. Et quanquam optandum est, omnes vera invocatione et piis moribus[18]) deum colere, tamen hi, qui doctrinam puriorem expetunt, non sunt impedituri ceremonias caeterorum qui secus sentiunt. Vicissim[19]) aequum est, non labefactari conscientias horum, qui abusus intelligunt et vitare cupiunt. Rogamus igitur D. T. et amanter et diligenter, ne se incitari sinat contra partem

2) Pez. et cod. Monac. 90. hic et in reliquis locis *C. V.* i. e. Caritatem Vestr.
3) *adhuc*] excidit apud Peuc.
4) Peuc. *communi concordiae.*
5) *haec*] desideratur apud Peuc. et Pez.
*) *et Ecclesiae salutem* om. Peuc.
**) *secus* om. Peuc.
6) *impetrabimus*] sic cod. Monac. 90., sed Peuc. et Pez. *impetret.*
***) Missi sunt Metim Theodoricus Comes a Manderscheid et Petrus Sturmius, Argentoratensis, qui cum Senatu d. 8. Mart. egerunt, ut unum saltem ex novemdecim templis parochialibus evangelicis concederet.
7) *viam*] cod. Monac. 90. *sententiam.*
8) *pro quib. scrib.* non habet cod. Monac. 90.
9) *obedienter*] Peuc. *libenter.*
*) *communi* om. Peuc.
10) Cod. Monac. 90. *impeditur.*
11) *primum* non habet cod. Monac. 90.
12) *deinde*] cod. Monac. 90. *inde.*
13) *lux*] cod. Monac. 90. *vox.*
14) *perturbatio*] Pez. *metus*; cod. Monac. 90. *error.*
15) *quae*] Pez. et cod. Monac. 90. *qui.*
16) Peuc. *erroribus oriantur*, mendose.
17) Peuc. *privatae.*
18) *moribus*] cod. Monac. 90. *vocibus.*
19) Cod. Monac. 90. *Vicissim autem.*

civitatis, quae Ecclesias recte constitui cupit, nec adiuvet iracundiam eorum, qui civilem sanguinem haurire cupiunt. Nam haec causa, qualiscunque videtur, certe[20]) non potest nec debet promiscuis et mutuis[21]) civium caedibus diiudicari. Nec vero dubitamus, quin D. T. pro sua virtute digna principe bono maxime detestetur civilem crudelitatem, et velit vicinam civitatem tranquillam esse. Sic autem retineri tranquillitas potest, si neutra pars alteram vi impediat. Haec mutua moderatio maximeque civilis[22]) multis civitatibus in Germania salutaris fuit, in quibus paullatim, veritate clarius illucescente *), et dissensio mitigata est, et sanatae sunt voluntates. In his locis si violenta consilia initio tentata essent, omnia funditus periissent. Semper enim in civium dissensionibus magis salutaria fuerunt mitia consilia quam violenta. Quare D. T. pro sua bonitate ac sapientia annitatur, ut tali moderatione consulatur saluti civitatis Metensis. Haec ut scriberemus ad D. T. non privato affectu, sed honestissimis et publicis causis adducti sumus, ut honesti et innocentes homines, quorum multi propter virtutes et facultates patriae magno praesidio atque ornamento sunt, et vero timore dei moventur ad quaerendam de Christo Salvatore puram doctrinam, sint in tuto. Tales principum benevolentia tuendi sunt. Ideo rogamus, ut has nostras literas D. T. in optimam partem accipiat, nosque nostra officia D. T. summa cum benevolentia deferimus. Bene et feliciter valeat D. T. Datae 7. Novemb. anno 1542.

No. 2574. (fere his diebus.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 415 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 288.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo cariss.

S. D. Saepe hoc usurpavi, ut ex Gigantum sanguine terra mater aliam Gigantum sobolem edidit, bellum instauraturam adversus superos, sic ex sophistarum reliquiis, novi sophistae orientur, fortassis etiam furiosiores prioribus, ambitione, insidia, livore, moturi perniciosissima certamina. Exempla vides. Nondum vellem *Alesium* dimicare cum illo. *ἀλλὰ οὐ ῥάδιόν ἐστι πάντων φύσεις κυβερνᾶν. ἔχουσι γάρ τινες παραβόλους καὶ παραλόγους ὁρμὰς*, quales in hoc quoque vidi. Sed oro Deum, ut Ecclesiam et studia regat. Ego in hac militia, ad quam me Deus vocavit, et fui hactenus, et ero hortator studiosis, ut et res utiles discant, et quadam moderatione Ecclesiarum concordiam tueantur. Scio te ad eundem scopum tua consilia tuasque operas dirigere. Has voluntates et hos conatus adiuvet filius Dei, qui cum videret suis non esse multos *συμμάχους*, dixit: *οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανούς.*

Cum *Rhetico* proderit plane et explicate de stipendio et operis agi. *ἔχει γὰρ κᾀκεῖνος ὠροσκοποῦντα τὸν αἰχμάλωτον τοῦ ἄτου καὶ τοῦ ἐφιάλτου.* Omnia ei apud nos integra sunt. *περὶ ῥήσου στρατηγήσαντος ἐν παιωνίᾳ*[1]) non libet scribere. Et ipsius et Reipub. vicem doleo. Narrantur fabellae non committendae Epistolis. Sed esse in itinere fertur. Quidam[2]), ut narrant, suo more egit, convasavit triginta millia aureorum ac amplius, et abiit.

Hac nocte somniavi me in patriam a *Ludovico Palatino* revocari. Fortassis ille mortuus vocat me in caelestem patriam. Bene vale.

Philippus Melanth.

No. 2575. 11. Nov.

Ge. Spalatino.

† Ex apogr. in cod. Dresd. C. 140. p. 47b. ep. 65. descripta a Cl. Gersdorfio.

Georgio Spalatino.

Aliquoties mihi ad te scribenti venit in mentem versiculus Euripidis apud quem Iolaus defensurus Herculis filios inquit *ὁ μὲν δίκαιος τοῖς πέλας πέφυκε ἀνήρ* *), hoc est: vir iustus non sibi, sed aliis rarus est. Ac arbitror me antea quoque eun-

---

20) *certe* addit cod. Monac. 90.

21) *mutuis*] sic recte cod. Monac. 90. pro *multis*, quod Peuc. et Pez. habent.

22) Peuc. *moderatio*, *et maxime civilis est*, *et.*

*) Peuc. *illucente.*

1) Marchionis.

2) Pet. Pocinus. C. W.

*) Heraclid. v. 2.

dem versiculum ad te scripsisse. Facies igitur, quod soles, iuvabis mediocribus ingeniis praeditos, nec a tua consuetudine et natura propter aliquam ingratitudinem abduci te sines. Comperi enim te officia iustitiae et beneficentiae omnium maxime intelligere et colere. Voluerunt uterque *Matthaeus* et *Coecus Bernhardus* tibi meis literis agi gratias, ut testimonium extaret gratitudinis ipsorum. Ago igitur tibi gratias et ipsorum et meo nomine. Nam ad me quoque pertinere iudico omnium modestorum scholasticorum fortunam. Legi his diebus historiam Diodori Siculi de successoribus Alexandri. Nam inde quaedam sumenda sunt in Danielis enarrationem. Mira continet exempla factorum et consiliorum, praemiorum et poenarum. Scio te avidissime lecturum, si latina haberes. Ea de re cum *Ioachimo* agam. Bene vale. Die Martini 1542.

Phil. Mel.

No. 2576. 14. Nov.

Nic. Medlero.

E codice Bavari Vol. II. p. 329. edita a Zschelchselio in d. Unsch. Nachr. ann. 1789. p. 899., repetita a Danzio ep. 15. Nunc e cod. Bav. denuo accurate descripta.

Clarissimo viro, et egregia pietate, virtute et eruditione praedito D. Nicolao Medlero Doctori Theologiae docenti Evangelium in Ecclesia Naoburgensi.

S. D. In Deo sumus, vivimus et movemur. Hunc aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, fontem et auctorem vitae, oro, ut te servet incolumem propter Evangelii propagationem et domesticam Ecclesiam tuam. Filius, dei beneficio, recte valet et discit. Placet D. *Luthero*, ut tua querela principi mittatur, et ego eam hodie D. *Pontano* legendam misi, quem adibo, ut eius consilium audiam. Mi *Nicolae*, dolemus omnes, negligi constitutionem Ecclesiarum vestrarum; sed scis, aulas suis spinis impediri, nec unquam curaturas esse Ecclesiam, ut boni in ipsis aulis cupiunt. Tuum nuncium remitto; nam propter luem grassantem in Turingis moleste tulissent aulici, mitti ad se nuncium vestratem. Ipse curabo, ut et literae perferantur et responsum tibi mittatur. Scio etiam nunc in his belli Belgici curis non responderi subito. Bene vale. Die Novembris 14. 1542.

No. 2577. 18. Nov.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 416 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 289.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo carissimo in Academia Lipsica,

S. D. Etsi in tanta Imperiorum confusione, vel ruinis potius, artium interitus etiam metuendus est, tamen mi *Ioachime*, cum Ecclesia Dei mansura sit, ornare eam aliqua cum spe non desinamus. Et haec semper aliquas Philosophiae reliquias conservavit, deinde quid agere melius, aut quid omnino agere aliud nobis quidem dignum possumus, nisi hoc ut Studiis honestae doctrinae, quantum conceditur, opitulemur. *Ioachimum Rheticum* tibi commendo, quem quidem consiliis iuvabis tuis fidelissimis in illa vestra Philyra, quae, ut omnes caeterae Resp., multa habet ἕλκη ὕπουλα. De *Alesio* curabis, ne quid edat contra ullos. Mitto tibi nostram defensionem pro eo scriptam, cum inepti homines in aula ad Academiam nostram scripsissent, de eo puniendo. Exemplum *Alesio* ostendes. mitto et aliam nostram Epistolam ad Lotharingum, nomine Principum scriptam *). Versus Graecos in Danielem viginti aut circiter componi a te velim. *Stigelianum* Epigramma mihi placet. Bene vale, die XVIII. Novemb. Doctorem *Sebastianum Hellerum* profecto ingeniosum virum audio mortuum esse.

Philippus Melanth.

In Danielem Ioh. Stigelii.

Haec quicunque legis Danielis scripta Prophetae,
Qui tibi de Christo nuncia vera canit,
Aspice regnorum seriem, et titubantia fata,
Quaeque abiisse diu, quaeque futura docet.
Aspice decidua vix stantem mole Gigantem,
Quam titubat fragili morbidus ille pede.
Scilicet occiduo declinant omnia mundo,
Actaque ad extremum fabula spectat opus.
O quicunque cupis venientem cernere Christum,
Iudicium expectans disce timere Dei.

---

*) vid. supra d. 7. Nov.

No. 2578. (18. Nov.)

Academiae Francofford.

Edita a Pezelio in Mel. Consil. lat. P. I. p. 528. — Hic ex autographo in cod. Goth. 404. p. 68., quod est prima scriptura.

(*Academiae Francofordianae.*)

S. D. Magnifice Domine Rector, viri clarissimi. Memini Basilium dicere: *Non tam sinistrae opus esse dextra, quam Ecclesiae concordia docentium*: Itaque qualiscunque sum, tamen meo loco et hortator fui multis, in nostris Ecclesiis, ad tuendam concordiam communem, et aliquid studii ac diligentiae ad coniungendas voluntates nostri ordinis contuli, maximeque optarim praecipue eas Academias, in quibus non tantum disciplinae humanae traduntur sed etiam Ecclesiae doctrina de Deo sonat, vera et aeterna concordia inter se devinctas esse. Nec vero dubito profuturum Academiarum consensum ad publicam Germaniae pacem, aut si fatis impedimur, tamen Ecclesiae erunt tranquilliores, si Academiae inter sese cohaerebunt.

Si quae igitur istic dissensiones exortae sunt aut antea, aut modo, vere adfirmare possum, nullius animum unquam a me incitatum esse. Certe *Alesium*, ut aculeos suos cohiberet, saepe rogavi, quod epistolae meae prolatae testabuntur. Nec ego de facto cuiusquam ex vestris iudicavi: De doctrina etiamnum id sentio, quod arbitror vobis omnibus probari, quodque video velle *Alesium*: Scortationem publicam a Magistratibus et posse et debere puniri: Etsi discrimen est inter adulterii poenas et scortationis. Et quam multa in hanc sententiam vere et graviter dici possint, disputare apud homines doctissimos fuerit ineptum. Nec eo connivere Magistratum necesse est, quia non sit expressa poena iure Romano. Ne quidem Laconico iure constituta erat poena adulterii, quae tamen pium Magistratum in ea gente acerrime punire decuit*). Haec non ascripsissem, nisi vos disputationem vestris literis inseruissetis. Quod vero sanare et obruere has offensiones studetis, prudentiam et gravitatem vestram laude dignam esse iudico **). Cum enim nulla sit politia, in qua incidant interdum offensiones, ut Demosthenes inquit, has esse politiarum morbos communes: Scitis prudentum gubernatorum esse, providere, ut quam placidissime sanentur. De me velim hoc vobis persuasissimum, me et Academiae vestrae ex animo bene velle, et optare, ut omnibus bonis rebus floreat, et sit tranquilla.

Saepe ita dico, ut una est Christi Ecclesia: Ita nos iudicare debere, omnes Academias ubicunque terrarum, in quibus vera doctrina de Deo sonat, unam esse Academiam. Bene et feliciter valete.

*) Pez. *decuit* male.
**) Reliqua autographi abscissa sunt.

No. 2579. 22. Nov.

Mich. Meienburgo.

Edita ex autographo Mel. a Car. Morgenstern, Dorpatensi, in Progr. „narratio de quadam epistolarum autographorum congerie." P. I. Dorpati 1807. fol. p. 4.

Clarissimo et Optimo viro D. Michaeli Meynburg, praecipuo Reip. Northusanae Gubernatori, amico suo.

S. D. Deus coherceat coecum istum senem [1]), furiis suis turbantem amicitias bonorum necessarias reipublicae. Cum adesset nuper, misit ad me literas minaces: rogatus non venit ad me, cum antea ei semper cibum dederim. Itaque suspicatus sum, eum aliquid mali struere. Et sciebat, ut est in pravis naturis cum stultitia minax astutia, sibi non esse utile, si ego adhiberer. Acta igitur res est clam me. Nec postea D. *Lutherus* ullam mentionem eius rei fecit. Vos hortor, ut pro vestra gravitate placide has molestias feratis, quas veritas et tempus sanabit. Sed optarim, illum maledicum ali a suo Abbate, ne huc veniret. Plenus est furiis et veneno. Quod suspicamur, ab affine vestro *Philippo* aliquid aspersum esse odii, non arbitror, quia prorsus nihil negotii est *Philippo* cum *Luthero*. Et longo tempore hic non fuit. Arbitror certo consilio familiaritatem

1) *Iohannes Crusius*, sive *Kraus*, qui camerarius fuerat monasterii Walkenried, et nunc postulabat, ut aleretur ab Abbate Walkenridiensi Iohanne Holtegel. Venerat mense Iulio Vitebergam et Lutheri iram accenderat in Abbatem et Michaelem Meienburgum, ut ex epistola Lutheri ad Ionam vehementiore, (apud de Wett. T. V. p. 482.), d. d. 23. Iul. 1542. intelligitur. Vid. etiam epp. Melanthonis d. d. 19. Iul. et 20. Oct. h. a. — Caeterum de re ipsa conf. Leuckfeldii antiquitatt. Walkenried. P. II. p. 93.

huius ab eo vitari. Literas vestras [2]) curabo exhiberi apto tempore. Nunc enim distuli propter D. *Lutheri* valetudinem. De negotio *Adriani* mittam *Ioachimo Camerario* literas vestras. De *Otthone* [3]), quem ad vos misistis, significabitis mihi iudicium vestrum. Iussi ut vestrae autoritati obtemperet. Et quanquam est homo pauper, et in oppido inculto vixit, tamen ingenii dexteritas et integritas in eo mihi placet. Videtis quam rara sit moderata et candida natura, ac amans communis tranquillitatis [4]). De canonicorum opibus brevi hic edetur liber, scriptus a D. Iuris *Basilio* [5]), qui de transferendis reditibus ecclesiasticis ad veros usus ex ipso Iure Canonico disseret. Bene valete, die 22. Novembris.

Philippus Melanthon.

No. 2580. 28. Nov.

Senatui Ratisbon.

Edita in Nordhusa illustri, auct. *Io. Heinr. Kindervater*, Wolfenbütt. (1715. 8.) in praefatione.

Den ehrbaren, fürsichtigen Herrn Bürgermeister und Rath der Stadt Regensburg, meinen günstigen Herrn und guten Freunden.

Gottes Gnade durch seinen eingebornen Sohn Jesum Christum unsern Heiland zuvor. Ehrbare, weise, günstige Herren. Ew. Weisheit Schrift habe ich empfangen auf den 25. Tag Novembris, welcher die Jahreszeit ist des Tages, da Maccabaeus den Tempel Gottes zu Jerusalem wieder erobert und reiniget, und den Abgott herausstieß und verbrennet. Wie nun Gott wunderbarlich die Zeit seiner Kirche Hülfe und Rettung gethan, also bitt ich von ganzem Herzen, daß er, der ewige Gott und Vater unsers Herrn Jesu Christi, Ew. W. und andern christlichen Regenten Hülfe und Schutz erzeigen wolle, seine Kirche wiederum zu reinigen und zu erbauen, daß sein Erkenntniß nicht verlösche auf Erden, daß auch viel Menschen ihn recht anrufen und selig werden. Denn wahrlich die Päpstlichen Mißbräuche so groß sind, mit ihren abgöttischen Messen, Heiligendienst, Möncherei, Unwissenheit des rechten Glaubens und Vertrauens auf Christum, daß alle Regenten darein greifen, und sie getrost abthun. Denn solches hat Gott allen Regenten geboten, wie der Psalm spricht: *aperite portas principes vestras.*

Soviel aber Magistrum *Hieronymum Nopum* *) belanget, wird Ew. W. sein Gemüth aus seiner Antwort vernehmen; nämlich, daß er zugesagt, sich zu Ew. W. auf künftige Fasten zu verfügen. Wiewohl ich nun achte, Ew. W. wolle lieber, daß er bald ankäme, und wir ihn dazu vermahnet haben; so hat er doch gebeten, dieser kurzen Zeit halber nicht Beschwerung zu haben. Und dieweil er verständig, gottfürchtig, sehr sittlich und friedlich ist, hoffen wir, er werde durch Gottes Gnade bei euch viel Gutes wirken. Darum wollen Ew. W. der Zeit Geduld haben. Ich habe lang mit ihm gehandelt, daß er dem Durchleuchtigen, Hochgebornen Fürsten und Herrn, Pfalzgrafen Philippsen dienen wollte; er hat sich aber vor dieser Zeit zu keinem Dienst begeben wollen. Nun hat es Gott also geschickt, daß er von Ew. W. erfordert, dazu (ich) ihm, und eurer Kirche Gottes Gnad, Hülf und Schutz wünsche. Ich hoffe auch, er soll zu Gottes Lob und Preis seliglich dienen. Gott bewahr Ew. W. allezeit. Datum Wittenberg, 28. Nov. 1542.

Philipp. Mel.

No. 2581. 28. Nov.

Io. Forstero.

† Ex apogr. in cod. Goth. 392. p. 60.

Clarissimo viro D. Iohanni Forstero, Doctori Theologiae, episcopo Noribergensi pio et fideli, amico suo,

S. D. Deum patrem liberatoris nostri Iesu Christi aeternum, qui elegit sibi Ecclesiam, in qua agnosceretur et vere invocaretur, toto pectore oro, ut servet et gubernet Ecclesiae suae reliquias, ne ipsius nomen prorsus extinguatur in terris. Vides, mi carissime *Iohannes*, quam angusti sint

---

2) ad Lutherum.

3) Anton. Otto, Pastor Nordhus., vid. ep. d. 15. Sept. h. a.

4) In hac laude Melanthon valde se fefellit.

5) Basilio Monnero?

*) Nopus, Wirtembergensis, commendabatur Senatui Ratisbonnensi a Luthero ad instituendam ecclesiam Ratisbonnensem secundum praecepta Evangelii. Mansit Ratisbonnae usque ad annum 1548., quo propter librum, qui Interim dicitur, secessit ex illa urbe, et anno 1551. diem obiit Norimbergae. — Vid. etiam de Nopo epist. Lutheri ad Senatum Ratisb. d. 27. Nov. 1542.

limites verae Ecclesiae. Magna pars mundi tenetur a gentibus, quae maledicunt filio Dei, a Turcis, a Papistis defendentibus sua idola. Quare quod Ecclesia Ratisponensis emendatur, gaudeo, et precor filium Dei, ut suae messi excitet operarios fideles. Spero, *Nopum* [1]) utiliter Ecclesiae serviturum esse, et isthuc vocatum esse gaudeo, ac optarem, mox esse profectum. Sed nosti eius contationes. Vir est optimus, cuius exemplum spero etiam profuturum illi Ecclesiae. Senatus Noribergensis, ut spero, non gravatim tibi concedet, ut maneas Ratisponae usque ad *Nopi* adventum. De elevatione .... [2]) sed de hac re alias disseremus. Deum patrem domini nostri Iesu Christi oro, ut te gubernet. Bene et feliciter vale. Die 28. Novembr. 1542.

Ph. M.

No. 2582. (Nov. h. a.?)

Io. Sturmio.

Gabbema Epp. p. 74.

Clarissimo viro, et excellenti virtute et eruditione ornato Iohanni Sturmio, *amico suo carissimo.*

Haec cum scriberem nondum advenerat, quem spero et litteras a te adferre et de Rep. multorum sermones ac divinationes narraturum esse. Moto enim bello Gallico, magnae rerum humanarum conversiones impendent. Rex *Gallicus* cum filiis duobus in castris est, quae nunc in Nerviis esse dicuntur. *Brabanti* adhuc tenent oppidum *Hensberg* *), ad quod cum accessisset alius exercitus Brabanticus, statim revocatus est, ut Gallis occurrat. Aiunt et Anglorum copias vagari in extrema ora regni Gallici. Haec iam ferebantur, nec dubito famam atrociora nunciaturam esse, priusquam hae literae ad te perveniant. Arbitror autem, te, ut alios bonos Viros ubique terrarum magno in dolore esse propter Remp., Ecclesias, literas, multa etiam de futura vastitate et victoris iracundia cogitare. Quare si quam consolationem in tantis publicis malis aut παραμύθιον ad te scribere possem, non aliud argumentum aptius huic tempori arbitrarer. Ego quidem etsi et lugeo Remp. et lugendam censeo: tamen eo moderatius haec mala fero, quia bellum non ex nostris controversiis, sed ex stultis Principum cupiditatibus *καὶ πολυπραγμοσύνῃ* exarsit. Deinde si fato *Caroli* potentia crescet, ut multi augurantur, etiamsi erit *μοναρχία*, domini lenitate mitigabitur. Denique etsi ruinae imperiorum saepe duriter quassarunt Ecclesiam; tamen scimus, Deum ei quaedam hospitia servare, ac fortassis in Germania in urbibus, quae et aequissimis imperiis reguntur, et munitissimae sunt, propter hos ipsos Regum tumultus, qui impendent, Ecclesias collocavit, ut latebras habeant tranquilliores, ne studia literarum penitus deleantur. Saepe igitur duplici nomine vos beatos esse iudicavi, et quia a Principum negotiis procul abestis, et quia in illa urbium tranquillitate literarum studiis uberius frui potestis. Nostrae Scholae quoties subitis *καὶ πανικοῖς* tumultibus Principum turbantur?

Deinde quo iam me animo esse censes de Turcica irruptione cogitantem, quae vastitatem minatur toti huic Germaniae lateri in quo Academiola nostra sita est *). Quid in altera Europae parte de Lutetia futurum censes, si Hispani Gallias deripient? **) Nos quidem, dum licet, studia literarum colimus, ut posteritas seminaria Ecclesiarum habeat, teque id magis facere convenit, qui et ingenio me multosque alios superas, et in Aristocratia tranquillissime vivis, ubi etiamsi fortassis quadam communi Germaniae rusticitate, nostrae literae minus sunt in honore quam decuit, tamen alia commoda multa sunt, quae nos non habemus. Non premunt vos Aulicae Tyrannides, non impediunt disciplinam, non fallunt pacta, valet legum authoritas, retinetur tranquillitas. Possem alia multa recitare, quae omitto. Etsi igitur quaedam istic desideras, ut in proxima tua epistola significas: tamen te adhortor, ut hoc

---

1) Hunc etiam Lutherus Forstero commendat d. 27. Nov. h. a.

2) est verbum compendio scriptum, quod quid sit definire non possum. Fortasse: *respondi*, vel *rescripsi*.

*) Heinsberg in Ducatu Iuliacensi. Loquitur igitur epistola de bello adversus Ducem Iuliacensem, quod anno 1542. dux Caroli Imperatoris cum copiis ex Brabantia eductis gessit. Fortasse mense Nov. 1542. scripta est.

*) Expectabatur anno 1542. irruptio Turcarum in Silesiam.

**) Bellum inter Caesarem et Regem Galliae, cum quo coniunctus erat Dux Iuliacensis, exarserat iterum mense Maio 1542. Vid. Sleidan. comment. p. 407 sqq. p. 416.

praesertim tristissimo tempore, sapientiam esse statuas τὰ παρόντα στέργειν, et domicilium illud, quod contigit, boni consulas, et magno animo docendi laborem profuturum posteritati perferas. Vidi aulas vere, ut Lucianus inquit, similes esse tragicis libris, qui foris pulchre ornati sunt, intus continent tristissimos casus. Minus est splendida scolastica vita; sed revera melius de genere humano meretur. Quid est enim utilius, addo etiam quid gloriosius est, quam teneras mentes salutari doctrina de Deo, de Natura rerum, de bonis moribus imbuere. Id lumen est unicum vitae. Nec tu eas scholas aut coetus vestro sodalitio anteferas, in quibus magis ostentationi ingeniorum quam utilitati iuventutis ac posteritati servitur. Quodque in his nostris conventibus, quod saepe deploro, disciplinae vincula nimium laxata sunt, vos vestrum gregem facilius et regitis et coërcetis, et hac in re legibus et authoritate gubernatorum adiuvamini. Scriberem ad te de vita scholastica prolixius, nisi scirem, me inepte facere, si longam declamationem, homo infans, apud eloquentem instituerem; tantum animi mei iudicium tibi ostendere volui, quod in proxima epistola significare visus es quaedam in tuo munere βαρέως φέρειν. Sed expecto a te et longiorem et dilucidiorem epistolam. Bene vale et ignoscito meis ineptiis. Salutem opto D. *Gerbelio*, D. *Sapido* et *Cratoni* nostro.

Philippus Melanthon.

No. 2583. 4. Dec.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 418 sq. (ed. Lond. IV. ep. 291.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo

S. D. Mitto tibi fasciculum litterarum, in quo est *Northusana* epistola de negotio Doctoris *Adriani*. Etsi autem memini, quae mihi de mollitie animi ipsius narrasti, tamen quid aliud agere possumus? Necesse est plane respondere, ne, ut in Comoediis, tela texatur aliarum turbarum. Mater prius dimisit a se filiam alteram sane infeliciter, ut istic audire potes. Eo exemplo commonefacta hanc in oppido suo retinere cupit. Ignosco sollicitudini honestissimae matronae. Nam et ipse domestico exemplo didici, quam sit ea res aerumnosa. Utinam *Adrianus* philosophico animo legat litteras. Sed si putabit nondum deponendam esse spem, expatiandum erit aliquando ad ipsam matrem.

Addidi et alias epistolas *Baumgartneri* ac *Viti* Noribergensis, de quodam concionatore amico *Alesii*: velim igitur te eas epistolas *Alesio* tradere, ac iubere eum, ut quam primum scribat illi suo amico, quem tamen nunc arbitror in Marchia retineri, pulso *Albero* *), qui liberius, et ut vera muneris ratio poscit, taxavit immoderatas expilationes καὶ βουλιμίαν aulicam. Sed haec alias. Bene et feliciter vale, die 4. Decembris.

Philip. Melanth.

No. 2584. 4. Dec.

Eidem.

Epist. ad Camerar. p. 419 sqq. (ed. Lond. IV. ep. 292.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi in Academia Lipsica, amico suo summo et carissimo,

S. D. Cum his diebus interpretari *Murenianam* orationem cepissem, tuasque enarrationes adiungerem, legi dulcissimam concionem tuam, de Amicitia. In hac visus sum mihi videre imaginem animi tui, vera ratione cum caeteras virtutes, tum vero amicitiam colentis, magnamque ex cogitatione tuae virtutis et nostrae amicitiae voluptatem cepi. Nec potui facere, quin id tibi significarem. Deum etiam oro, ut studia nostra gubernet, ac faciat, ut nostra coniunctio prosit Ecclesiae suae. Equidem mihi conscius sum, amicitias non solum privatae utilitatis aut suavitatis caussa, sed, ut in exercitu, propter communem concordiam appetiisse. Quid enim habet mea vita πλεονεκτικὸν, possum et hoc adiicere de me, quod ὑπὲρ Κτησιφῶντος Civis noster de sese praedicat, βάσκανον καὶ πικρὸν καὶ κακόηθες πολίτευμα οὐδὲν ἐμόν ἐστι. Sed tamen scis quales erga me quidam fuerint eorum, de quibus bene meritus sum, qui quidem ut mihi nocere possent, prius

---

*) Erasmo Albero.

Ecclesiam turbandam esse duxerunt. Talis fuit *οἰνοχόος* *), quem istic tacere iussistis. Successori candidiorem animum opto. Nam hunc quoque mutasse videtur *ὁ ἐρίζων περὶ ἐνδελεχείας* **). Haec significanda tibi esse duxi. Nam etiamsi est, ut volumus, tamen utile est praeceptum Archidami apud Thucydidem, *περὶ παντὸς ποιητέα εἶναι κόσμον καὶ φυλακήν*. Haec ut scriberem, illius tuae suavissimae pagellae lectione motus sum.

Nec de Repub. quidquam habebam *ἀξιόλογον*: de Synodo Tridentina, de Conventu Norico, denique de Imperio Germanico, *εὐχῶν ἔργα ἐστί*. Nos nostra officia faciamus nostro loco. Quid in Synodo fieret? cum *Pigius* tam rabiose nunc scripserit, quem adversarii in deliciis habent. De morbo originis dissentit ab universa Ecclesia, nec habet aliud firmius argumentum, quam quod ait, *τὴν ἐπιθυμίαν εἶναι φυσικὴν ὄρεξιν*. Nec potest discernere inter *ἀταξίαν, καὶ κτίσμα*. Deridet postea amentiam nostram, quod dicimus singulis opus esse, ut credant pro seipsis filium Dei victimam esse factum. Omitto caetera, et talis Scriptor nunc Romae triumphos agit.

In conventu *Noribergensi* plus erit rixarum, quam fuit in prioribus: concurrunt caussae Brunsvicensis, Iuliacensis, Pannonica. In reditu est occupatum Leninense *κοινόβιον*, ne frustra putes expeditionem susceptam esse. Sed omitto has fabulas. Nam urbis vestrae compita omnia plena sunt horum sermonum.

De meo praelio, sollicitudo tua plena amoris et verae benevolentiae mihi iucunda fuit. Sed res aliter acta est. Audieram fere tertia vigilia noctis quosdam ebrios Phrysios tumultuari ante collegium: descendi igitur, ut compescerentur: partim mox diffugere, partim praehensi lachrymis veniam precati sunt: feci meo more, obiurgatos dimisi, postridie rursus ad me deprecatores miserunt. Utinam nostri Pannonici Duces tam facile pepulissent Turcos. Bene et feliciter vale, die IIII. Decemb. *Osiandro* misi *ζήτημα Πλατωνικόν*.

Philippus Melanth.

---

*) Iacob. Schenck.
**) Vit. Amerbach. C. W.

N. 2585. 4. Dec.

Vito Theodoro.

Epist. lib. IV. p. 168 sqq. — Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 370.

D. Vito Theodoro, docenti Evang. in Ecclesia Noriberg.

S. D. Meministi te in proximis literis scribere, gratum tibi fuisse in praefatione Micheae commemorationem Tuae cum *Luthero* consuetudinis. Eas ego literas *Luthero* legendas dedi, et sensi, eum studio tuo delectari. Velim igitur te interdum ad eum scribere, praesertim cum nunc occasionem et argumenta suppeditaturus sit Conventus. Saepe hoc recito, quod Plato ex, nescio quo, Poëta citat.

οὐ χρυσὸς ἀγλαὸς,
οὐδ᾽ ἀδάμας ἀστράπτει
πρὸς ὄψεις,
ὡς ἀγαθῶν ἀνδρῶν
ὁμοφράδμων νόησις.

Est autem et arte quadam ac Philosophia tuenda Concordia, et alenda benevolentia mutua.

De *Musculo* et Numburgensi gratiam vobis habeo, ac *Musculo* quamprimum tuarum literarum sententiam significabo. Sed fortassis in Marchia retinebitur, ut succedat *Albero*, qui nunc pulsus est, propterea quod taxavit immoderatas expilationes *βουλιμίαν* aulae, quae tanta est, ut necesse sit, sequi rerum mutationem, ut *Capnio* dicere solebat: *cum duplicantur lateres*, † *tunc venit Moises*, alludens ad Aegyptiam tyrannidem.

Rediit domum *ὁ παιωνικὸς στρατηγός*, et mox occupavit Monasterium Leninense, quod non reprehendo, sed optarim eum sibi occupare. Verum haec nihil ad nostras literas.

De *Schola Aegidiana* cum stipendium tam sit luculentum, detulimus id munus *Hieronymo Wolfio*, cuius eruditionem, modestiam et pietatem vobis notam esse scio. Et diutius sumptus non habet, ac vobiscum vivere mallet, quam alibi; sed ait, se nec voce ad canendum valere, nec Musicum esse. Si gubernatorem Scholae necesse erit Cantionum *ἔξαρχον* esse in templo, non est accepturus id munus. Sed si non habet Musicas operas, petit. Velim igitur hac de re mihi plane *καὶ ῥητῶς* responderi. Nam si sunt operae Musicae, alter, de quo scripsi, erit idoneus. Et

valet is quoque ingenio, ac modestia eximia praeditus est, et attigit universae Philosophiae studium, et scribit Carmen et solutam orationem satis feliciter.

Amsdorfius mihi scripsit, se tibi munus missurum esse. Nos Danielem his nondinis, ut spero, edituri sumus, in quo sunt historica multa, quae studiosis prodesse possunt. *Erotemata Dialectica* nondum sunt absoluta, sed ita adornantur, ut Scholastici sint habituri in eo opere integram Dialecticen. Inserui et explicationem Syllogismorum, de quibus saepe disserunt Theologi, cum περὶ τριῶν ὑποστάσεων οὐσίας θείας disputant. Et quanquam hae Scholasticae nugae ridentur a multis, et me in Sycophantas varie incurrere video, tamen utilitati Ecclesiae serviendum censeo. Et serviam, Deo iuvante. Οὐ γὰρ δύναται ἄνθρωπος λαμβάνειν οὐδὲν, ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Deum ergo oremus τὸν πατέρα Ἰησοῦ Χριστοῦ, ut faveat et adspiret nostrae militiae, et faciat, ut prosimus Ecclesiae. Huc certe dirigo meos labores, non ad carpendam aliorum industriam, ac puto, meam voluntatem et tibi et multis aliis perspectam esse.

Dictavi in Schola rursus Explicationem doctrinae περὶ δικαιοσύνης πίστεως. Etsi filum sequor, quo sum usus in Romanis, tamen hic quaedam sunt uberiora. Literas tibi mitto inscriptas *Martino Weyher*, Pomerano Equiti, qui nunc est in Academia Ingolstadiensi, quaeso ut ad eum transmittas per fortuitum tabellarium. Bene vale. Die 4. Decembris.

Philippus Melanthon.

No. 2586. 6. Dec.

Io. Lango.

+ Ex apogr. in cod. Goth. 399. p. 170.

D. Iohanni Lango, Theol. Erfordiensi.

Gratias ago Deo aeterno patri liberatoris nostri Iesu Christi, autori vitae et lucis, quod te servavit incolumem cum familia tua, ut audio, cum in reliqua civitate grassata sit lues non mediocriter. Credo esse curae Deo ministros Evangelii, eoque magis, quia res ostendit, satis hunc aerumnosum gregem in magno odio esse diabolo et eius organis. Sed filius Dei vincet. Codex tuus*) bona fide tibi restituetur. Nescio cur typographus interim suo magno detrimento maluerit sumptus facere in cudendis deliriis Mahometi. Et dedit poenas. Nunc expecto literas eius. Nam hinc missus est Basileam nuncius. Dominus D. *Lutherus* Dei beneficio bene valet. Ecclesiam vestram hortamini, ut piis precibus precetur adversus Turcas. Nam profecto his regionibus vicinis Silesiae magnum periculum est. Sed erit hospitium Ecclesiae in urbibus. Ideo omni cura vobis annitendum est, ut vestrae Ecclesiae conserventur. Bene vale. Die Nicolai.

Ph. M.

No. 2587. die brumae.

Io. Brentio.

Epist. lib. III. p. 196. (ed. Lond. lib. III. ep. 117.) — Apographa in cod. Zeltn. Dresd. ep. 15. et in cod. Monac. 89. no. VI. p. 75.

Iohanni Brentio

S. [1]) Ex literis Academiae Lipsicae intelliges Ducem Saxoniae *Mauritium* cupientem instaurare studia doctrinae Ecclesiasticae in Academia, magnopere velle te adhibere [2]) Gubernatorem, ac iussisse, ut voluntas tua exploretur. Nam si cognoverit te non gravatim venturum esse Lipsiam, et vel anni vel biennii operam his regionibus praestare [3]) velle, scribet ad te ipse de voluntate sua copiosius.

Etsi autem scio te ultro Ecclesiae, ubicunque terrarum potes, libenter opitulari, et si qua est [4]) opus adhortatione, in aliorum literis satis erit autoritatis: tamen ita visum est quibusdam, ut meas literas adiungerem, quod propter veterem et nulla temporum varietate [5]) labefactatam amicitiam nostram concedi mihi arbitrabantur, ut vehementius hanc causam apud te agerem. Gessi morem viris optimis, qui graves consilii sui causas habebant.

---

*) i. e. Epiphanius, vid. epist. ad Lang. d. 21. Febr. 1543.
1) ed. Lond. *S. D.*
2) Cod. Monac.: *adhiberi.*
3) *praestare*] cod. Monac.: *praebiturum.*
4) Cod. Monac.: *esset.*
5) Cod. Monac. addit: *unquam.*

Quanquam autem multa solent incidere, propter quae Senatus vester[6]) domi te et tanquam in specula esse mallet: tamen Ecclesia vestra, Dei beneficio, ita constituta est, ut aliquandiu usurariam tui operam aliis concedere possit. Quare non solum te adhortor, sed etiam oro, ut operam tuam Lipsicae Academiae deferas.

Causae duae verae et graves sunt. Scis Deum semper addidisse Ecclesiis agmina aliqua literis dedita, quorum hoc proprium munus fuit, ut explicationem locupletiorem caelestis doctrinae certis testimoniis traditam conservarent, propagarent et defenderent. Scis ita scholas habuisse Prophetas, Baptistam, Christum, Apostolos. Ac tantum momenti ea res habet, ut, quoties Scholae Ecclesiis adiunctae dissipatae sunt, aut doctrinae genus mutatum sit, aut densae[7]) tenebrae Ecclesiam oppresserint. Accidit enim illud, quod est apud Prophetam: *Quia repulisti scientiam, repellam te.* Agamus igitur gratias Deo, quod alicubi literarum reliquias tanquam ex naufragio colligi concedit, et nos, quantum possumus, ea in re Ecclesiae serviamus. Me quidem haec una causa in Academia, in militia profecto laboriosa, ut nihil aliud dicam, retinet.

Scio te istic in tuo munere praeclare de Ecclesia mereri: Sed haec pars etiam non est negligenda. Hic seminaria excolenda sunt, ut posteritati prospiciatur. Haec[8]) animo intuearis, quae, si Scholae conticescent, aut nullos habebit Doctores, aut ineruditos, qui non poterunt sustinere praecipuam sui muneris partem, videlicet doctrinae[9]) explicationem et defensionem. An ἀπὸ κοπῆς ἐπὶ τὸ βῆμα, ut olim dicebatur, producemus Oratores, ad muneris omnium maximi et difficillimi functionem? Quare te etiam atque etiam obtestor, ut hanc professionem, iuvandae Academiae causa, suscipias.

Alterum argumentum tibi fortassis harum regionum ignaro videbitur levius. Sed si quid mihi vel iudicii vel diligentiae in consideranda Republ. tribuis, scito gravissimum esse. Lucet in Duce *Mauricio*, Dei beneficio, indoles ad virtutem egregia: Mihique de fatalibus periculis Germaniae cogitanti, hic iuvenis unus, aliquanto post praesidio universae Germaniae futurus esse videtur. Quanquam autem constanter Ecclesias tuetur, et de studiis bene sentit: tamen etiam mediocrium Principum benevolentiam, non solum assiduitate et studio, sed etiam arte quadam alere et confirmare convenit. Scio Ecclesiam non debere humanis praesidiis niti, nec mihi quaero defensores, sed ipsis Principibus, Ecclesiae, politiis, iuventuti nos consulere decet. Vult Deus et commonefieri Principes a nobis de ornamentis vitae, et nos illorum animos quadam dexteritate conciliare. Quanta comitas est Esdrae et Nehemiae erga Regem Persicum? Haec diligentia seu prachensatio, et necessaria est et non inutilis, etiamsi non semper obtinemus optima. Pugnandum est tamen arte. Impetrat Daniel reditum civibus: Id decretum vivo Cyro rursus mutatum est, neque tamen Daniel desiit iisdem Regibus servire, sed iniuria dissimulata manet in statione, et eventus expectat secundiores[10]). *Οὐ δύναται ἄνθρωπος λαμβάνειν οὐδὲν, ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τῶν οὐρανῶν*, inquit Baptista. *Τότε οὖν ἡ στράτεια ἡμετέρα εὐτυχεῖ ὅταν ἡγεῖται καὶ χορηγεῖ ὁ Θεός· δεῖ δὲ ἡγουμένου θεοῦ*[11]) *ἕπεσθαι.*

Scis in omni gubernatione plurimum esse aerumnarum: Quare nos commoditate nostra, sicubi possumus, bonis Principibus lenire molestias convenit: Itaque[12]) facilius obsequamur, *καὶ εὐκολώτερον*[13]). Hac tua facilitate reddes hunc Principem studiis et ordini nostro devinctiorem.

Exposui tibi meam opinionem simpliciter, ut sentio: Meos mores et meam Philosophiam in hoc genere bene[14]) exprimens: etsi mea Oratio aliquanto minus habet severitatis, quam tua. Sed hoc tuum iter etiam severissimis censoribus probare posses. Quid enim honestius quam iuvare studia et Ecclesiam? Quid? quod ea est civitatis disciplina, ea concordia omnium, qui docent Ecclesias, ut non difficilem administrationem fore arbitrer? Aliquid fortasse negotii erit in consti-

6) *vester*] sic cod. Monac. pro *noster*, ut habet Pez.
7) *mutatum — densae*] cod. Monac.: *mutarunt, densae.*
8) Cod. Monac.: *hanc.*
9) Cod. Monac. addit: *expositionem.*

10) Cod. Monac.: *secundos.*
11) Cod. Monac.: *ἡγουμένῳ θεῷ.*
12) Cod. Monac.: *quare.*
13) Cod. Monac.: *εὐκολωτέρως.*
14) Cod. Monac.: *pene* (i. e. paene).

tuendo foro [15]) Ecclesiastico: Caeterae partes, viro docto in Schola, ubi inter doctissimos versaberis, etiam iucundae esse poterunt. Quantam voluptatem ex *Ioachimi* consuetudine capies? Cuius prudentiam et fidem arbitror tibi magno usui: Eruditionem vero et humanitatem illam genuinam, ac prorsus nullo tinctam fuco, solatio futuram statuo.

Interdum et mihi exspatiari ad vos licebit, aut vobis ad nos. Nam, Dei beneficio, adhuc ea est utriusque scholae concordia, ut utrumque fere unum Collegium dicere possis. Ad hunc consensum confirmandum autoritas tua etiam multum conducet.

Quid mihi videatur exposui. Nunc et Deum precor, ut tuum consilium gubernet, et te oro, ut me simplici animo haec scripsisse statuas, ac vere ita iudicare: recte te facturum esse, si Principi in hac re gratificeris. Vale. Die Brumae. 1542.

No. 2588. (hoc temp.)

Ant. Lauterbachio.

† Ex apogr. cod. Goth. 190. p. 102.

Viro optimo D. Mag. Antonio Lauterbach, Pastori eccles. Pirnensis, amico suo cariss.

S. D. Habeo tibi gratiam, optime et cariss. *Antoni*, quod interdum aliquid de statu Ecclesiarum vestrarum significas, teque rogo, ut saepius scribas. Quod enim potest nobis esse optatius, quam videre aliquas mediocriter constitutas ecclesias? Caetera humana omnia, politiae, imperia, opes, sunt res periturae, sed lux Evangelii, Ecclesiae, sunt res aeternae. Ideo ut haec bona in suis regionibus retineant principes annitendum est. Deo gratias agamus, quod vestri Ducis animum flectit ad virtutem et curam tuendarum ecclesiarum, ac oremus ut eum regat et servet. Inscripsi ei *Danielem* bono quodam studio, ut et amicis gratificarer et ei declararem, me ipsi omnia fausta precari. Bene vale, cariss. *Antoni.*

Ph. M.

---

15) *foro*] cod. Monac.: *negotio*.

No. 2589. (hoc temp.)

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 405 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 279.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi, amico suo carissimo,

S. D. Et *Lutheri* litteras, et meas tibi mitto, de quibus statues, pro vestro iudicio. Serio vellem venire *Brentium*. Sed tamen multa mihi contra veniunt in mentem. Scio eos qui nolunt Academiam crescere ac vires accipere, arte extracturos negotia, et hominis et candidissimi consilia corrupturos, ut servi solent in Comoediis: Haec si fient, quid proderit optimo Viro negotium facere? Non sunt mihi ignotae τῶν ἀμούσων παραδυναστειῶν artes, omnes enim sunt ferme unius modi, quas cum ille fugit, fugit profecto μαντευόμενος, non enim arbitror ἐκ προαιρέσεως fugere.

De Scholastico ex Brunsuicensi ditione nihil fieri potest, donec *Franciscus* redeat, οὐδενὶ γὰρ μέλει τῆς φιλοσοφίας. sed si differri res non potest, dabo adolescenti ipse litteras πρὸς τὸν μακεδόνα, apud quem audio his proximis diebus fuisse toto quatriduo tuum collusorem *Scepperum*. Bene vale.

Philippus Melanth.

No. 2590. 12. Dec.

Eidem.

Epist. ad Camerar. p. 421 sqq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 293.)

Clariss. et opt. viro Ioachimo Camerario Bambergensi amico suo cariss.

S. D. Ante triduum apud nos fuit adolescens Gallicus *Ioannes Fraxineus*, qui ante triennium in Academia nostra studiis doctrinae Christianae et philosophiae operam dedit, ac in proximo conventu Ratisbonensi in notitiam venit Legati Gallici, nunc, ut intelligo, in aulam asscitus est. Nam et facundus est, et litteris instructus. Hunc, quia Rempub. ei notam esse existimabam (Norunt enim omnia recentes aulici) praecipue de vita *Caroli* Imp. interrogavi, et de Synodo. *Carolum* affirmabat vivere, sed phthisi contabescere, non propter venena, sed propter naturalem κρᾶσιν,

et maestitiam *). Aiebat missum a Rege Gallico peritiss. hominem, qui *Caroli* corpus diligentiss. consideraret, quod famam de veneno sparsam Gallus audisset. Memini quae saepe medici et Augustae et Ratisbonae de valetudine *Caroli* disseruerunt, his haec oratio *Fraxinei* consentanea est: spero igitur vivere *Carolum*, et ut diu vivat optemus. Venturum etiam in Italiam proxima aestate *Fraxineus* arbitrabatur, praesertim si pax inter duos Reges sarciri posset, de qua Legatos Pontifex ad utrumque misit. *Sadoletus* in Gallia est, hunc ait longa oratione latina, deinde et Italica Regi voluntatem Pontificis exposuisse, ac de eloquentia *Sadoleti* multa praedicabat. Haec prius recitanda esse duxi, quod sciebam et te optare *Carolo* vitam et incolumitatem.

Altera pars narrationis de Synodo brevissima fuit, nec posse Synodum cogi, dissidentibus duobus Regibus, nec facile ullam futuram, si pax inter Reges esset. Ne ego quidem aliud futurum, si qua cogeretur, video, nisi novorum tumultuum classicum. Somnium meministi apud Aristophanem de concione ovium, cui Balaena praeest, qua Cleonem significari aiunt. Quisquis erit autem Cleon Synodi, an concessurum putas? ut verae sententiae dicantur: illud tantum petetur, ut communia suffragia καὶ πανδημεὶ damnent nostras Ecclesias, postea promittant συμμαχίαν. Non erit igitur cognitio, sed tantum coniuratio. De hac una re disputandum illi tuo amico **), de quo ad me scribis, censeo, in qua fortassis adstipulatores habebit aliquos moderatos, ut res cognoscantur, ut a delectis deliberentur, ut patefacta veritate concordia constituatur, quia fucosa non possint esse durabilia, nec conveniant Maiestati talium conventuum. Hac de re praecipue pugnandum erit bonis. Id honeste, et tuto poterit facere amicus tuus. Scribam igitur aliquid in his feriis natalitiis, tibique afferam, adiiciam nonnihil etiam de dogmatibus. Bene vale, die XII. Decembris.

Philippus Melanth.

*) Contabuit tandem ex lue Gallica cum arthritide, quae desiit tandem in phrenitidem. C. W.

**) Iulio. C. W.

No. 2591. 12. Dec.

I. Ionae.

Epist. lib. V. p. 68 sq.

Iusto Ionae.

S. D. Filius scribit ea, quae sunt maxime ἀξιόλογα, sed postquam literas suas perscripsit, intellexi adfuturum Principem, adesse et vestrae urbis Legatos. Accepimus etiam ex aula rerum Pannonicarum historiam, quae gestae sunt in fine Septembris, cum noster exercitus ad *Pestum* accederet. Ea narratio nondum ait teneri *Pestum*, sed adductum eo esse exercitum ad oppugnandum oppidum, et spes bonas significat *). Deum oramus nostris propter nomen Filii sui Iesu Christi adsit. Laudatur Italicorum Ducum vigilantia. Il[illegible] Belgicae solicitudinem multis adferunt. Scribam plura, postquam hinc abierit Princeps, etsi [illegible] Legati narrare res aulicas poterunt. Bene v[ale]. Pridie Luciae.

Philippus Melanthon.

*) Vid. Sleidan. Comment. p. 416. Non expugnarunt [illegible] sed re infecta discesserunt.

No. 2592. 16. [illegible]

Io. Voigt.

Edita a Strobelio in Eiusd. Neu. Beitraegen P. V. p. [illegible] Unde eam descripserit, Strobelius non dixit.

Venerabili viro D. Ioanni Voigt, Pastori Ecclesiae Zizensi, amico suo.

Credo equidem, vir venerabilis, te bono st[udio] de absolutione interrogare, sed scis ipse, m[odum] quendam esse debere talium quaestionum. E[x] in scriptis Apostolorum doctrina necessaria de Dei et eius beneficiis et sacramentis tradita. Il[la] tueamur, et res ipsas conservemus. Et cons[ensus] in rebus necessariis est ecclesiae. Caeterum modo explicandi aut numerandi res in Evang[elio] traditas, etiamsi alias aliter numeramus res [ean]dem, nulla pugnantia est. Cum dicimus *duo sacramenta*, loquimur de talibus ceremoniis, [quibus] sunt coniuncta haec duo: verbum et elem[entum]. Cum dicimus *tria*, loquimur de absolutione, [quam] que vocamus sacramentum satis bona ratione.

paulo aliter quam reliqua duo, quia in absolutione non additur elementum, sed est applicatio peculiaris promissionis Evangelii ad personam, qua etiam quiddam traditur, per quod offertur remissio certae personae, sicut per baptismum et coenam domini. Convenit ergo, quod ad principalem finem attinet, sacramenti appellatio. Sed si quis hac appellatione non vult uti, non pugnabo cum eo, modo non de re male sentiat. Non rixamur de verbis, sed res necessarias retinemus. Bene vale, 8. feria post Luciae 1542.

Phil. Melanthon.

No. 2593. 17. Dec.

Ioach. Camerario.

Epist. ad Camerar. p. 425 sq. (ed. Lond. lib. IV. ep. 294.).

Clarissimo et optimo viro Ioachimo Camerario Bamb. amico suo cariss.

S. D. *Bornero* me excusavi, quod non scripsi accuratius ad *Brentium*. Nemo enim in eo quod nescit, est eloquens. Et ego alioqui sum aridus. Mihi prorsus nihil in mentem venit, cur exigui usuram temporis a *Brentio* petatis, cum non desint vobis istic professores idonei. Sed si a Principe consilium oritur, voluntatem eius laudo, et confirmandam esse omni ratione atque officio censeo. Ideo sum hortator *Brentio*, ut vobis operam suam promittat: de epistola statuetis pro vestro arbitrio, aut si ita videtur, meo nomine aliam compones.

Postquam iter ingressus est nuper *Paulus* *) ad vos iturus, scribit mihi *Musculus* ex Augusta, venisse Tridentum duos Cardinales, nomina non addit, ad Synodi auspicia. Ergo maturanda erit deliberatio, sed me prela iam impediunt. Nec tamen diutius impedient, quam ad has proximas ferias. *Belgica terribili tremet. Improba terra tumultu.* Deus Ecclesiam suam servet. Bene vale, XVII. Decembris. Servet et Ecclesiam tuam domesticam filius Dei Liberator noster. Graecum Epigramma**) accepi, tibique gratiam habeo, et pluribus verbis agam alias.

Philippus Melanth.

*) Paul. Eberus.
**) in Danielem.

No. 2594. 17. Dec. (h. a.?)

Christoph. Hofmanno.

† Ex apographo in cod. Monac. 88. no. IV. p. 29.

Egregia doctrina et pietate praedito, D. Christophoro Hoffmann, Pastori Ecclesiae Ienensis amico suo,

S. D. Etsi non est nova quaestio apud nos de eo casu, de quo scribis, tamen diligenter collocuti sumus d. *Lutherus*, d. Pastor, *Crucigerus* et ego. Primum autem censent, te in concionibus diligenter adhortare debere, nisi sit necessitas, ne mulieres baptizent. Convenit enim ceremoniam esse publicam, et Ecclesiam infantes Deo commendare. Deinde si baptizent, ut mentem adhibeant et seriam Dei invocationem, ac cogitent, se iam ministras esse Ecclesiae; cogitent, quanta res sit, Deo patri per filium suum Iesum Christum offerre puerum, ut sanctificetur spiritu sancto; cogitent, se ministras esse, quae invocato Dei nomine testentur a Deo recipi hunc puerum. Tertio diligenter praemoneas Ecclesias, ut fugiant et damnent delirium Anabaptistarum, qui improbant baptismum infantum; item negant, eos adferre peccatum originis. Hoc quid aliud est quam dicere, Christum non pro eis passum esse? Quarto ipsas etiam mulieres, baptizantes vino, obiurges. Si scientes faciunt, contemptus est verborum Christi; si ignorantes, negligentia vituperanda est. Cum autem haec saepe accidant, ne leve et contemnendum erratum existimemus.

Adsentiuntur d. *Lutherus* et d. Pastor nostrae Ecclesiae, ut eum infantem, vino antea perfusum, nunc publice et rite in Ecclesia, sed sine praecedentibus exorcismis baptizes, serio cum Ecclesia nomen Dei super eum invocans. Decet hanc ceremoniam esse publicam. Sed si isthic multa similia exempla accidissent, et plures vellent iterari baptismum, opus esset nova deliberatione. Eam rem igitur nobis significato. Nam caeteris adultis non est iniicienda dubitatio. Deinde calumniae eorum cavendae sunt, qui sererent sermones, quasi haec fierent studio adprobandi Anabaptismi, cum maxime execremur multiplices furores Anabaptistarum. Bene vale. die 17. Decembris.

Philip. Melan.

No. 2595. **21. Dec.**

Senatui Mühlhusano.

Edita ex autographo in dem Gemeinnützigen Unterhaltungsblatt, Mühlhausen, 1827. no. 65.

An den Stadtrath zu Mühlhausen.

Gottes Gnad durch seinen eingebornen Sohn, Jesum Christum, unsern Heiland zuvor, und ein seliges friedliches neues Jahr. Ehrbare, weise, vornehme, günstige Herren. Ob ich Ew. Weisheit zur Kirche und Schule dienen kann, bin ich solches zu thun willig, acht mich's zu thun schuldig, Gottes Wort und Ehre zu fördern. Nun hab ich mit Fleiß auf Personen zur Schule tüchtig gedacht, und will durch Gottes Gnad einen frommen, sittigen, wohlgelahrten Mann Ew. Weish. nach dem Leipziger Markt zusenden, wie ich weiter dem würdigen Herrn Jost Menio *) geschrieben habe, und bitte Gott, er wolle eure Kirche, Stadt und Schule gnädiglich behüten und regieren. Und Ew. Weisheit zu dienen bin ich willig. Dat. Witteberg 21. Decbr. 1542.

Ew. W. williger

Philippus Melanthon.

No. 2596. **24. Dec.**

Cruciger ad Scholasticos.

Scripta publ. Acad. Witeb. T. I. p. 67.

Rector Academiae D. Caspar Cruciger.

Deum aeternum patrem liberatoris nostri Iesu Christi precamur, ut det faustum, foelicem et tranquillum annum Ecclesiae suae, Reipublicae, honestis studiis, et omnibus invocantibus filium Dei. Ad has preces abiungant et scholastici vota sua et studium virtutis. Mandamus autem, ut in his feriis sint modesti, et pia cogitatione meditemur[1]) consilium Dei omnium maxime mirandum et inenarrabile, qui filium suum misit in terras, et pro nobis victimam fieri voluit. Qui sentiunt, haec vera esse, ut sunt, hos necesse est de causis cogitare. Duo sunt haud dubie praecipuae causae: Magnitudo irae Dei adversus peccatum. Ostendit enim Deus, non aliter placari se et filio potuisse, nisi filius ipse fieret victima. Agnoscunt taciti in hoc spectaculo omnes pii Angeli magnitudinem peccati magis, quam in omnibus hominum calamitatibus et aeternis poenis damnatorum. Moveamur nos quoque tanto testimonio, nec una cum diabolo, hoste Dei, tantum opus contemnamus, ut contemnunt Epicurei, Turci et alii impii.

Altera causa est immensa misericordia aeterni patris, et ineffabilis amor filii erga nos. Cum enim Deus condidisset hominem, ut per ipsum celebraretur, imo ut ipse in eo acquiesceret, et suum sabbatum ageret, ut in Genesi significatur, non voluit penitus perire genus humanum. Haec meditanda sunt praecipue in his feriis, cum Ecclesia hanc partem historiae de filio Dei nato ex virgine proponit. Ad has cogitationes invitant nos Angeli, cum canunt gloriam Deo in excelsis, in terra pacem et hominibus laetitiam. Hunc hymnum volunt nos una canere, agnoscere iram et misericordiam Dei ac filii immensum amorem. Haec leviter ducere, negligere, aspernari, quantus furor est? Praecipimus igitur omnibus scholasticis, ut sint modesti. Prohibemus et nocturnas vociferationes, grassationes, discursationes larvatorum, et ludum, qui a mussitatione nomen habet, indignum ingenuis. Mandamus item, ut cras singuli scholastici munus suum ad aram afferant, ut reverentiam debitam erga Evangelii ministros declarent.

*) *Menius*, Pastor Isenacensis, tum ad tempus vocatus erat Mulhusiam ad instituenda sacra et scholas.

1) Sine dubio error typographi pro *meditentur*.

No. 2597. **26. Dec.**

I. Ionae.

Epist. lib. V. p. 28 sq.

Iusto Ionae.

S. D. Optimum augurium, inquiunt Graeci, congressus viri boni. Delectatus sum igitur omine, cum ad nos in ipso novi anni auspicio venisset *Emericus*, vir bonus et doctus, fasciculos adferens tuarum literarum. Precor autem, ut et Ecclesiae et tibi, et nobis omnibus hic annus sit faustus et felix. Olim vel divinare, vel ὀνειροπολεῖν, vel ratiocinari aliquid de futuris rebus solebam, ut scis. Et saepe diximus εὔστοχα. Nunc, quid dicam, non habeo. Tantum illud scribam, me adhuc somniare, non arma, sed rixas. Post pro-

ximae literas de *Genelo*. Iuxper nihil novi accepimus. Utinam laetiora adferantur. Si redit in Italiam, Deus eum ab illa *μονομαχίᾳ* revocavit ad patriae defensionem contra Turcos. Fruitur fortassis. Sed tamen admonet officii. De scholae vestrae praeconio tua mihi mandata curae erunt. Audio *Berlini* bonum et doctum virum *N.* *) concionatorem, quem Princeps Marchio admodum familiariter complexus fuerat, nunc extrudi, et in odio esse. Cuius artificiis ea res perfecta sit, non difficile est coniicere. Hic Dei beneficio tranquillitas est, et ut diuturna sit, faciat Filius Dei Emmanuel, qui tibi faustum et felicem annum venientem esse velit, *οἰκοδεσπότης* longe melior, quam quos sic Astrologi nominant. Bene vale. Die Stephani.

Philippus Melanthon.

No. 2598. 27. Dec.

Eidem.

† Ex apographo in cod. Goth. 191. p. 18.

„*Iusto Ionae*,
in morte uxoris, Catharinae Felchin."

Lacrymans relegi iterum atque iterum epistolam, quam tu lacrymans scripseras. Multiplici enim dolore afficior. Doleo, tuos liberos orbatos esse tam pia et sedula parente ac custode. Moveor et vehementer tuo luctu. Video enim vulnus pene immedicabile te accepisse. At nunc quidem tua domus domesticum mihi luctum renovat. *Meo fratri* ante mensem mortua est uxor, mater 13 liberorum, et non alia re nisi foecunditate confecta. Amisi et *sororem alteram* recens, quam propter ingenii bonitatem et religionis sincerae studium valde dilexi. Etsi autem haec mihi domestica funera magnum moerorem attulerunt; tamen cum tuam coniugem in illo agone dimicantem, ut erat singulari magnitudine animi, cum te adstantem illi, cum circumfusam turbam liberorum cogito, multo acriore dolore afficior, quam erat domesticus. Quare etsi consolari te cupio, tamen impedior moestitia, nisi quod levationem aliquam societas adfert lacrymarum. Sed tamen si quid monere possum, te etiam atque etiam oro, ut aliquantulum dolori tuo resistas. Aliquid profici cogitatione rerum divinarum potest. Omnibus temporibus ecclesia premitur ingentibus aerumnis, ac exempla ubique sunt obvia. Vidisti nuper lugentem matronam in urbe vestra medici *Lodoci* [1]) coniugem, quae eodem fere mense et maritum et filium amisit; hac proxima aestate, quot matronae et virgines honestae a Turcis in tristissimam servitutem abductae sunt. Nimis longus catalogus fieret, si omnia exempla recitare vellem, quae literis tradita sunt. Davidi coniuges ita eripiebantur, ut filii scelere contumelia adficerentur. Cur autem humanum genus tantis calamitatibus subiectum sit, cum tam durae leges etiam ecclesiae impositae sint, nobis quidem in ecclesia Deus patefecit suum consilium, quod iubet, ut in his aerumnis sibi serviamus, ut servivit filius. Meministi enim vocem Psalmi: *subditus esto Deo, et ora eum.* Neque haec nullam levationem afferunt. Ipse testis es, uxorem in invocatione filii Dei discessisse, quam certum est viam esse ad illum augustum coetum, cui praesidet filius Dei, ubi iam tua coniux colloquio Evae, Sarae, Rebeccae, Mariae, fruitur. In hoc sodalitio rursus eam et videbis et complectere. Scriberem prolixius, nisi scirem, omnia tibi nota esse, quae a me cogitari hac in re possunt. Deum oro, aeternum patrem liberatoris nostri I. C., ut te spiritu suo consoletur. Mihi semper haec est praecipua consolatio, quod sciam hanc naturam hominum non ferri casu. *Deus facit nos, non ipsi nos.* Ergo et vita et mors nostra illi [2]) curae erunt. Utinam filius posset minuere moestitiam tuam! Iudico eum bono ingenio praeditum esse, et magno usui fore reipublicae et ornamento suis. Deum oremus, ut eum gubernet. Difficile nobis fuit, eum aliquantulum confirmare, adeo consternatus fuit intellecta morte matris, cuius quidem [3]) et ille signa multa habuit, et ego ei mea quaedam narravi. Iussi, ut suum dolorem diligentia moderaretur, ne augeat tuum. Bene et fel. vale. Die Iohannis Evangelistae, 1542. [4])

---

*) Saubert. nomen tacuit. A. D. adscriptum habet *Iacobus*; est potius, ut mihi videtur, *Alberus*.

1) *Ludovici* fortasse. Certe in epistolis Spalatini medicus Hallensis hoc nomine legitur.
2) Cod. *illae*.
3) Excidit aliquid, fortasse *amoris*.
4) Epistola Spalatini consolatoria ad Ionam scripta est ineunte Febr. anni 1543. Vid. epist. eiusdem argumenti Lutheri d. 25. Decbr. 1542.

No. 2599. (h. t.)

Nic. Gerbelio.

In Epp. lib. VI. p. 39. edita, ut videtur, ex apographo in cod. Monac. II. p. 181. Contuli apogr. in cod. Goth. 212. p. 91 b. et apogr. in cod. Guelpherb. in fol. 11. 10. 159.

Clarissimo et doctissimo viro, D. Nicolao Gerbelio, amico carissimo

S. D. Et[1]) luctu tuo vehementer afficior, optime et carissime *Gerbeli*, et mederi conarer, siquid humanis remediis[2]) profici posse arbitrarer. Sed praeter eas consolationes, quae sunt nobis propositae in divinis literis, caeterae philosophicae omnes admodum sunt inanes et frigidae. Una est haec magna et efficax, quod scimus, oportere ecclesiam Dei subiectam esse cruci. Et, cur sit subiecta, Deus saepe significat, qui et ingentibus aerumnis exercuit[3]) lumina ecclesiae, et praecipue ducem[4]) filium suum. Cum igitur voluntas Dei nobis nota sit, et cum exitus monstrati[5]) sint, faciendum est, quod Petrus inquit, δεῖ ἡμᾶς ταπεινωθῆναι ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ θεοῦ. Vocat autem manum Dei potentem non modo quod saepe florentem fortuna[6]) subito evertit, sed etiam[7]) quod[8]) mirandis modis liberat et respicit[9]) suos. Quare in adversis rebus et obediamus Deo, et non succumbamus dolori[10]), sed sciamus, ipsum velle, ut moestitiam moderemur, intuentes animis[11]) illum aeternum portum, in quo ecclesia primum acquiescit[12]). Multa hoc biennio funera amicorum luxi. Nuper *soror mea**) extincta est; est et *fratris mei* coniux mortua; † decesserunt recens amici in Hungaria mihi carissimi"[13]), et isthic *Capito*, *Grynaeus*, tuus filius denique[14]). Longum habeo catalogum, nec perferre dolorem possem, nisi ita iudicarem, et Deo parendum esse, et hos non amissos esse, et iisdem de rebus suavius philosophaturos esse, de quibus in hac caligine utcunque[15]) disseruimus. Ita tu quoque senties. Honestissimas coniuges tuas et dulcissimos liberos rursus complecteris, et filium deduces per totum agmen prophetarum et apostolorum, et commemorabis ea, quae puero tradidisti. Multa sciscitaberis ipsos auctores; audies concionantem filium Dei, videbis coniuges tuas colloquentes cum Heva, Sara et similibus. Haec quoties cogito, miro desiderio videndae illius novae academiae incendor[16]). Meministi *Socratem* dicere, sibi nihil posse iucundius accidere migratione ex hac vita, si animae sint immortales, quam[17]) ut ad Palamedem et reliquos sapientes veniat, a quibus discat ea, de quibus iam dubitet. Si illi haec obscura et incerta spes metum mortis leniebat: nos quo animo esse debemus, qui scimus certo, nos ad illam Dei consuetudinem esse conditos, et per filium ἀρχιερέα nobis amissum decus restitutum esse? Haec non eo scripsi, ut te docerem, sed quod existimavi, tali tuo tempore colloquium amici tibi non ingratum fore. Bene vale.

1) *Et* abest a cod. Goth., et cod. Guelph. 11. 10. habet: *ex*.
2) *remediis* codd. rectius pro *praesidiis*, ut editum est.
3) Cod. Goth. *exercet omnia*.
4) Cod. Goth. *dulcem*.
5) Cod. Goth. *monstrandi*.
6) Textus et cod. Guelph. *fortunam*.
7) Cod. Goth. *quoque*.
8) Codd. *quia*.
9) Cod. Goth. *restituit*.
10) Text. *dolore*.
11) Text. *in animis*.
12) Cod. Goth. *illum velle moestitiam moderari, et portum dare ecclesiae, in quo acquiescat*.
*) Vid. epist. ad Camer. d. 6. Apr. 1540. et de altera sorore et uxore fratris epist. ad Ionam d. 27. Decbr. 1542. De *Grynaeo* vid. epist. ad Theodor. d. 9. Sept. 1541.
13) Haec habent codd.
14) Textus mendose: *et eius filius. Denique*.
15) Codd. *utrinque*.
16) Hic finitur epistola in cod. Goth.
17) *quam* abest a cod. Guelph.

No. 2600. (h. t. ut videtur)

De Synodo.

† Ex autographo Phil. Mel., non integro in cod. Monac. II. p. 80. — Est prima scriptura (Concept, ut dicunt), e qua haud pauca iterum lituris deleta sunt. — Quam occasione data Mel. haec conscripserit, certo dici non potest. Sed puto haec scripta esse, quum indictum esset Concilium Tridentinum anno 1542., ubi non solum Eckius adhuc erat in vivis, sed etiam magna discordia inter Caesarem et Regem Galliae, quae utraque res in hoc scripto commemoratur. Videtur scriptum mense Nov. vel Dec.

(*Fragmentum Iudicii de Synodo.*)

— — serio, ut in Synodo deliberationes aliquae instituantur. Primum enim in tanta regum discordia ne quidem convenire praecipuae personae possunt. Nec futura esset ulla Synodi autoritas, si Galli abessent, nec executio sine regum coniun-

ctione fieri potest. E contra si reges essent coniuncti et otiosi, et serio cogitaturi essent de Reformatione Ecclesiae, haud dubie magnam partem opum et potentiae detracturi essent Ecclesiis. Iam hoc Gallus disputavit de Abbatiis convertendis in Equitum collegia et stipendia.

Deinde nec tranquillitas secutura esset rel. iudicatis sine executione. Et irritatis ingeniis maiora essent futura certamina. Iam prudentes in utraque parte multa desiderant, quae tamen iudicant insanabilia esse. Non est autem desperans adhibenda medicina, ut inquit Hippocrates. *Moguntinus* dicebat Augustae, nihil opus esse Synodo, quia etsi dissimiles sint controversiae, quarum aliquae requirant deliberationem doctorum, tamen causam coniugii ita perspicuam esse, ut nemo non agnosceret Lutheranos in eo negotio rem iustam petere et defendere. Et tamen hac ipsa re iustissima concessa funditus periturum esse statum collegiorum et universam praesentem formam ecclesiae; quae etsi sit mala, tamen, cum alia melior constitui non possit, hanc omnibus viribus tuendam et retinendam esse, nec ulla in parte labefactandam, nec faciendas esse dissipationes, in quibus postea partium studia pariunt nova et falsa dogmata, ut a Lutheranis nunc dissentiunt Anabaptistae.

Itaque non arbitror, synodos serio indici, ut rite cognoscantur controversiae, ut aliquae fiant in utraque parte emendationes, seu ut consulatur conscientiis aliqua mitigatione veterum legum. Sed duae sunt causae, quas in indicendo spectent, altera, ut satisfaciant voluntati imperatoris, altera quod sciunt, Lutheranos defugere iudicium Synodi. Ut igitur praedicare apud reges et principes aliarum nationum possint, se satisfecisse suo officio, et genus doctrinae non probandum esse, quod in Synodo defendere Lutherani noluerint, denique ut possint hoc praetextu regum et populi animos magis incitare contra Lutheranos.

Sed quaecunque causae Pontificem movent, si convenient aliquot Cardinales et aliquarum nationum episcopi haec erit haud dubie prima deliberatio: quid de Lutheranis agendum sit? Et consentaneum est, Pontificem petiturum esse, tantum ut communibus suffragiis damnentur articuli confessionis Lutheranorum, vel ut Bulla Leonis X. edita contra *Lutherum* confirmetur communi decreto Synodi. Huic petitioni saniores episcopi et legati adversari et refragari debent. Sint igitur hortatores, ut instituatur vel legitima cognitio dogmatum vocatis Lutheranis, vel deliberatio de rebus aliquibus in utraque parte emendandis, ut aliquarum rerum concessio sarciat concordiam, ut episcopi rursus ordinent ministros Ecclesiarum et ministri agnoscant, eos esse gubernatores, et ita coniungantur Ecclesiae.

Erunt aliqui haud dubie idem suasuri ut legati aliquot principum germaniae Coloniensis, Palatini, Marchionis. Et ut maxime nemo hanc sententiam diceret, tamen et honesta et tuta est. Rationes etiam commemorentur hae: nulla est futura autoritas condemnationis, si sine cognitione fiet, item, si pariter omnes articuli damnentur, cum quorundam veritas ita manifesta sit, ut nulla probabilis ratio contra eos adferri possit. Tales manifesti articuli sunt, de coniugio sacerdotium, de invocatione sanctorum, de indulgentiis, de manifestis abusibus Missae. De his si absurda decreta fient, magis accendentur certamina, et populus de ipsa synodo levius sentiet. Nec est utile exemplum, decerni absurdas res in synodis, quia postea allegatur exemplum ad labefactandam autoritatem omnium synodorum. Denique res indignissima est, in eo conventu, qui est summum iudicium Ecclesiae, quod dicitur gubernari a spiritu sancto, quod venerantur angeli, res manifeste falsas et absurdas constitui seu stabiliri.

Urgenda est igitur haec sententia, ne fiat condemnatio sine quadam probabili cognitione, sed potius deliberatio instituatur per delectos aliquos, quomodo ecclesiis consulendum sit, quae dogmata et quae res possint concedi, quibus concessis Lutherani reddant obedientiam Episcopis.

Nec vero arbitror aliud maius certamen fore in synodo, quam hoc primum, an sit deliberandum de aliquibus concedendis. Certum est enim praecipuos Cardinales hanc sententiam unam et dicere et constanter defendere, quod prorsus nulla vetus lex aut consuetudo Romanae ecclesiae ulla ex parte laxanda aut mutanda sit. Et *Contarenum* scio duriter obiurgatum esse a Pontifice et plerisque Cardinalibus, quod aliquam praebuit significationem moderationis.

Si autem res ad deliberationem de rebus concedendis deduceretur, etsi videntur difficiles controversiae, tamen profecto non sunt obscurae his,

qui mediocriter intelligunt doctrinam Ecclesiae Christi, et facilis est inter sanos diiudicatio.

De *libero arbitrio* nulla est controversia inter prudentiores. Imo Augustae receptus est articulus, ut in confessione Augustana ponitur

De *iustificatione*, seu de ea doctrina, quae dicit homines consequi remissionem peccatorum propter Christum fidem, non propter propriam dignitatem; item, de bonis operibus Ratisbonae facta est conciliatio, et non dubito, prudentes omnes et timentes Deum agnoscere, eam sententiam, quae in ecclesiis Lutheranis traditur, veram et utilem esse pietati. Etsi autem varias calumnias *Eccius* et similes quaerunt ad eam sententiam labefactandam, tamen veritas non est obscura, et in Synodo cavendum erit, ne damnata manifesta veritate accendantur maiora certamina.

De *Ecclesia*, de *autoritate Episcoporum*, de *ordinatione*, de *obedientia ministrorum*, denique de *politia Ecclesiastica* etiam Ratisponae responderunt Lutherani, si de doctrina conveniret et Episcopi vellent examinare et ordinare ministros, et fovere eas Ecclesias, in quibus iam sonat doctrina confessionis Augustanae, nullum certamen fore. Offerunt obedientiam constituto consensu doctrinae, et correctis quibusdam abusibus. Hoc si fieret, maneret status Episcoporum et Collegiorum Cathedralium integer, maneret forma gubernationis, quae nunc est. Nec dissimulandum est, multis iam seculis Episcopos et Canonicos occupatos tantum negotiis publicis, prorsus neglexisse res ecclesiasticas, id est studia et inspectionem doctrinae et disciplinae Pastorum in suis dioecesibus.

Annitendum est igitur, ut ad eas res, quae sunt verae ecclesiasticae saltem aliqua ex parte revocentur Episcopi et Canonici. Sicut constat, non posse retineri autoritatem, si prorsus nullam partem — — —

(*Finitur hic charta et reliqua perierunt.*)

No. 2601. (ex. Dec.)

Io. Matthesio.

Epist. lib. II. p. 28. (edit. Lond. lib. II. ep. 10.)

Reverendo viro pietate et doctrina praestanti D. Iohanni Matthesio, etc. amico suo.

S. D. Etsi nulla mihi privatim notitia tecum intercedit: tamen cum debeat inter nos, qui iisdem studiorum sacris initiati sumus, commune quoddam foedus esse, speravi tibi meas literas non futuras ingratas. Hic iuvenis petit *ὑποδιδασκάλου* munus in tua schola, ad quod affert earum artium, quas ibi requiri audio, cognitionem non contemnendam. Vidi eius scripta quae testantur eum et valere ingenio et Latine satis doctum esse. Callet etiam Musicen. Sed ingenium eius ipse miratus sum in Arithmeticis. Quare magnopere cupio ei consuli, teque rogo per communia studia humanitatis, ut huius iuvenis operam conducere velis, eumque tuis civibus commendare. Tibi quoque honorificum erit, tale ingenium fovere atque tueri. Ego si qua in re potero tibi vicissim gratum facere, dabo operam ut intelligas, te a me fieri plurimum. Bene vale. Saluta *D. Egranum* meis verbis.

No. 2602. h. a.

Principi Palatino.

Sel. epist. p. 167. Epist. lib. I. p. 75. (ed. Lond. I. ep. 92.) — Apographa in cod. Guelphb. in fol. no. 11. 20. p. 160. et in cod. Monac. 88. no. IV. p. 219.

Principi Palatino, (puero).

S. D. Fortassis hoc genus literarum quod ad Principes mittimus, putant quidam ambitione tantum scribi: Ego profecto verissimo animi dolore cogito de Principibus, pro eis vota facio, et adolescentes ad gubernationem rerum accessuros, incitare vero studio ad virtutem cupio. Etsi enim in tanta confusione rerum humanarum semper pauci boni Principes fuerunt, tamen etiam pauci generi humano salutares esse solent. Possem omnium aetatum exempla recitare. Cum Romanum Imperium dilacerarent Antonius Lepidus, Dolabella et alii multi, tandem moderatio Augusti reddidit orbi terrarum quietem. Sed praesentia videamus. Quoties iam tumultuantibus caeteris Germanicis Ducibus, exitiales motus sedati sunt moderatione fratrum *Palatinorum Ludovici* et *Friderici*? Gaudeo autem ex animo laudari indolem tuam, virtutis studia, et mores honestissimos, ac precor

Deum aeternum Patrem Servatoris nostri Iesu Christi, gubernatorem bonorum Principum, ut te servet incolumem, ac efficiat, ut olim Reipub. feliciter praesis et[1]) Ecclesiam Christi ornes. Quanquam autem hortatores tibi non desunt, tamen et ego cum non possem[2]) non adfici cura patriae, hortandum te esse duxi, ut hunc cursum virtutis, quem Deo duce inchoasti, urgeas. Divina res[3]) est gubernare caeteros. Ad hoc tantum munus magna cura animus praeparandus est[4]), et ingentia praemia Deus gubernatoribus pollicetur. Rursus quam horribiliter irascatur cum[5]) ignavis, tum sceleratis Principibus, historiarum exempla ostendunt, quas quidem legere te iam hac aetate prodest, ut videas quantum decus sit imitari bonos. Saepe audivi narrantem Capnionem, adeo fuisse avidum historiarum *Palatinum Philippum*, ut contexi sibi integram †historiam ac" seriem Monarchiarum a *Rudolpho Agricola* curarit, qui aulam Heidelbergensem diu secutus est. Tunc enim Monarchias descriptas ab Herodoto paucissimi norant. Te vero adhortor praecipue ad sacrae historiae lectionem, quae doctrinam maxime utilem gubernatoribus continet, nec ulla pars est vitae, cuius non imago aliqua proposita sit in consiliis, actionibus, †periculis" et eventibus Principum, quos sacri libri recitant. Hac de re copiosius alias ad te scribam, si literas meas tibi non ingratas fuisse intellexero. Bene et feliciter vale. Anno 1542.

†Philippus Melanthon."

No. 2603. h. a.

Francisco et Ottoni Duc. Brunsv.

Mel. Select. epist. p. 171. Iterum Epist. lib. I. p. 79. (edit. Lond. lib. I. ep. 84.). — Haec epistola, filiis Ernesti, Ducis Luneburgensis scripta, a Schützio quidem in supplement. epistolar. Lutheri (Vol. I. 240.), ut Lutheri epistola, cuius apographon ex autographo Lutheri factum dicitur a Pastore Gifhornense, edita est, quare eam etiam de Wettius inseruit epistolis Lutheri (Tom. V. p. 524.), cui ignotum fuisse videtur, hanc epistolam etiam ut Melanthonis editam esse et minime esse Lutheri epistolam, neque manuscriptum Gifhornense esse autographon sed apographon satis mendosum, ut quisque ex varia lectione videt quam hic addidi.

*Francisco Othoni et fratribus suis tribus Ducibus Brunsvicensibus et Luneburgensibus, etc. S. D.**)

Pulcherrima res est hic ordo coelestium motuum, qui vices[1]) efficit gratissimas animantibus omnibus, die Solem reducens, nocte quietem concedens; Vere terram rigans, ut semina accipiat[2]), ac foecunda fiat, Aestate calorem augens, ut maturescere fruges possint. Sed non minus miranda est pulchritudo ordinis politici, si quando bonus Princeps eum moderatur. Nam hic coetus hominum conciliat, et assuefacit, ut Deum celebrent, virtutem colant, ament castos mores, erudiant iuventutem, defendant, ac iuvent iustos, reprimant malorum furores. Talis gubernator et imago Dei est in terris, et ab ipso aeterno Deo custoditur ac iuvatur. Hic satellites habet, non hos torvos Cares[3]), qui sectantur vulgus Principum, sed angelos Dei ministros. Horum agminibus stipatos esse pios Principes certum est. Etsi autem tales Principes rari sunt, ut ille dixit, *omnium bonorum Principum imagines in uno annulo sculpi posse*, tamen aliquos existere seu summos seu mediocres necesse[4]) est. Ac fuisse in Heroico genere vestro tales credo *Othones*, Lotharium natum[5]) in agris vestris, et alios quosdam. Sed hodie quanta[6]) est paucitas? Eo[7]) maiori laude dignus est Pater vester*), qui virtute, pietate, modestia, continentia caeteris[8]) Principibus antecellit. Ad id decus[9]) et filios educat ac instituit. Quare eniti vos omni contentione decet, ut voluntati patris

---

1) Lib. I.: *ut*.
2) Cod. Monac.: *possim*.
3) Cod.: *potentia*.
4) Lib. I. deest: *est*.
5) Cod. Monac.: *tum*.

*) Vid. epist. Lutheri ad eosdem, apud de Wett. T. V. p. 524. ubi de Wettius eandem edidit epist., ut a Luthero scriptam. Sequitus est Schützium epp. Luth. suppl. I. 240. Sed utique est Melanthonis. Lutherus non sic scripsisset, Schützius quidem scribit, hanc epistolam ab aliquo descriptam ex autographo Lutheri accepisse; sed de eo utique est dubitandum.

1) de Wett. *vires*, mendose.
2) de Wett. *concipiat*.
3) *hos torvos Cares*] de Wett. *hostes*.
4) *necesse*] de Wett. *notum*.
5) de Wett. *notum*.
6) *quanta* deest ap. de Wett.
7) *Eo* excidit ap. de Wett.
*) *Ernestus*, Dux Luneburg.
8) *caeteris* non habet de Wett.
9) *decus*] de Wett. *donum*.

obtemperetis, et efficiatis, ut olim ingenia vestra, mores, exempla luceant in gubernatione, et vos et totam societatem civilem ornent. Cogitate e regione quam tetra et execranda res sit Princeps talis, quales fuerunt Caligula, Nero et similes contaminati parricidiis et omni genere turpitudinis; qui[10]) inter homines, non ut Icones Dei, sed ut furiae Diabolicae versati sunt, et totam rerum naturam suis sceleribus polluerunt. Oro autem[11]) Deum Patrem liberatoris nostri Iesu Christi, maxime amantem bonos Principes, ut vos gubernet, et efficiat ut vestra virtus salutaris sit olim Ecclesiae ac patriae. Ingenti gaudio adficior, cum audio vere celebrari aliquem Principem, ac rursus nullum mihi tristius est spectaculum, quam videre quosdam malis moribus praeditos, qui sunt pestes[12]) Ecclesiae et rerum humanarum. Ideo vere et ex animo opto, ut Deus perpetuo vobis adsit, vos regat ac servet. Bene valete[13]).

No. 2604. (hoc anno?)

Fr. Myconio.

† Ex apographo in cod. Mehnert. O. p. 85 b.

Dom. Friderico Myconio.

S. D. Accepi apud vos quendam concionatorem intolerabili vehementia debacchari solere in eos, qui vel ecclesiae vel reipublicae praesunt. Et allata vox est maligna bono viro, quanquam facile vulgus concitare et commovere adversus magistratus posset: *man soll die alten Narren auf die Mäuler schlagen.* Utinam vero ille, quisquis est, concionator expenderet, quam reverenter de magistratibus Christus et apostoli loquantur, et quam diligenter eos coli praeceperint. Ego enim non evangelii doctorem, sed seditionum facem esse puto quisquis eiusmodi voces pro concione edit. Et Petrus inter Pseudapostolos nominat eos, qui contemnunt gladios, i. e. publicos magistratus, quos quia Deus nobis proposuit, suum nomen, nempe gloriam tribuit eis. Proinde vos adhortor, ut illius concionatoris petulantiam coërceatis. Satis vos superiorum annorum seditiones ortae ex levissimis causis commovere possunt, quam vigilanter omnes motuum publicorum occasiones cavendae sunt. Scripsissem hac de re copiosius, si mihi ille homo notus fuisset. Et tamen me vobis monitore nihil opus esse duco, hominibus sic peritis reipublicae gerendae; verum hoc ideo scripsi, ne ille, quisquis est, nostra auctoritate se tumultuari gloriari possit. Nulla pestis est omnium quam magis oderim, quam hoc genus concionatoris, qui praetextu divini nominis turbant res publicas. Valete.

Philippus Melanthon.

10) de Wett. *qui sic.*
11) *autem*] de Wett. *etiam.*
12) de Wett. *pestis.*
13) de Wett. addit: *anno MDXLII.*

No. 2605. (fere hoc anno.)

Christoph. Hofmanno.

† Ex apographo in cod. Monac. 88. no. IV. p. 80.

(Christophoro Hofmanno, Pastori Ienensi.)

S. D. Commendo tibi hunc pastorem Ecclesiae Lusnicensis. Nam et placida natura praeditus est, et doctrinam christianam recte tenet et bene intelligit. Tuendi sunt tales ministri, atque utinam aula talibus liberalius prospiceret. Sed meministi querelam in cantico, ubi a custodibus murorum vulnerari se Ecclesia lamentatur. Nos igitur eo benignius complectamur socios laboris nostri, et mutua benivolentia leniamus communes aerumnas. Commendabis hunc tabellarium praefecto Lusnicensi. Bene vale.

Phil. Melan.

No. 2606. (fere hoc anno.)

Eidem.

† Ex apographo in cod. Monac. 88. no. IV. p. 80 b.

Christophoro Hofmanno, Pastori Ecclesiae Ienensis.

S. D. Et mihi placuit huius Rembdani*) eruditio, quare eum vicissim tibi commendo, teque

*) i. e. Rembda, oppido prope Ienam oriundi. Quis fuerit, nescimus.

volo ei non solum hortatorem esse, ne studia deponat, sed etiam adiutorem, sicubi provehi in locum commodiorem poterit. Nam Reipublicae prodest, bona ingenia foveri.

Hodie cum responsurus essem, quaero tuas literas de incesto, quas reposueram; sed quia non invenio nescio quid respondeam. Non sunt omnes fabellae populi metuendae. Magistratus prudens et fidelis potest hanc rem tecum deliberatam facile moderari, ut arceatur incestus, et tamen res occultetur, ac parcatur matri. Et quanquam suspiciones tolli non possunt, tamen rectius est, illum nebulonem arceri. Geminum est scandalum, si conceditur ei, ut impune hanc teneat. Nunc simplex est scandalum. Sed spero Deum adfuturum tibi esse in gubernatione, et hanc difficultatem etiam mitigaturum. Bene et foeliciter vale.

Ph. M.

No. 2607. (h. a. ut videtur.)

N. N.

† Ex apographis in cod. Goth. 191. p. 41. et cod. Goth. 401. p. 62b. — In cod. 401. inscribitur: „*Ph. M. ad Academiam Francfordiensem.*" Sed ex errore. In cod. 401. inscribitur: „*Cuidam amico.*" Rectius quidem, sed quis ille fuerit, opinari non possum.

N. N.

Ut Ecclesiae omnes Christi ubique terrarum unam Ecclesiam, unamque[1]) domum esse statuo[2]), et similiter florere omnes veris bonis opto: sic profecto et de scholis sentio, unum collegium omnes omnium doctorum coetus ubicunque terrarum esse debere, vacuum ambitione, aemulatione, invidia, uni deditum studio retinendae doctrinae utilium artium, in quibus omnibus, ut Plato ait, Deus famam sui sparsit exercendae virtutis aliosque ad Deum[3]) invitandi. Quare meae operae, si qua re[4]) vobis gratificari possum[5]), nunquam defuturae sunt[6]). Utinam tempora etiam haberemus meliora fovendis[7]) his nostris studiis. Sed tamen ut qui navigant ventis aliquantum reflantibus, tamen navigando eluctantur[8]), ita et nos nunc connitamur[9]) vehementius, praesertim cum Deus promiserit, se Ecclesiam apud eos servaturum esse, qui doctrinae professionem tuentur. Scripsi *Rhetico*[10]), ut vobis plane et perspicue respondeat[11]), cuius[12]) iudicio et arbitrio totam rem commisi[13]), nec erit ullum in hac re consilium meum[14]) πλεονεκτικόν. De Gotthano[15]) scholastico reprehendo ipse meam cessationem, etsi mihi ignosci aequum est. Nam haec officia mihi excutiunt non solum assiduae nostrae operae sed etiam varii moerores. Vestram vobis tranquillitatem gratulor et perpetuam esse opto. Scribam autem literas ad *Fridericum Myconium* et Senatum accurate, easque ad te mittam. Duos adolescentes, de quibus scribis, non vidi[16]). Virtutem atque doctrinam D. *Cummerstadii*[17]) saepe gravissimorum[18]) virorum testimoniis praedicari audivi. Quare et veneror eius nomen et amicitiam expeto, quod velim te ei significare, et adolescenti, de quo scribis, omnia mea officia verbis polliceri[19]). B. V.

1) Cod. Goth. 191. *unam.*
2) *statuo*] cod. Goth. 191. *puto.*
3) *aliosque ad Deum*] cod. Goth. 191. *alioque ad decus.*
4) Cod. Goth. 191. *in re*, et praetermittit sequens *vobis.*
5) Cod. Goth. 191. *possunt.*
6) *defuturae sunt*] cod. Goth. 191. *deerunt.*
7) *meliora fovendis*] cod. Goth. 401. *molliora fruendis.*

No. 2608. hoc anno.

(*Ratio studiorum.*)

† Ex apographo in cod. Bavari Vol. I. p. 578.

„*Modus et ratio studiorum una cum catalogo locorum communium; scripta haec omnia a Dom.* **Philippo Mel.** *in usum cuiusdam Hispani, anno* 42." — (Simile scriptum vid. ann. 1540.)

Mane et vesperi quotidie loco precum textus τῶν ἁγίων βιβλίων legendus cum quadam cura et in-

8) *eluctantur*] cod. Goth. 191. *reluctantur.*
9) Cod. Goth. 401. *concitamur.*
10) *Rhetico*] cod. Goth. 191. *N.*
11) Cod. Goth. 191. *responderetur.*
12) *cuius*] cod. Goth. 191. *tuoque.*
13) Cod. Goth. 191. *permisi.*
14) *meum* abest a cod. Goth. 191.
15) Cod. Goth. 401. *Crothano*, mendose.
16) Verba: *Scribam autem literas — vidi* in cod. Goth. 401. praetermissa sunt.
17) Cod. Goth. 401. *Kommerstad.*
18) Cod. Goth. 191. *gravissimis.*
19) *verbis pollic.*] cod. Goth. 191. *polliceor.*

telligendi et excitandae mentis ad pietatem, ad timorem et fidem, et inter legendum cogitandum, quae historiae, ad quos locos communes pertineant, qui de poenitentia, de timore concionentur, qui contineant promissionem evangelicam, exempla fidei, qui legem et poenas, ut lectio Cain, diluvii, Sodomis, de poenis Aegypti, et quomodo Ecclesia mirabiliter servetur in variis omnium gentium ruinis. Et observanda series, propagatio Ecclesiae; tempora etiam observanda sunt. De locis obscuris aut obscure versis audienda sunt iudicia prudentum et peritorum, et breviter simplex aliqua sententia quaerenda est.

Deinde biduo in septimana unam atque alteram horam theologico studio ita tribuas, ut domi legas ipse primum epistolam ad Romanos cum aliqua enarratione, deinde vel genesin vel Iesaiam. Reliquum totum tempus tribui poterit partim audiendis praelectionibus, quae placent, partim legendis latinis autoribus, aut graecis. Deinde de latina domestica lectione hoc meum est consilium, ut domi unius diei aut bidui horam unam atque alteram singulis septimanis tribuas Ciceroni, ita ut alias epistolas, alias orationem aliquam legas diligenter distributam. Praeterea unius diei horam aut bidui Livio, non tantum historiae causa, sed propter eloquentiam. Diem Mercurii et sabbatum tribuas graecae linguae, ac domi lege Plutarchi vitas, interdum ipse aliquid vertas ex Luciano. Habeas quoque haec linguae exercitia, lectionem quotidianam novi testamenti, item Aristotelicarum τῶν ἠθῶν. Neque haec forma superstitiose observanda est; sed ut Iureconsulti dicunt, ἐπὶ τὸ πλεῖστον. Interdum et legenda sunt alia seu recentia seu vetera vel recreandi ingenii vel exercendi iudicii causa. Vellem et poëtis aliquid tribui et scribi nonnunquam versiculos. Lectio enim poëtarum plurimum conducit etiam his, qui solutam orationem nitidiorem scripturi sunt. Nam gestuum *) varietates, figurae grandes et splendidae amplificationes a poëtis sumi possunt. Testis autem diebus singulis legas Psalmum aliquem, et sic legas, ut quaeras veram lectionem, simplicem, germanam et nativam sententiam, et eligas aliquos Psalmos, quibus utaris interdum in precibus: ut Psalmum: *Deus misereatur nostri; Miserere; Ad te levavi; De profundis; Domine, ne in furore tuo; Domine, exaudi orationem; Deus, venerunt gentes*, etc.

*) Sic legitur, sed, ut videtur, emendandum.

(*Loci communes*, qui sequuntur in codice, nil sunt nisi nomina rerum, sine iusto ordine coniuncta, quae ut videat lector qualia sint, partem eorum priorem hic dedimus):

„Deus. Mundus. Providentia. Quod res regantur providentia. Religio. Sol. Coelum. Luna. Astra. Vires astrorum. Praedictiones. Vices temporum. Aestas. Hiems. Ver. Autumnus. Elementa. Ignis. Aer. Aqua. Terra. *Μετεώρα*. Prodigia. Cometae. Terrae magnitudo. Divisio." etc. (In fine adduntur haec):

Amasis apud Herodotum Regi Polycrati sic scribit: multi sunt in anno dies, et multae sunt horae, et multo plura sunt momenta, sed nullum est momentum, quod te non possit praecipitem dare aut evertere, etc.

No. 2609. h. a.

(*Inscripta bibliis.*)

Dicta Mel., quae sua manu inscripsit bibliis quae asservantur in bibliotheca Helmstad. — Edita a *Brunsio* in dem Allgem. Liter. Anzeiger, ann. 1799. p. 1043.

I.

Hic est filius meus dilectus, hunc audite.

Dieses sollen alle Menschen vor allen Dingen betrachten, daß Gott nicht allein uns erschaffen, sondern über das sich selbst mit klarem gewissen Zeugniß Mirakeln und Wort geoffenbaret hat vom Anfang der Schöpfung an für und für durch die Väter, Propheten, seinen Sohn und durch die Apostel. Denn er will ein ewiges Volk und Kirche im menschlichen Geschlecht haben, das ihn erkenne, preise und ehre mit Gehorsam und Anrufen, und hat diese seine Offenbarung und Wort in gewisse Schrift fassen lassen. Dadurch will er erkannt werden, und nicht durch andere Lehre von Menschen erdichtet. Er hat auch zugesagt, daß allein diese sein Volk seyn sollen, welche sein Wort, in dieser Schrift und Zeugniß Christi verfasset, annehmen und glauben, und diese sollen gewißlich glauben, daß sie Gott auch annehmen und erhören will, wie Joh. 15. geschrieben stehet: So ihr in mir bleibt und meine Worte in euch bleiben, was ihr wollet, das bittet, das wird euch geben werden.

Philippus Melanthon.

II.

Joh. 1, 17. Das Gesetz ist durch Moisen gegeben; aber die Gnad und Wahrheit ist uns durch Jesum Christum widerfahren.

Der ewige Gott hat den Menschen geschaffen, daß er durch uns angerufen und gepriesen werde, und daß solches Erkennen und Preisen ewig sey, gebet er auch seiner Kirchen ewiges Leben und Seligkeit. Damit man aber zu diesem Erkenntniß kommen konnt, hat Gott dem ersten Menschen eine besondere gewisse Predigt von seinem Willen geben, und dieselbige hernach durch seine Propheten, Christum und die Apostel erklärt. Und wer ohne diese Lehre Gott suchet, der feylet (fehlet) sein. Darum ruft er alle zu diesem Worte, und verheißet, daß allein allda seine Kirche seyn soll und werde, daß er allein auch da erhören wolle, da sein Evangelium lautet, wie Joh. 15, 7. geschrieben stehet: So ihr in mir besteht, und meine Worte in euch bleiben, was ihr wollet, das bittet, das wird euch geben werden. 1542.

Philippus Melanthon.

No. 2610. h. a.

Myconius ad Spangenberg.

Manlii farrag. p. 422 sqq.

Ornatiss. viro D. Ioanni Spangebergio, Northusianae Ecclesiae pastori, amico suo in Christo venerando, Fridericus Myconius.

Gratiam et pacem a Deo Patre nostro et domino Iesu Christo. Reddidit mihi civis noster fideliter literas tuas, mi ornatissime D. *Spangebergi*, quibus valde sum delectatus. Hae enim sunt senum deliciae, garrire et scribere de rebus istis, quibus maxime afficiuntur. Et Paulus iuvenis multas, senex vero frequentes scripsit epistolas de Christo, qui est Deus benedictus in secula. Et me nunc senem et infantem delectat vel cum Zachariae nubibus, et stylo loqui, de cornu illo salutis, erecto in domo David pueri sui: per quod datum nobis, ut sine timore de manu inimicorum liberati, serviamus illi in sanctitate et iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris. Ego quidem, mi D. *Spangebergi*, vivo adhuc, obambulo, spiro et opero, baptizo interdum, audio confessiones, impertior absolutiones. Et ne nullus sit mei in Ecclesia usus, coepi superiori mense praelegere in scholis, comministris meis Ecclesiae et scholae, et satis frequenti auditorio eruditorum et pastorum vicinarum ecclesiarum, Sabbathinis diebus Evangelia Dominicalia, quae illis quanta possum voce et nutibus et sibilis explico. Et sunt qui putant, se inde fructum capere, et magis se inde aedificari, quam ex publicis concionibus. Deinde illi ea concionantur, ubi meliora non habent. Miraberis haud dubie hanc meam temeritatem: sed placeret tibi coram videre, etiam mutos loqui, et lapides clamare magnalia Dei in Christo: et etiam hodie non cessare infantes in templo acclamare, Osianna filio David. Nosti enim quendam eodem spiritu cantare: Non moriar, sed vivam, et narrabo opera Domini. Ita me nulla unquam raucedo, nulla phthisis, nullus morbus, imo in ipsa etiam novissima inimica mors impediet, quin Christum praedicemus: quia illa impedimenta destruentur: Ego autem in Christo consurrexi, conscendi coelos, contriumpho, conregno. Et id vel rudibus testabor, quod quia credidi, propter hoc et loquor. Admodum placet, quod in sinum meum effudisti de vocationibus, quibus te alio*) vocat Spiritus sanctus. Sed quod omnino recusas obtemperare vocanti et iubenti, ut accepto talento etiam apud alios foenus quaeras Domino, probare non possum. Nosti enim, in quae pericula se Ionas propheta coniecit, dum Ninivitas non dignatur alloqui. Et Abraham in Aegyptum concedit, ne illi quoque ignari sint divinarum promissionum, et decretae in coelis benedictionis super omnes qui credituri essent in semen mulieris. Christus etiam, qui venit quaerere et restituere quod perierat, non uno, sed omni in loco omnia lustrat, ne alicubi haereat dispersa aliqua ovis, et pereat. Proinde ait: Nam aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei: in hoc enim missus sum. Et Paulus, cui non se facit debitorem? Graeco, Iudaeo, sapienti, insipienti? An non vides Petrum accersiri ad Cornelium, et venire Philippum ad eunuchum, etc. rursus ad alios Apostoli audientes, quod Samaria accepisset verbum, miserunt eo Petrum et Ioannem: non expectassent, donec illi quenquam accersierint. Vides hodie exempla *Pomerani*, *Ionae*, *Menii*, et

---

*) Regiomontum vocabatur eo tempore.

et comedat terram omnibus diebus. Maledictus ille, qui ambulat super pectus suum. *So will ich dann sagen, wan ihr mich fragt, wo ist mein unflat hinkommen, sünd, todt, hell:* id est, si me in novissimo iudicio interrogaveris, Quo corruptio et illuvies tuae naturae pervenit, nimirum peccatum, mors et infernus? Respondebo: Diabolus haec devoravit: manebit ille novus homo filio Dei similis, qui secundum Deum creatus est.

Te vero oro, obtestor et adiuro, mi doctissime et fortissime *Spangenbergi*, quando vides nos cum emerito Davide non posse exire ad bella Domini, sed secedere ad praesidium: ut interim reliquum belli contra incircumcisos Philistaeos, seditiosos Absolonitas, et reliquias portarum inferni, strenue perficiatis, et pugnetis fortiter, strenue et viriliter. Certa est victoria: et confossus est dux belli istorum tribus lanceis, et victus est princeps mundi. Et si qui cadunt in hoc praelio, nusquam est mors speciosior, dulcior, praeclarior, gloriosior, quam cum tanto rege Christo cadere et resurgere. Cecidimus uno die Hagenoae, *Urbanus Regius* et ego: sed vicimus, quando certi fuimus victorem et triumphatorem esse Christum. Ceciderunt *Eobanus Hessus*, *Grynaeus*, *Capito*, *Polyander:* sed victores iam, conculcato et confosso hoste per Christum, existunt. Imo non ceciderunt, sed in victoriam et vitam irruperunt, et illud Psalmi cantant: Ipsi obligati sunt, et ceciderunt: nos autem surreximus, et erecti sumus, etc.

Psalmos tuos poenitentiales, et alios quos ad me misisti, quotidie pene lego: et valde delectat me, Spiritum sanctum loqui in Ecclesia variis linguis et sonis, in Psalmis, organis, et omnis generis modis et vocibus. Datae 42.

ANNO 1519.

1. No. 41 b. (Vol. I. p. 80.) 17. Maii.

Volfg. Fabricio.

† Ex autographo, quod habet Henricus liber Baro *a Tann* in Tann (Camerarius Reg. Bavar.).

Vere pio et christiane erudito Volfgango Fabricio, Concionatori Basileiensi, Patrono suo.

Salve mi charissime in Christo Vulfgange! Quam velim ita tibi animum ipsum meum exploratum, ut cupio, aliquo studii erga te mei argumento testatum, quem et *Icolampadio* auspice, et tuae virtutis admiratione, sum arctissime complexus. Fortasse illud ipsum tamen humanius, quam ut tu aliquo, ob hunc amorem meum erga te, nos vicissim loco in tuis digneris. Verum praeter haec devincit me tibi Christiana illa vereque *γνήσια τε καὶ ἄδολος ἀγάπη*, quam pro tua bonitate non potes non *ἀντιχαρίζεσθαι*. Quo fit, ut minime dubitem, eum tibi haberi me, quem iubet illa ipsa Christiani officii summa caritas, hoc est carissimum. Huc pertinet, quod in paribus sacrorum studiis versamur, quod pariter utrique negocium facessunt *οἱ φρεναπάται σοφισταί*, quod pariter uterque connitimur, quo reviviscant christianae literae. Id ego fortasse immodestius de me praedico, quem tu et fortuna et successu talium rerum et eruditione tantum superas, quantum ego vel concipere nequeo, sed ita ob id scribo de me, quod ardentissime cupiam, quod pro virili mea non nihil coner in re tam necessaria. Iecit nobis aleam *Erasmus* ille decus non huius modo seculi, sed omnis plane memoriae, omnium seculorum. Proximi vos estis, *Volfgange* et *Icolampadi*. Credo, non nihil *Martinus* et *Carolostadius* efficiunt. Hos ego, sed longo sequor intervallo. Nec tam deest voluntas maturandi negocii, quam fortuna. Sed in domino confido. Mitto hic ad te quedam *Martini*, brevi nostra quedam missurus. Scopos tuae disputationis vidimus, et placent illi sane. Macte virtute esto, consulet bonis mentibus bonus ille et fons benignitatis spiritus, qui nobis audendi auctor, et dux coeptorum et universi negocii *ὁδηγός* esto. *Rhetorica mea*, si volent vestri excudant, a meo Bibliotypo mire depravata sunt. Vale mi suavissime Vulfgange. D. *Erasmo*, *Beato*, Rheni deliciis, *Hedioni*, *Frobenio*, *Hartmanno* tuo, adeoque bonis omnibus me commenda. *Martinus* et *Carolostadius* tui sunt. 17. Maii 1519.

Wittembergae. Philippus tuus.

---

2. No. 55 b. (Vol. I. p. 180.) (a. 1519.)

Fabiano Egner.

Edita in libro VI. epist. p. 508. Nunc ex autographo in cod. Rehd. Vol. V. nobis descripta.

Fabiano Egner[1]*, amico suo.*

S. Mi Fabiane. Iam olim vidi pleraque *τοῦ Οὐικλέφου* opuscula [*]. Erat, quod maximi [2] fecisse putabant, dialogus quidam, ipse trilogum, ni fallor, inscripsit, *διὰ τὰ τρία πρόσωπα διαλέγεσθαι*. Non videntur digni [3]) mihi publica luce. Sunt enim partim leves disputationes, partim ob-

---

1) In libro VI. inscribitur *Fabiano Gyreeo.*

*) Ex Lutheri epist. ad Spalat. d. d. 19. Mart. 1520. (apud de Wett. T. I. p. 428.) intelligitur Hussi scripta quaedam eo tempore ab Anshelmo edita esse. Qua de causa Egnero in mentem venisse videtur Wiclefi quoque scripta denuo edere.

2) Text. *maxime.*

3) Text. *digna.*

scurrissimae et ex mediis scholis dialecticorum illius temporis depromtae. Et mundus obrui iam non necessariis libris videtur. Pertinacissime semper obstiti, ne mea excuderentur. At insidiantur χαλκογράφοι etiam scriniis nostris. O pestem! Verum belle a me cavebitur, ne quid postea mearum nugarum vobis patientissimis lectoribus obtrudam. Vale. Ego sum tuus, et fiducia familiaritatis scribo simplicius.

Philippus.

ANNO 1520.

3. No. 92[b]. (Vol. I. p. 270.) (in. Nov.)

Dom. Schleupnero.

† Ex apographo in cod. Paris. D. L. 54[a].

D. Dominico Schleuper, Canonico Vratislaviensi), Domino suo ac patrono.*

Χαίρε δομίνικε ἐν χριστῷ. Τὴν σου ἐπιστολὴν χθὲς προσδεξάμην εὐπαθὼν ὑπ' αὐτῆς ὅτι παλαιοῦ φίλου οὐκέτι ἐδοκεῖς (?) λαθεῖν. Φίλων γὰρ σὲ γνησίως ἀντιφιλεῖσθαι βούλομαι. Κἂν γὰρ ἡ φιλίας ἐλευθεριότης ἔργων ἀμοιβὴν οὐ ποθεῖ, ὅμως τὸ φιλεῖν τοῦ φιλεῖσθαι ἀμείψασθαι ποθεῖ. Ὅτι δὲ, ἐμοὶ δοκεῖν, ἡ ἡμετέρα φιλία διὰ χριστοῦ ἤρξατο, σοῦ δέομαι διὰ χριστὸν, ἀεὶ αὐτὴν φυλάξαι. Καὶ ταῦτα δὴ μὲν ταῦτα. Ἅπερ περὶ τῶν θεολόγων σου ἔγραψας, καλῶς ἔχει. Ἐγὼ δὲ εὐξαίμην ἂν τὰ χριστοῦ. ἡ τῶν θλίψεων μου ἡμέρα ἔσεται XXVII. Novembris**). *Ταύτην δέομαι ξὺν ἐμοὶ διάγεσθαί σε. Δέομαι δὲ τῆς σαρκός μου πειρασμὸν οὐκ ἐξουθενήσασθαι. Νυνὶ λυπῆς γεμῶ (?) οὐκ ἔχων παραμυθούμενον, εἰ μὴ τὴν θεοῦ πνευματώδη γραφήν. Ἔρρωσο.* Wittembergae.

Philippus tuus.
Ex aut° ***).

Ἐπεὶ ὁ σατᾶν παύσηται, ἀνακαλέσω σε. παύσεται δὲ, ὥσπερ ἐλπίζω, μετ' ὀλίγον.

---

*) Is ex Academia Viteb. rediit Vratislaviam mense Iulio 1520. Vid. ep. Lutheri apud de Wett. T. I. p. 472. et p. 474.

**) Loquitur Melanthon de nuptiis suis.

***) Indicatur, apographon ab autographo esse descriptum.

ANNO 1522.

4. No. 185[b]. (Vol. I. p. 540.) (fere Ian.)

Dom. Schleupnero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

Egregio theologo D. Dominico Sleuper), suo.*

S. Bene tu quidem, mi Dominice, quod nihil scripsisti, ut esset quod nos scriberemus. Cui conveniebat enim sine epistola libellos illos mittere? Accepi *κανόνας* et meam *ἀπολογίαν* **). Nihil est autem quod de canonibus sis sollicitus. Redibunt bona fide ad te integri, ubi a me perlecti fuerint, digni certe quos perire non sinamus vel hoc nomine, ut certis argumentis docere possimus, quam stulte synodos maiorum nostrorum iactemus, quam parum spiritus habeant, qui vel praeferantur Evangelio. Si negotium tibi fecerint Satanae urbis tuae, fac sciam. Non desiderabis enim in ea re neque meum, neque patris nostri, scis cuius, officium. Vale. Humanissimum hospitem humanissime tu saluta.

Philippus tuus.

ANNO 1524.

5. No. 295[b]. (Vol. I. p. 683.) (fere m. Oct.)

I. Muslero.

Epist. lib. VI. p. 309. Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 18., cuius scriptura docet, epistolam scriptam esse a Melanthone iuvene. — Oratio Musleri, de qua Melan-

---

*) *Sleuper* habet apogr., sed scribendum est *Sleupner*. Is cum Io. Hesso fuerat in Academia Witebergensi, et abiit, ut ex ep. ad Hessum d. 1. Aug. 1520. (Vol. I. p. 208.) colligendum est, mense Iulio 1520. Vid. etiam Vol. I. p. 146. et Lutheri epist. d. 30. Iul. 1520. apud de Wettium Vol. I. p. 472. et p. 474. — Mox autem se contulit Lipsiam, ut ex epist. ad Hessum d. d. 20. Febr. 1521. (Vol. I. p. 284.) videmus. Quam diu ibi commoratus fuerit, non constat, neque in epistolis Melanthonis hoc decennio scriptis ulla eius fit mentio.

**) Quamnam apologiam? — Epistolam anno 1521. vel 1522. scriptam esse, ipsius ratio satis docet. Sed aut est „apologia adversus Theologos Parisinos", quae m. Iunio 1521. (Vol. I. p. 398.) in lucem prodiit, aut „apologia pro M. Bartolomeo Praeposito, qui uxorem in sacerdotio duxit", quae *Erfordiae* 1521., mense Decembri primum excusa est. Vid. Vol. I. p. 421. Puto hanc Melanthonis a Schleupnero missam esse, qui eam vel Lipsiae vel Erfordiae nactus fuerat. Quod si hoc est, epistola fere mense Ianuario 1522. est scripta.

thon loquitur, sine dubio est: „*Funebris oratio habita in laudem Petri Mosellani a Ioanne Muslero Ottingensi*", quae prodiit sine indicio loci et anni (1525. 8.). — Mortuus autem est Mosellanus d. 18. Apr. 1524. Vid. Vol. I. p. 654.

Ioanni Muslero, Lipsiae.

S. Commoverat me non nihil prior illa epistola tua[1], cum praeter meum ullum meritum mecum expostulares. Nunc mihi per proximas literas large est abs te satisfactum. Editionem Orationis tuae eram equidem omni studio adiuturus, si quis Chalcographus abs te adduci ad excudendum potuisset. Ferreum genus hominum est, nec publicis commodis nec dignitate rei literariae movetur, pulcherrimum artificium turpissimo quaestus studio contaminant. Et hoc tempore praeter maledicos libellos nihil putant vendibile scribi. Et tamen si perpelli *Schumannus* poterit, ut exscribat, efficiam ut intelligas me non vulgariter publicationi scripti †tui" favisse. Nemo me libentius in tali re sumit operam. Cupio enim hoc officii genere non modo mihi adolescentes studiosos devincire, sed excitare etiam studia eorum, qui postquam in lucem ex umbra, et tanquam in aciem prodiere, pertinacius urgent studiorum labores. Vale.

Philippus.

ANNO 1525.

6. No. 340*b*. (Vol. I. p. 750.) 15. Iun.

W. Linck.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 513.

D. Wenceslao Linko, Ecclesiae Altenburgensis Oeconomo, suo patri *).

S. Gaudeo praefectum esse ludo *Theodoricum*: reliquum est, ut et tu incides ad conservandas literas cives tuos, et adolescentem ipsum moderetis. Vides quae sit aetas. Toto coelo errat, qui putat, quidquam prudenter aut ratione fieri a iuvenibus, id quod tu, tali aetate vir, non ignoras. Quo magis sollicitus sum de hoc iuvene. Scripsi ad eum, cohortatus ad modestiam, veluique multis verbis docere in templis. Rogas cur faciam? Aetas non est par tantae rei. Proinde si quid abs te petere mihi licet, hoc contendo acriter, ut caveas, ne hic puer in templum pertrahatur. Plus satis negotii ei futurum est in schola, atque utinam totum scholae destinetis. Crede mihi, non temere hoc consulo: multo usu iam expertus, et quid periculi sit sacra committere iuventuti, et quantum scelus negligere pueros, qui ad literas admoti sunt. Vale. Christus te et familiam tueatur.

Die Viti. Philippus Mel.

---

1) Estne is Moserus, quem commemorat Melanthon. in ep. ad Camer. d. 3. Aug. 1544?

*) Wencesl. Linck annis 1523. et 1524. fuit Altenburgi, Evangelium docens. Eius nuptiae fuerunt mense Apr. 1523., ut docent epistolae Lutheri apud de Wett. T. II. p. 316. et 318. — Mense Augusto a. 1525. secessit Norimbergam. Inde colligo, epistolam scriptam esse 1525.

---

7. No. 346. (Vol. I. p. 757.) 6. Sept.

I. Electori.

Edita, fortasse ex autographo ipso, in libello: „Erläuterung der Reformationshistorie vom 1524. bis 28. Jahr Christi incl., aus dem hochfürst. Brandenburg-Onolzbachischen Archiv an das Licht gebracht von Johann Wilh. von der Lith." Schwobach (1733.) 8. p. 109. Occasio scribendae epistolae haec fuit. *Casimirus*, Marchio Brandenburgensis Onolzbacensis, indixit conventum ordinum suorum, Onolsbaci „auf Suntag nach St. Mathäus Tag" (i. e. d. 25. Sept.) 1524. habendum, ut de causa religionis ageretur, simulque ordinibus misit XXIII articulos, quos conscribi iusserat, ut scirent, qua de re ipsis cogitandum et in conventu deliberandum foret. (Edictum Casimiri habes in libro: Nützliche Sammlung auserlesener Documenten, Urkunden und Nachrichten, welche zur erweiterten Erläuterung der Reformationshistorie als benöthigte Beilagen erforderlich sind. Nürnb. 1756. 4. p. 16 sq., ubi etiam uberior totius rei narratio legitur.) Quum in conventu sententiae convocatorum de his articulis dissentirent, Casimirus delegit XII theologos, sex catholicos, et sex ex fautoribus emendationis sacrorum, ut conferrent suas sententias et deliberarent. Catholici autem colloquium metuentes statim se separarunt et suam sententiam scripto comprehenderunt; quod Casimiro tradiderunt. Idem igitur fecerunt Evangelici quoque. Utrumque scriptum paulo post editum est, et Evangelicorum quidem anno 1525. Norinbergae sic inscriptum: „Eyn Rathschlag, den etliche christliche Pfarrherrn, Prediger, und andere göttlicher Schrift Verständige einem Fürsten, welcher yezigen Strittigen Leer halben, auf den Abschied jüngst gehalten und Tags zu Nürnberg, Christlicher Wahrheit unterricht begehret, gemacht haben, die auch solchs Rathschlags zur Nothdurft bekenntlich seyn, und durch göttliche Schrift vertheidigen wollen." (Hoc scriptum, ut antecedens catholicorum simulque refutatio scripti cathol., recusa habes in libro: Nützliche Sammlung auserlesener Documenten etc. in fine.) Marchio Casimirus hoc Evangelicorum scriptum postquam anno 1525. editum fuerat, misit ad Ioannem, Ducem Saxoniae Electorem, qui illud Theologis Witenbergensibus tradidit, ut suam de eo sententiam dicerent, unde nata est sequens epistola, quae sine dubio Lutherum habet auctorem, sed in eius opp. et epistolis non legitur. Opinor, Ioannem Casimiro autographon misisse.

(Iohanni, Duci Saxoniae, Principi Electori.)

Durchleuchtigster, Hochgeborner Fürst; gnädigster Herr. Wir haben Euer Churf. G. Schrift sambt dem

überschickten Büchlein empfangen und mit Fleiß durchlesen, und geben E. Chf. G. unterthäniger Meinung darauf unser Antwort und Urthel. Nämlich das alles, was in dem Büchlein berathschlagen und gestellet ist, gefället uns fast wohl. Es ist auch unser Münz und des rechten Schlags, damit wir nun bei funf Jahren haben umgangen und gelehrt, danken auch Gott mit Freuden, daß anderswo solche Leut seind, denen die rechte Wahrheit so ernstlich und treulich zu Herzen gehet. Seind auch deß gewiß, wo der Rathschlag hinkommt, er soll mit allen Ehren bestehen, nicht allein wider die Papisten, sondern auch wider die Höllischen Pforten. Wir wollen auch zu denen treten, und bei ihnen stehen, die solche Artikel haben bewährt*), wie wir bei unsrer Lehre bisher gethan, und zu thun schuldig seind. Dann es ist die rechte Wahrheit, darauf sich beede, Euer Churf. G. und der Fürst, so sie hat E. Chf. G. zugeschickt, trostlich verlassen, so fern uns Gott Gnad gibt und Stärk.

Ohne der eine Artikel, da sie den Bilden**) widerstehen, darinne wir's gar nicht mit ihnen halten. Wiewohl wir auch den Götzen nicht viel gönnen, achten wir doch, die nit zu verdammen, als wider Gott gethan sey, so jemands Bildlein mahlen läßt oder hätte; sintemal auch Christus die Münz des Kaisers gehen ließ, und auch selbst braucht, da doch Bilde auf stunden, und noch stehen. Doch weil dieß Büchlein ein Rathschlag ist, und fürzutragen auf ein entlich Urtheil, wissen wir der frommen Leut Gutdunken und Furschlag nit zu tadeln, zuvor weil sie sich so christlich erbieten, (sich) weisen und lehren zu lassen, und um eines geringen Feyls willen ein solch theuer, gut Büchlein nit zu verachten ist. Das haben wir auf Euer Churf. G. Schrift und Befehl unterthänigs Fleiß wollen zu Antwort geben, stellen das in Euer Churf. G. Wohlgefallen und Gnaden zu verschicken oder urtheilen, wie Gott verleihen wird.

Datum Mittwoch nach Egidy Anno XXV.

Euer Churf. G.

unterthänige

Martinus Luther.
Justus Jonas.
Joannes Bugenhagius Pomeranus.
Philippus Melanchthon.

*) Lith. edidit bewerd.

**) Imaginibus in templis. Lithius putat, Carolostadtium, qui eo tempore in Franconia versabatur et auxilium Casimiri implorabat, effecisse ut de imaginibus durior sententia ferretur.

ANNO 1526.

8. No. 366[a]. (Vol. I. p. 785.) 29. Ian.

P. Ritter.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 51[a].

Petro Ritter, docenti adolescentiam in Gorlicio, oppido Lusatiae.

S. Exhibuit mihi legendam epistolam tuam *Ambrosius* ad se scriptam, in qua me hoc delectavit, quod tu nostri memoriam nondum deposuisses. Illud non perinde delectavit, quod suspicaris, me tibi iratum esse. Ego vero te, mi Petre, propter tuam probitatem, quae mihi cognita et spectata fuit, cum apud honestissimum ac doctissimum virum *Aesticampianum* *) ageres, propterque tuam singularem diligentiam in discendo semper et amavi et feci plurimi. Neque meam voluntatem erga te, sicubi mea opera tibi usui potuisset esse, non prolixe declarassem. Sed tu hinc tuo fato abreptus e conspectu nostro, nobis nihil opus habebas. Ita factum est, ut nullo meo officio mea erga te benevolentia tibi ostensa sit. Tu tamen amanter facies, si nos amare pergas, et depones ex animo istas indignas gravitate tua suspiciones. De ludo literario gratulor tibi mandatam esse provinciam. Est enim tua eruditio fidesque mihi nota, quorum utroque in docendo opus est. Meum consilium etiam requiris ea de re. Ego ita iudico, nusquam te melius de rebus mortalium mereri posse, quam si pueritiam recte et fideliter doceas. Docebis autem rectissime, si, quod nunc in scholis fere negligitur, Latinam grammaticen diligenter inculcaveris statim ab initio rudibus ingeniis. Postquam lectionem didicerunt, et cum Grammatica coniunxeris Terentium, aut simile quiddam aptum puerili captui. Unus dies in septimana meo iudicio collocandus est in hoc, ut sacras preces et decalogum discant intelligere pueri. Vale, die 4ta post conversionem Pauli, 1526.

Philippus Mel.

*) Proprie Ioh. Rhagius ex pago Sommerfeld; hinc Aesticampianus cognominatus. Vid. de illo Epist. Vol. I. p. 77. — Lutherus in Ep. ad Langium d. d. 21. Mart. 1520. (apud de Wett. T. I. p. 429.) scribit: „Aesticampianus quoque grammaticus se iungi curavit, et ad exitum parari."

thon loquitur, sine dubio est: „*Funebris oratio habita in laudem Petri Mosellani a Ioanne Muslero Ottingensi*", quae prodiit sine indicio loci et anni (1525. 8.). — Mortuus autem est Mosellanus d. 18. Apr. 1524. Vid. Vol. I. p. 654.

Ioanni Muslero, Lipsiae.

S. Commoverat me non nihil prior illa epistola tua [1]), cum praeter meum ullum meritum mecum expostulares. Nunc mihi per proximas literas large est abs te satisfactum. Editionem Orationis tuae eram equidem omni studio adiuturus, si quis Chalcographus abs te adduci ad excudendum potuisset. Ferreum genus hominum est, nec publicis commodis nec dignitate rei literariae movetur, pulcherrimum artificium turpissimo quaestus studio contaminant. Et hoc tempore praeter maledicos libellos nihil putant vendibile scribi. Et tamen si perpelli *Schumannus* poterit, ut exscribat, efficiam ut intelligas me non vulgariter publicationi scripti † tui" favisse. Nemo me libentius in tali re sumit operam. Cupio enim hoc officii genere non modo mihi adolescentes studiosos devincire, sed excitare etiam studia eorum, qui postquam in lucem ex umbra, et tanquam in aciem prodiere, pertinacius urgent studiorum labores. Vale.

Philippus.

ANNO 1525.

6. No. 340 [b]. (Vol. I. p. 750.) 15. Iun.

W. Linck.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 51.

*D. Wenceslao Linko, Ecclesiae Altenburgensis Oeconomo, suo patri *).*

S. Gaudeo praefectum esse ludo *Theodoricum*: reliquum est, ut et tu incides ad conservandas literas cives tuos, et adolescentem ipsum modereris. Vides quae sit aetas. Toto coelo errat, qui putat, quidquam prudenter aut ratione fieri a iuvenibus, id quod tu, tali aetate vir, non ignoras. Quo magis sollicitus sum de hoc iuvene. Scripsi ad eum cohortatus ad modestiam, vetuique multis verbis docere in templis. Rogas cur faciam? Aetas non est par tantae rei. Proinde si quid abs te petere mihi licet, hoc contendo acriter, ut caveas, ne hic puer in templum pertrahatur. Plus satis negotii ei futurum est in schola, atque utinam totum scholae destinetis. Crede mihi, non temere hoc consulo: multo usu iam expertus, et quid periculi sit sacra committere iuventuti, et quantum scelus negligere pueros, qui ad literas admoti sunt. Vale. Christus te et familiam tueatur.

Die Viti. Philippus Mel.

1) Estne is Moserus, quem commemorat Melanthon. in ep. ad Camer. d. 3. Aug. 1544?

*) Wenceal. Linck annis 1523. et 1524. fuit Altenburgi, Evangelium docens. Eius nuptiae fuerunt mense Apr. 1525., ut docent epistolae Lutheri apud de Wett. T. II. p. 316. et 318. — Mense Augusto a. 1525. secessit Norimbergam. Inde colligo, epistolam scriptam esse 1525.

---

7. No. 346. (Vol. I. p. 757.) 6. Sept.

I. Electori.

Edita, fortasse ex autographo ipso, in libello: „Erläuterung der Reformationshistorie vom 1524. bis 28. Jahr Christi incl., aus dem hochfürst. Brandenburg-Onolzbachischen Archiv an das Licht gebracht von Johann Wilh. von der Lith." Schwobach (1733.) 8. p. 109. Occasio scribendae epistolae haec fuit. *Casimirus*, Marchio Brandenburgensis Onolzbacensis, indixit conventum ordinum suorum, Onolsbaci „auf Suntag nach St. Mathäus Tag" (i. e. d. 25. Sept.) 1524. habendum, ut de causa religionis ageretur, simulque ordinibus misit XXIII articulos, quos conscribi iusserat, ut scirent, qua de re ipsis cogitandum et in conventu deliberandum foret. (Edictum Casimiri habes in libro: Nützliche Sammlung auserlesener Documenten, Urkunden und Nachrichten, welche zur erweiterten Erläuterung der Reformationshistorie als benöthigte Beilagen erforderlich sind. Nürnb. 1755. 4. p. 16 sq., ubi etiam uberior totius rei narratio legitur.) Quum in conventu sententiae convocatorum de his articulis dissentirent, Casimirus delegit XII theologos, sex catholicos, et sex ex fautoribus emendationis sacrorum, ut conferrent suas sententias et deliberarent. Catholici autem colloquium metuentes statim se separarunt et suam sententiam scripto comprehenderunt, quod Casimiro tradiderunt. Idem igitur fecerunt Evangelici quoque. Utrumque scriptum paulo post editum est, et Evangelicorum quidem anno 1525. Norinbergae sic inscriptum: „Eyn Rathschlag, den etliche christliche Pfarrherrn, Prediger, und andere götlicher Schrift Verständige einem Fürsten, welcher yezigen Strittigen Leer halben, auf den Abschied jüngst gehalten und Tags zu Nurnberg, Christlicher Wahrheit Unterricht begehret, gemacht haben, die auch solchs Rathschlags zur Nothdurft bekenntlich seyn, und durch göttliche Schrift vertheidigen wollen." (Hoc scriptum, ut antecedens catholicorum simulque refutatio scripti cathol., recusa habes in libro: Nützliche Sammlung auserlesener Documenten etc. in fine.) Marchio Casimirus hoc Evangelicorum scriptum postquam anno 1525. editum fuerat, misit ad Ioannem, Ducem Saxoniae Electorem, qui illud Theologis Witenbergensibus tradidit, ut suam de eo sententiam dicerent, unde nata est sequens epistola, quae sine dubio Lutherum habet auctorem, sed in eius opp. et epistolis non legitur. Opinor, Ioannem Casimiro autographon misisse.

(*Iohanni, Duci Saxoniae, Principi Electori.*)

Durchleuchtigster, Hochgeborner Fürst, gnädigster Herr. Wir haben Euer Churf. G. Schrift sambt dem

SUPPLEMENTA,

QUIBUS

EPISTOLAE, CONSILIA, IUDICIA ETC. MELANTHONIS

CONTINENTUR,

QUAE SPECTANT AD ANNOS 1519—1540.

ANNO 1519.

1. No. 41 b. (Vol. I. p. 80.) 17. Maii.

Volfg. Fabricio.

† Ex autographo, quod habet Henricus liber Baro *a Tann* in Tann (Camerarius Reg. Bavar.).

Vere pio et christiane erudito ***Volfgango Fabricio****, Concionatori Basileiensi, Patrono suo.*

Salve mi charissime in Christo Vulfgange! Quam velim ita tibi animum ipsum meum exploratum, ut cupio, aliquo studii erga te mei argumento testatum, quem et *Icolampadio* auspice, et tuae virtutis admiratione, sum arctissime complexus. Fortasse illud ipsum tamen humanius, quam ut tu aliquo, ob hunc amorem meum erga te, nos vicissim loco in tuis digneris. Verum praeter haec devincit me tibi Christiana illa vereque ἀγνήσια τε καὶ ἄδολος ἀγάπη, quam pro tua bonitate non potes non ἀντιχαρίζεσθαι. Quo fit, ut minime dubitem, eum tibi haberi me, quem iubet illa ipsa Christiani officii summa caritas, hoc est carissimum. Huc pertinet, quod in paribus sacrorum studiis versamur, quod pariter utrique negocium facessunt οἱ φρεναπάται σοφισταί, quod pariter uterque connitimur, quo reviviscant christianae literae. Id ego fortasse immodestius de me praedico, quem tu et fortuna et successu talium rerum et eruditione tantum superas, quantum ego vel concipere nequeo, sed ita ob id scribo de me, quod ardentissime cupiam, quod pro virili mea non nihil coner in re tam necessaria. Iecit nobis aleam *Erasmus* ille decus non huius modo seculi, sed omnis plane memoriae, omnium seculorum. Proximi vos estis, *Volfgange* et *Icolampadi.* Credo, non nihil *Martinus* et *Carolostadius* efficiunt. Hos ego, sed longo sequor intervallo. Nec tam deest voluntas maturandi negocii, quam fortuna. Sed in domino confido. Mitto hic ad te quedam *Martini*, brevi nostra quedam missurus. Scopos tuae disputationis vidimus, et placent illi sane. Macte virtute esto, consulet bonis mentibus bonus ille et fons benignitatis spiritus, qui nobis audendi auctor, et dux coeptorum et universi negocii ὁδηγός esto. *Rhetorica mea*, si volent vestri excudant, a meo Bibliotypo mire depravata sunt. Vale mi suavissime Vulfgange. D. *Erasmo*, *Beato*, Rheni deliciis, *Hedioni*, *Frobenio*, *Hartmanno* tuo, adeoque bonis omnibus me commenda. *Martinus* et *Carolostadius* tui sunt. 17. Maii 1519.

Wittembergae. Philippus tuus.

---

2. No. 55 b. (Vol. I. p. 180.) (a. 1519.)

Fabiano Egner.

Edita in libro VI. epist. p. 508. Nunc ex autographo in cod. Rehd. Vol. V. nobis descripta.

Fabiano Egner [1]*, amico suo.*

S. Mi Fabiane. Iam olim vidi pleraque τοῦ Οὐικλέφου opuscula *). Erat, quod maximi [2] fecisse putabant, dialogus quidam, ipse trilogum, ni fallor, inscripsit, διὰ τὰ τρία πρόσωπα διαλέγεσθαι. Non videntur digni [3] mihi publica luce. Sunt enim partim leves disputationes, partim ob-

1) In libro VI. inscribitur *Fabiano Gyreso.*

*) Ex Lutheri epist. ad Spalat. d. d. 19. Mart. 1520. (apud de Wett. T. I. p. 428.) intelligitur Hussi scripta quaedam eo tempore ab Anshelmo edita esse. Qua de causa Egnero in mentem venisse videtur Wiclefi quoque scripta denuo edere.

2) Text. *maxime.*

3) Text. *digna.*

scurissimae et ex mediis scholis dialecticorum illius temporis depromtae. Et mundus obrui iam non necessariis libris videtur. Pertinacissime semper obstiti, ne mea excuderentur. At insidiantur χαλκογράφοι etiam scriniis nostris. O pestem! Verum belle a me cavebitur, ne quid postea mearum nugarum vobis patientissimis lectoribus obtrudam. Vale. Ego sum tuus, et fiducia familiaritatis scribo simplicius.

Philippus.

ANNO 1520.

3. No. 92^b. (Vol. I. p. 270.) (in. Nov.)

Dom. Schleupnero.

† Ex apographo in cod. Paris. D. L. 54^a.

D. Dominico Schleuper, Canonico Vratislaviensi), Domino suo ac patrono.*

Χαίρε δομίνικε ἐν χριστῷ. Τὴν σου ἐπιστολὴν χθὲς προσδεξάμην εὐπαθὼν ὑπ' αὐτῆς ὅτι παλαιοῦ φίλου οὐκέτι ἐδοκεῖς (?) λαθεῖν. Φίλων γὰρ σὲ γνησίως ἀντιφιλεῖσθαι βούλομαι. Κἂν γὰρ ἡ φιλίας ἐλευθεριότης ἔργων ἀμοιβὴν οὐ ποθεῖ, ὅμως τὸ φιλεῖν τοῦ φιλεῖσθαι ἀμείψασθαι ποθεῖ. Ὅτι δὲ, ἐμοὶ δοκεῖν, ἡ ἡμετέρα φιλία διὰ χριστοῦ ἤρξατο, σοῦ δέομαι διὰ χριστὸν, ἀεὶ αὐτὴν φυλάξαι. Καὶ ταῦτα δὴ μὲν ταῦτα. Ἅπερ περὶ τῶν θεολόγων σου ἔγραψας, καλῶς ἔχει. Ἐγὼ δὲ εὐξαίμην ἂν τὰ χριστοῦ. ἡ τῶν θλίψεων μου ἡμέρα ἔσεται XXVII. Novembris**). *Ταύτην δέομαι ξὺν ἐμοὶ διάγεσθαί σε. Δέομαι δὲ τῆς σαρκός μου πειρασμὸν οὐκ ἐξουθενήσασθαι. Νυνὶ λυπῆς γεμῶ (?) οὐκ ἔχων παραμυθούμενον, εἰ μὴ τὴν θεοῦ πνευματώδη γραφήν. Ἔρρωσο.* Wittembergae.

Philippus tuus.
Ex aut° ***).

Ἐπεὶ ὁ σατᾶν παύσηται, ἀνακαλέσω σε. παύσεται δὲ, ὥςπερ ἐλπίζω, μετ' ὀλίγον.

---

*) Is ex Academia Viteb. rediit Vratislaviam mense Iulio 1520. Vid. ep. Lutheri apud de Wett. T. I. p. 472. et p. 474.

**) Loquitur Melanthon de nuptiis suis.

***) Indicatur, apographon ab autographo esse descriptum.

ANNO 1522.

4. No. 185^b. (Vol. I. p. 540.) (fere Ian.)

Dom. Schleupnero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54^a.

Egregio theologo D. Dominico Sleuper), suo.*

S. Bene tu quidem, mi Dominice, quod nihil scripsisti, ut esset quod nos scriberemus. Cui conveniebat enim sine epistola libellos illos mittere? Accepi *κανόνας* et meam *ἀπολογίαν* **). Nihil est autem quod de canonibus sis sollicitus. Redibunt bona fide ad te integri, ubi a me perlecti fuerint, digni certe quos perire non sinamus vel hoc nomine, ut certis argumentis docere possimus, quam stulte synodos maiorum nostrorum iactemus, quam parum spiritus habeant, qui vel praeferantur Evangelio. Si negotium tibi fecerint Satanae urbis tuae, fac sciam. Non desiderabis enim in ea re neque meum, neque patris nostri, scis cuius, officium. Vale. Humanissimum hospitem humanissime tu saluta.

Philippus tuus.

ANNO 1524.

5. No. 295^a. (Vol. I. p. 683.) (fere m. Oct.)

I. Muslero.

Epist. lib. VI. p. 309. Hic ex autographo in cod. Monac. I. p. 18., cuius scriptura docet, epistolam scriptam esse a Melanthone iuvene. — Oratio Musleri, de qua Melan-

---

*) *Sleuper* habet apogr., sed scribendum est *Sleupner*. Is cum Io. Hesso fuerat in Academia Witebergensi, et abiit, ut ex ep. ad Hessum d. 1. Aug. 1520. (Vol. I. p. 208.) colligendum est, mense Iulio 1520. Vid. etiam Vol. I. p. 145. et Lutheri epist. d. 30. Iul. 1520. apud de Wettium Vol. I. p. 472. et p. 474. — Mox autem se contulit Lipsiam, ut ex epist. ad Hessum d. d. 20. Febr. 1521. (Vol. I. p. 284.) videmus. Quam diu ibi commoratus fuerit, non constat, neque in epistolis Melanthonis hoc decennio scriptis ulla eius fit mentio.

**) Quamnam apologiam? — Epistolam anno 1521. vel 1522. scriptam esse, ipsius ratio satis docet. Sed aut est „apologia adversus Theologos Parisinos", quae m. Iunio 1521. (Vol. I. p. 398.) in lucem prodiit, aut „apologia pro M. Bartolomeo Praeposito, qui uxorem in sacerdotio duxit", quae *Erfordiae* 1521., mense Decembri primum excusa est. Vid. Vol. I. p. 421. Puto hanc Melanthoni a Schleupnero missam esse, qui eam vel Lipsiae vel Erfordiae nactus fuerat. Quod si hoc est, epistola fere mense Ianuario 1522. est scripta.

thon loquitur, sine dubio est: „*Funebris oratio habita in laudem Petri Mosellani a Ioanne Muslero Ottingensi*", quae prodiit sine indicio loci et anni (1525. 8.). — Mortuus autem est Mosellanus d. 18. Apr. 1524. Vid. Vol. I. p. 654.

Ioanni Muslero, Lipsiae.

S. Commoverat me non nihil prior illa epistola tua [1]), cum praeter meum ullum meritum mecum expostulares. Nunc mihi per proximas literas large est abs te satisfactum. Editionem Orationis tuae eram equidem omni studio adiuturus, si quis Chalcographus abs te adduci ad excudendum potuisset. Ferreum genus hominum est, nec publicis commodis nec dignitate rei literariae movetur, pulcherrimum artificium turpissimo quaestus studio contaminant. Et hoc tempore praeter maledicos libellos nihil putant vendibile scribi. Et tamen si perpelli *Schumannus* poterit, ut exscribat, efficiam ut intelligas me non vulgariter publicationi scripti † tui" favisse. Nemo me libentius in tali re sumit operam. Cupio enim hoc officii genere non modo mihi adolescentes studiosos devincire, sed excitare etiam studia eorum, qui postquam in lucem ex umbra, et tanquam in aciem prodiere, pertinacius urgent studiorum labores. Vale.

Philippus.

ANNO 1525.

6. No. 340[b]. (Vol. I. p. 750.) 15. Iun.

W. Linck.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 511.

D. Wenceslao Linko, Ecclesiae Altenburgensis Oeconomo, suo patri *)*.*

S. Gaudeo praefectum esse ludo *Theodoricum*: reliquum est, ut et tu incides ad conservandas literas cives tuos, et adolescentem ipsum modereris. Vides quae sit aetas. Toto coelo errat, qui putat, quidquam prudenter aut ratione fieri a iuvenibus, id quod tu, tali aetate vir, non ignoras. Quo magis sollicitus sum de hoc iuvene. Scripsi ad eum cohortatus ad modestiam, velutique multis verbis docere in templis. Rogas cur faciam? Aetas non est par tantae rei. Proinde si quid abs te petere mihi licet, hoc contendo acriter, ut caveas, ne hic puer in templum pertrahatur. Plus satis negotii ei futurum est in schola, atque utinam totum scholae destinetis. Crede mihi, non temere hoc consulo: multo usu iam expertus, et quid periculi sit sacra committere iuventuti, et quantum scelus negligere pueros, qui ad literas admoti sunt. Vale. Christus te et familiam tueatur.

Die Viti. Philippus Mel.

1) Estne is Moserus, quem commemorat Melanthon. in ep. ad Camer. d. 3. Aug. 1544?

*) Wenceslaus Linck annis 1523. et 1524. fuit Altenburgi, Evangelium docens. Eius nuptiae fuerunt mense Apr. 1525., ut docent epistolae Lutheri apud de Wett. T. II. p. 316. et 318. — Mense Augusto a. 1525. secessit Norimbergam. Inde colligo, epistolam scriptam esse 1525.

7. No. 346. (Vol. I. p. 757.) 6. Sept.

I. Electori.

Edita, fortasse ex autographo ipso, in libello: „Erläuterung der Reformationshistorie vom 1524. bis 28. Jahr Christi incl., aus dem hochfürst. Brandenburg-Onolzbachischen Archiv an das Licht gebracht von Johann Wilh. von der Lith." Schwobach (1733.) 8. p. 109. Occasio scribendae epistolae haec fuit. *Casimirus*, Marchio Brandenburgensis Onolzbacensis, indixit conventum ordinum suorum, Onolsbaci „auf Suntag nach St. Mathäus Tag" (i. e. d. 25. Sept.) 1524. habendum, ut de causa religionis ageretur, simulque ordinibus misit XXIII articulos, quos conscribi iusserat, ut scirent, qua de re ipsis cogitandum et in conventu deliberandum foret. (Edictum Casimiri habes in libro: Nützliche Sammlung auserlesener Documenten, Urkunden und Nachrichten, welche zur erweiterten Erläuterung der Reformationshistorie als benöthigte Beilagen erforderlich sind. Nürnb. 1756. 4. p. 16 sq., ubi etiam uberior totius rei narratio legitur.) Quum in conventu sententiae convocatorum de his articulis dissentirent, Casimirus delegit XII theologos, sex catholicos, et sex ex fautoribus emendationis sacrorum, ut conferrent suas sententias ac deliberarent. Catholici autem colloquium metuentes statim se separarunt et suam sententiam scripto comprehenderunt; quod Casimiro tradiderunt. Idem igitur fecerunt Evangelici quoque. Utrumque scriptum paulo post editum est, et Evangelicorum quidem anno 1525. Norinbergae sic inscriptum: „Eyn Rathschlag, den etliche christliche Pfarrherrn, Prediger, und andere götlicher Schrift Verständige einem Fürsten, welcher yezigen Strittigen Leer halben, auf den Abschied jüngst gehalten und Tags zu Nürnberg, Christlicher Wahrheit Unterricht begehret, gemacht haben, die auch solchs Rathschlags zur Nothdurft bekenntlich seyn, und durch göttliche Schrift vertheidigen wollen." (Hoc scriptum, ut antecedens catholicorum simulque refutatio scripti cathol., recusa habes in libro: Nützliche Sammlung auserlesener Documenten etc. in fine.) Marchio Casimirus hoc Evangelicorum scriptum postquam anno 1525. editum fuerat, misit ad Ioannem, Ducem Saxoniae Electorem, qui illud Theologis Witenbergensibus tradidit, ut suam de eo sententiam dicerent, unde nata est sequens epistola, quae sine dubio Lutherum habet auctorem, sed in eius opp. et epistolis non legitur. Opinor, Ioannem Casimiro autographon misisse.

(*Iohanni, Duci Saxoniae, Principi Electori.*)

Durchleuchtigster, Hochgeborner Fürst, gnädigster Herr. Wir haben Euer Churf. G. Schrift sambt dem

überschickten Büchlein empfangen und mit Fleiß durchlesen, und geben E. Chf. G. unterthäniger Meinung darauf unser Antwort und Urthel. Nämlich das alles, was in dem Büchlein berathschlagen und gestellet ist, gefället uns fast wohl. Es ist auch unser Münz und des rechten Schlags, damit wir nun bei fünf Jahren haben umgangen und gelehret, danken auch Gott mit Freuden, daß anderswo solche Leut seind, denen die rechte Wahrheit so ernstlich und treulich zu Herzen gehet. Seind auch deß gewiß, wo der Rathschlag hinkommt, er soll mit allen Ehren bestehen, nicht allein wider die Papisten, sondern auch wider die höllischen Pforten. Wir wollen auch zu denen treten, und bei ihnen stehen, die solche Artikel haben bewährt*), wie wir bei unsrer Lehre bisher gethan, und zu thun schuldig seind. Dann es ist die rechte Wahrheit, darauf sich beede, Euer Churf. G. und der Fürst, so sie hat E. Chf. G. zugeschickt, trostlich verlassen, so fern uns Gott Gnad gibt und Stärk.

Ohne der eine Artikel, da sie den Bilden**) widerstehen, darinne wir's gar nicht mit ihnen halten. Wiewohl wir auch den Götzen nicht viel gönnen, achten wir doch, die nit zu verdammen, als wider Gott gethan sey, so jemands Bildlein mahlen läßt oder hätte; sintemal auch Christus die Münz des Kaisers gehen ließ, und auch selbst braucht, da doch Bilde auf stunden, und noch stehen. Doch weil dieß Büchlein ein Rathschlag ist, und fürzutragen auf ein entlich Urtheil, wissen wir der frommen Leut Gutdunken und Furschlag nit zu tadeln, zuvor weil sie sich so christlich erbieten, (sich) weisen und lehren zu lassen, und um eines geringen Feyls willen ein solch theuer, gut Büchlein nit zu verachten ist. Das haben wir auf Euer Churf. G. Schrift und Befehl unterthänigs Fleiß wollen zu Antwort geben, stellen das in Euer Churf. G. Wohlgefallen und Gnaden zu verschicken oder urtheilen, wie Gott verleihen wird.

Datum Mittwoch nach Egidy Anno XXV.

Euer Churf. G.

unterthänige

Martinus Luther.
Justus Jonas.
Joannes Bugenhagius Pomeranus.
Philippus Melanchthon.

*) Lib. edidit bewerd.

**) Imaginibus in templis. Lithius putat, Carolostadium, qui eo tempore in Franconia versabatur et auxilium Casimiri implorabat, effecisse ut de imaginibus durior sententia ferretur.

ANNO 1526.

8. No. 366 b. (Vol. I. p. 785.) 29. Ian.

P. Ritter.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 51 b.

Petro Ritter, docenti adolescentiam in Gorlicio, oppido Lusatiae.

S. Exhibuit mihi legendam epistolam tuam *Ambrosius* ad se scriptam, in qua me hoc delectavit, quod tu nostri memoriam nondum deposuisses. Illud non perinde delectavit, quod suspicaris, me tibi iratum esse. Ego vero te, mi Petre, propter tuam probitatem, quae mihi cognita et spectata fuit, cum apud honestissimum ac doctissimum virum *Aesticampianum* *) ageres, propterque tuam singularem diligentiam in discendo semper et amavi et feci plurimi. Neque meam voluntatem erga te, sicubi mea opera tibi usui potuisset esse, non prolixe declarassem. Sed tu hinc tuo fato abreptus e conspectu nostro, nobis nihil opus habebas. Ita factum est, ut nullo meo officio mea erga te benevolentia tibi ostensa sit. Tu tamen amanter facies, si nos amare pergas, et depones ex animo istas indignas gravitate tua suspiciones. De ludo literario gratulor tibi mandatam esse provinciam. Est enim tua eruditio fidesque mihi nota, quorum utroque in docendo opus est. Meum consilium etiam requiris ea de re. Ego ita iudico, nusquam te melius de rebus mortalium mereri posse, quam si pueritiam recte et fideliter doceas. Docebis autem rectissime, si, quod nunc in scholis fere negligitur, Latinam grammaticen diligenter inculcaveris statim ab initio rudibus ingeniis. Postquam lectionem didicerunt, et cum Grammatica coniunxeris Terentium, aut simile quiddam aptum puerili captui. Unus dies in septimana meo iudicio collocandus est in hoc, ut sacras preces et decalogum discant intelligere pueri. Vale, die 4ta post conversionem Pauli, 1526.

Philippus Mel.

*) Proprie Ioh. Rhagius ex pago Sommerfeld; hinc Aesticampianus cognominatus. Vid. de illo Epist. Vol. I. p. 77. — Lutherus in Ep. ad Langium d. d. 21. Mart. 1520. (apud de Wett. T. I. p. 429.) scribit: „Aesticampianus quoque a(…)maticus se inungi curavit, et ad exitum parari."

ANNO 1527.

9. No. 472[b]. (Vol. I. p. 899.) (ex. Octob.)

C. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

D. Casparo Aquilae, Pastori Ecclesiae in oppido Salveld.

S. D. Nuncius valde properabat, nec ego domi haec scribebam, sed in nostra schola. Quare brevior esse cogor quam res poscebat. Accepi controversiam de matrimonio, in qua rogo te, prius alia remedia tentare velis quam sinas reum iurare. Nam suspiciones seu praesumptiones adversus eum magnae sunt. Quid enim acciperet annulum nisi sponsalia vellet contrahere? D. *Hieronymus* non adest*). Si tamdiu differri res potest, cum eo deliberabo, utri personae sit deferendum iusiurandum. Nam Iurisconsulti statuunt, non esse iusiurandum deferendum ei personae contra quam sunt praesumptiones vehementes. Ego tamen in hoc casu nolim puellam cogere ad iurandum, sed deferre reo iusiurandum, ne conscientia miserae puellae si desereretur ab illo improbo, gravetur. De ebrietate alias. Vale.

Philippus.

---

10. No. 479[b]. (Vol. I. p. 907.) (d. 7. vel 8. Nov.)

C. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

Casparo Aquilae, Pastori in oppido Salveldia.

S. D. Heri tibi misi descriptionem pulvisculi[1]), t scripsi alia quaedam, quae arbitror ad te iam ervenisse. Nolui tamen dimittere vacuum scriam vestrum: nam ego nullam occasionem scriendi ad te soleo praetermittere. Et in his occuationibus vinco te hoc officii genere. Tu enim t raro scribis, et non nisi querelas, tametsi hoc osterius temporum calamitatibus imputare malo, quam tuae *μεμψιμοιρίᾳ*. Quod enim unquam saeculum fuit, in quo ita omnes honestae res spectarint ad interitum? Sed nostrum est precibus publicum statum Christo commendare, non quaeri ut illi: *Estne Deus inter nos?* Meus censor sane acriter flagellat me. Vale. Scribe an formulam pulvisculi acceperis.

Φιλ.

*) Hieronymus Schurf. Vitebergam rediit m. Novbr. Vid. ep. ad Aquil. Vol. I. p. 900.

1) Vid. epist. antecedens.

---

11. No. 480[b]. (Vol. I. p. 908.) 12. Nov.

C. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

Casparo Aquilae.

S. D. Hoc scilicet ad summas animi mei molestias accedit, ut tu quoque a me talibus calumniis abalieneris. Sic habe. Ego nec dixi unquam neque cogitavi quae scribis, et potes has literas ostendere autori illius fabulae quisquis est. Ego eum non dubito affirmare vanissimum ac mendacissimum omnium hominum esse. Et ut fiduciam meae conscientiae aestimare possis, nunc te rogo, ut has meas literas exhibeas omnibus, qui ad te hos sermones detulerunt. De Pauli loco satis me exercet *Islebius*. Et iam vocor in aulam, causam dicturus capitis, opinor, propter illud scriptum. Ego secutus sum illam sententiam in enarrando, quam video et veteres amplexos esse et nihil absurditatis habere. De dogmate ipso convenit mihi cum *Luthero*, nec propterea videri debeo ab illo dissentire, etiamsi aliquem locum paulo secius interpretor. Quis enim hoc non facit? Et in hoc loco ego nullam novam interpretationem finxi; Veterum est, ut in Hieronymo est cernere. Et nihil habet absurditatis. Olim sophistica theologia regnabat. Nunc pro illa multi amplectuntur sophisticam; qui, si me commoverint, accipientur pro merito. Et commovissent iam dudum, nisi ego in tam multis dissensionibus reprimerem me, cuperemque studere non augendis dissidiis sed sarciendae concordiae. Quaedam mandavi tibi dici de clandestinis matrimoniis, de quibus respondeas mihi. Nollem enim ea rescindi. Vale. Dinstag post Martini diem.

Philippus.

überschickten Büchlein empfangen und mit Fleiß durchlesen, und geben E. Chf. G. unterthäniger Meinung darauf unser Antwort und Urthel. Nämlich das alles, was in dem Büchlein berathschlagen und gestellet ist, gefället uns fast wohl. Es ist auch unser Münz und des rechten Schlags, damit wir nun bei funf Jahren haben umgangen und gelehrt, danken auch Gott mit Freuden, daß anderswo solche Leut seind, denen die rechte Wahrheit so ernstlich und treulich zu Herzen gehet. Seind auch deß gewiß, wo der Rathschlag hinkommt, er soll mit allen Ehren bestehen, nicht allein wider die Papisten, sondern auch wider die höllischen Pforten. Wir wollen auch zu denen treten, und bei ihnen stehen, die solche Artikel haben bewährt*), wie wir bei unsrer Lehre bisher gethan, und zu thun schuldig seind. Dann es ist die rechte Wahrheit, darauf sich beede, Euer Churf. G. und der Fürst, so sie hat E. Chf. G. zugeschickt, trostlich verlassen, so fern uns Gott Gnad gibt und Stärk.

Ohne der eine Artikel, da sie den Bilden**) widerstehen, darinne wir's gar nicht mit ihnen halten. Wiewohl wir auch den Götzen nicht viel gönnen, achten wir doch, die nit zu verdammen, als wider Gott gethan sey, so jemands Bildlein mahlen läßt oder hätte; sintemal auch Christus die Munz des Kaisers gehen ließ, und auch selbst braucht, da doch Bilde auf stunden, und noch stehen. Doch weil dieß Buchlein ein Rathschlag ist, und fürzutragen auf ein entlich Urtheil, wissen wir der frommen Leut Gutdunken und Furschlag nit zu tadeln, zuvor weil sie sich so christlich erbieten, (sich) weisen und lehren zu lassen, und um eines geringen Feyls willen ein solch theuer, gut Buchlein nit zu verachten ist. Das haben wir auf Euer Churf. G. Schrift und Befehl unterthänigs Fleiß wollen zu Antwort geben, stellen das in Euer Churf. G. Wohlgefallen und Gnaden zu verschicken oder urtheilen, wie Gott verleihen wird.

Datum Mittwoch nach Egidy Anno XXV.

Euer Churf. G.

unterthänige

Martinus Luther.

Justus Jonas.

Joannes Bugenhagius Pomeranus.

Philippus Melanchthon.

---

*) Lith. edidit bewerb.

**) Imaginibus in templis. Lithius putat, Carolostadium, qui eo tempore in Franconia versabatur et auxilium Casimiri implorabat, effecisse ut de imaginibus durior sententia ferretur.

ANNO 1526.

8. No. 366 b. (Vol. I. p. 785.) 29. Ian.

P. Ritter.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 51 b.

Petro Ritter, docenti adolescentiam in Gorlicio, oppido Lusatiae.

S. Exhibuit mihi legendam epistolam tuam *Ambrosius* ad se scriptam, in qua me hoc delectavit, quod tu nostri memoriam nondum deposuisses. Illud non perinde delectavit, quod suspicaris, me tibi iratum esse. Ego vero te, mi Petre, propter tuam probitatem, quae mihi cognita et spectata fuit, cum apud honestissimum ac doctissimum virum *Aesticampianum* *) ageres, propterque tuam singularem diligentiam in discendo semper et amavi et feci plurimi. Neque meam voluntatem erga te, sicubi mea opera tibi usui potuisset esse, non prolixe declarassem. Sed tu hinc tuo fato abreptus e conspectu nostro, nobis nihil opus habebas. Ita factum est, ut nullo meo officio mea erga te benevolentia tibi ostensa sit. Tu tamen amanter facies, si nos amare pergas, et depones ex animo istas indignas gravitate tua suspiciones. De ludo literario gratulor tibi mandatam esse provinciam. Est enim tua eruditio fidesque mihi nota, quorum utroque in docendo opus est. Meum consilium etiam requiris ea de re. Ego ita iudico, nusquam te melius de rebus mortalium mereri posse, quam si pueritiam recte et fideliter doceas. Docebis autem rectissime, si, quod nunc in scholis fere negligitur, Latinam grammaticen diligenter inculcaveris statim ab initio rudibus ingeniis. Postquam lectionem didicerunt, et cum Grammatica coniunxeris Terentium, aut simile quiddam aptum puerili captui. Unus dies in septimana meo iudicio collocandus est in hoc, ut sacras preces et decalogum discant intelligere pueri. Vale, die 4ta post conversionem Pauli, 1526.

Philippus Mel.

---

*) Proprie Ioh. Rhagius ex pago Sommerfeld; hinc Aesticampianus cognominatus. Vid. de illo Epist. Vol. I. p. 77. — Lutherus in Ep. ad Langium d. d. 21. Mart. 1520. (apud de Wett. T. I. p. 429.) scribit: „Aesticampianus quoque rematicus se inungi curavit, et ad exitum parari."

ANNO 1527.

9. No. 472 b. (Vol. I. p. 899.) (ex. Octob.)

C. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 ᵃ.

D. Casparo Aquilae, Pastori Ecclesiae in oppido Salveld.

S. D. Nuncius valde properabat, nec ego domi haec scribebam, sed in nostra schola. Quare brevior esse cogor quam res poscebat. Accepi controversiam de matrimonio, in qua rogo te, prius alia remedia tentare velis quam sinas reum iurare. Nam suspiciones seu praesumptiones adversus eum magnae sunt. Quid enim acciperet annulum nisi sponsalia vellet contrahere? D. *Hieronymus* non adest *). Si tamdiu differri res potest, cum eo deliberabo, utri personae sit deferendum iusiurandum. Nam Iurisconsulti statuunt, non esse iusiurandum deferendum ei personae contra quam sunt praesumptiones vehementes. Ego tamen in hoc casu nolim puellam cogere ad iurandum, sed deferre reo iusiurandum, ne conscientia miserae puellae si desereretur ab illo improbo, gravetur. De ebrietate alias. Vale.

Philippus.

---

10. No. 479 b. (Vol. I. p. 907.) (d. 7. vel 8. Nov.)

C. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 ᵃ.

Casparo Aquilae, Pastori in oppido Salveldia.

S. D. Heri tibi misi descriptionem pulvisculi [1]), et scripsi alia quaedam, quae arbitror ad te iam pervenisse. Nolui tamen dimittere vacuum scribam vestrum: nam ego nullam occasionem scribendi ad te soleo praetermittere. Et in his occupationibus vinco te hoc officii genere. Tu enim et raro scribis, et non nisi querelas, tametsi hoc posterius temporum calamitatibus imputare malo, quam tuae *μεμψιμοιρίᾳ*. Quod enim unquam saeculum fuit, in quo ita omnes honestae res spectarint ad interitum? Sed nostrum est precibus publicum statum Christo commendare, non quaeri ut illi: *Estne Deus inter nos?* Meus censor sane acriter flagellat me. Vale. Scribe an formulam pulvisculi acceperis.

Φιλ.

*) Hieronymus Schurf. Vitebergam rediit m. Novbr. Vid. ep. ad Aquil. Vol. I. p. 900.

1) Vid. epist. antecedens.

---

11. No. 480 b. (Vol. I. p. 908.) 12. Nov.

C. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 ᵃ.

Casparo Aquilae.

S. D. Hoc scilicet ad summas animi mei molestias accedit, ut tu quoque a me talibus calumniis abalieneris. Sic habe. Ego nec dixi unquam neque cogitavi quae scribis, et potes has literas ostendere autori illius fabulae quisquis est. Ego eum non dubito affirmare vanissimum ac mendacissimum omnium hominum esse. Et ut fiduciam meae conscientiae aestimare possis, nunc te rogo, ut has meas literas exhibeas omnibus, qui ad te hos sermones detulerunt. De Pauli loco satis me exercet *Islebius*. Et iam vocor in aulam, causam dicturus capitis, opinor, propter illud scriptum. Ego secutus sum illam sententiam in enarrando, quam video et veteres amplexos esse et nihil absurditatis habere. De dogmate ipso convenit mihi cum *Luthero*, nec propterea videri debeo ab illo dissentire, etiamsi aliquem locum paulo secius interpretor. Quis enim hoc non facit? Et in hoc loco ego nullam novam interpretationem finxi; Veterum est, ut in Hieronymo est cernere. Et nihil habet absurditatis. Olim sophistica theologia regnabat. Nunc pro illa multi amplectuntur sophisticam; qui, si me commoverint, accipientur pro merito. Et commovissent iam dudum, nisi ego in tam multis dissensionibus reprimerem me, cuperemque studere non augendis dissidiis sed sarciendae concordiae. Quaedam mandavi tibi dici de clandestinis matrimoniis, de quibus respondeas mihi. Nollem enim ea rescindi. Vale. Dinstag post Martini diem.

Philippus.

12. No. 480^c^. (Vol. I. p. 908.) (med. Nov.)

C. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54.

Caspare Aquilae, Pastori Ecclesiae Dei in oppido Salveldia.

S. D. Accepi tuam querelam, mi Caspar, de quorundam sacrificulorum importunitate, quae me profecto non leviter commovit. Vehementer enim doleo, semina discordiae longioris spargi, quae diu iam crudeliter grassatur in Ecclesia. Ego in hac inspectione Ecclesiarum maxime volui concordiam constituere. Itaque hortatus sum eos, qui docent Evangelium, ut moderate et sine conviciis suum officium faciant: quaedam etiam in doctrina superioris saeculi probavi, v. c. *poenitentiae partitionem* si tamen tribuatur (?) satisfactio Christi, eamque partitionem utilem esse existimo ad docendum. Nunc tu quereris me Papistam factum esse, me patrocinari Monachis. Citius putavi posse Salam vestram recurrere ad fontes suos quam tuum de me iudicium mutari. Habes scriptum meum domi tuae, quod fidem facere potest, quomodo probarim poenitentiae partitionem. Nulla res me movit, nisi quod omnes definiebant poenitentiam esse mortificationem carnis; item, esse abnegationem sui; item esse cognitionem peccati, quorum verborum nihil neque vulgus intelligit neque doctores aliquot, quos quidem in hoc itinere audivi. Itaque malui contritionem vocari poenitentiae initium. De caeteris partibus puto me satis diserte et plane dixisse nec ulli sano homini dedisse occasionem rixandi. Vellem, inquis, haec nomina poenitentiae prorsus explosa esse. Quid audio? Quae tandem causa est, cur, cum ad docendum sit utilis partitio, si recte intelligatur, explodatur? Nimio odio Papae quidam omnia bona et mala iuxta damnant; ea ex re quanta sint nata scandala videmus. Quin potius quae poterant tolerari aut excusari leniamus, ut Ecclesiae concordiae consulamus. Et Paulus praecipit, ut aequitate in iudicando utamur. Nunc ἐπιείκειαν in te desidero sic ἀποτόμως disputante de hac partitione. Quidam non hoc agunt, ut Ecclesiae concordiam constituant, sed ut regnent. Id ita effici posse existimant, si videantur soli sapere, si doctrina veteris Ecclesiae tota damnetur. Haec tu scis fieri, mi Caspar, a multis. Tuam modestiam semper amavi, teque adhortor, ut eam mordicus retineas, nec sinas eam tibi de manibus extorqueri. Sed quidam, inquies, tollunt cristas, maledicunt Evangelio, quia quaedam in veteri doctrina approbamus. Quid hoc aliud est quam velle regnare, non velle perpeti quemquam, qui nobis maledicat? Hos tu ferre aequo animo et vincere patientia debes. Neque officiet doctrinae illa tua mansuetudo, si tu interea tamen meliora *moderate doceas*.

De Monachis quod scribis, viderit Comes *Albertus*, in cuius parochia docent; in urbe docere eis non licet, nec permissum est, nec permitti debet; nec tamen iudicavimus eos ex monasteriis extrudendos. Quidam, ut suspicor, te adversus eos incitant, ut quaerant occasionem invadendi in eorum possessionem, quibus te moneo ne obsecundes. Noli putare rem christianam ita futuram meliori loco, si vulgus vehementer maledicat Monachis, si omnes veteres mores irrideat, si Monachi e possessionibus eiiciantur, si inducantur in haec loca, destinata studiis sacrarum literarum, barbari milites. Crede mihi advigilandum est tibi, ne tua autoritate quidam ad compendium suum abutantur.

Habes responsionem breviorem, quam cupiebam scribere, sed angustia temporis vetuit longiores literas dare. Hoc te rogo per Christum, ut moderate doceas, et concordiae Ecclesiae consulas, et adversarios patientia vincas, non certes cum maledicis maledicendo. Noli, inquit ille, respondere stulto iuxta stultitiam suam. Multa nunc melius docentur, divino beneficio, in Ecclesia, quam ante; sed quaedam melius olim docebant aliqui, quam multi nunc indocti Lutherani. Sanare animos tum adversariorum tum plebis tuae debes, non alere factionum odia. Quaedam papistae in nostris non sine causa reprehendunt. Proinde dissimulabis alicubi aliorum maledicta, nec semper putabis referiendos esse. Vale et responde. Datae Ienae.

Philippus.

---

13. No. 480^d^. (Vol. I. p. 908.) 17. Nov.

C. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54.

Caspano Aquilae, Pastori Ecclesiae Dei in oppido Salveldia.

S. D. Scripsi tibi his proximis diebus meque purgavi de criminibus, quae mihi abs te obiecta sunt [1]). Ego de te semper et sensi et locutus sum honorifice, quare ille quisquis est autor maledicti istius, quod scripsisti, sceleste mentitur, nec vererer cum eo expostulare si nossem hominem. Nunc te rogo, mihi ut malis fidem habere quam illi sycophantae. De Pauli loco nunc fortasse Torgae agemus; veniet eo, ut suspicor, *Islebius*. Ego non sine certo consilio hanc expositionem secutus sum, quae tum nihil habet absurditatis, tum gravissimis scriptoribus veteribus placuit. Nec videri debeo propterea dissentire a Christianismo, ut tu scribis. Quisquis tandem est, qui sic de me pronunciat? cur iudicat de alieno servo? Christi hoc iudicium est, non est hominum. Sed decrevi has calumnias pati ac perferre propter Deum. Nec me vindictae cupiditas perpellet, ut aliquid faciam quod laedere Evangelii gloriam posset. His de rebus scripsi proxime copiosius, teque rogo, mihi ut significes, an eas literas acceperis. Porro in epistola quam attulit Dominus *Georgius* iterum me obiurgas, quod de te iudicaverim re nondum explorata. Ego vero non iudicavi, nec credidi rumoribus, qui huc adferebantur, sed explorandos duxi. Quare commisi *Georgio*, ut tecum ageret, ut significaret mihi, quid istic constituisset de clandestinis sponsalibus. Quid, cedo, vitii est, hominem amicum percontari? Quod si est id iudicare, fateor, me nullas literas scire. An mox assentitur incerto rumori, qui curat explorari, quomodo res se habeat? Nulla fuit causa, mi Caspar, cur sic responderes. Sed omitto querelam. Hoc rogo, quemadmodum saepe alias, ut in hac tua provincia, plena, ut vides, periculi, nihil temere de desponsationibus [2]) statuas contra receptas leges. Leges ipsae prohibent clandestina sponsalia, nec tamen rescindunt. Idem tibi sequi tutissimum est; nam in concionibus acerrime commonere debebis liberos sui officii, ne iniussu parentum contrahant matrimonia. Verum in iudicio contracta rescindere non perinde tutum est. Nunquam Witebergae rescidimus, quod equidem sciam. Quod si parentes contendent, ut rescindantur, potes ad aulae iudicium rem reiicere. Haec ego simplicissimo optimoque animo duxi ad te scribenda esse, speroque fore, ut boni consulas. Ἀγαθὴ, inquit Homerus [3]), παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου. His te praeceptis humanissimis ad mansuetudinem instructum non decet aegre ferre, si quis amicus bono animo moneat. Quid enim est alienius ab humanitate, quam hanc consuetudinem atque haec officia ex amicitia adeoque ex vita tollere? Non erat ad manum Ambrosii codex, alioquin adscripsissem tibi quendam locum, in quo praecipit, ne sine parentum autoritate liberi contrahant matrimonium, quem cum legeris videbis, quam modeste isti gravissimi ac sanctissimi homines huiusmodi causas tractaverint. Et quidem ibidem citat duos ex *Euripide* versus, quos quia in vulgatis exemplaribus desiderantur, adscribam:

νυμφευμάτων μὲν τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς
μέριμναν ἕξει κ' οὐχ ἐμὸν κρίνειν τάδε,

id est: cui me viro despondeat pater meus curabit; hac de re statuere haud est meum. Sunt autem verba Hermiones apud Euripidem in Andromache, ubi petit Orestes, ut illa sibi nubat. Locus hic Ambrosii est in enarratione historiae Rebeccae. Totum illud caput tibi describemus, si istic nullum habetis Ambrosii codicem. Vides autem gravissimum scriptorem nostris quoque literis delectatum esse. Neque enim his sententiis usurus erat, si ab his studiis abhorruisset. Utinam nostrae aetatis theologi non usque adeo honestas disciplinas contemnerent. Ego te ob hanc quoque causam magis amavi, quia harum sensi te studium non simulate, ut quidam mei aemuli, sed ex animo colere. Quaeso itaque te, ut vicissim nos ames, veteremque benevolentiam erga me tuam conserves, nec patiaris te a me abalienari per improbos quosdam sycophantas, quibus voluptati est Ecclesiae dissidium. Christus autem gubernet nos omnes, ut ipsum colemus, praestemusque caritatem, quam toties nobis praecipit. Vale. Die dominico post festum Martini 1527.

Philippus.

1) Vid. ep. d. 12. Nov. h. a.
2) Fortasse: *desponsionibus*.
3) Iliad. λ'. 793.

14. No. 482 *b*. (Vol. I. p. 911.) 21. Nov.

C. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 *b*.

Casparo Aquilae, (Pastori in oppido Saalfeld).

S. D. Exposuit mihi tuus Collega consilia sua de quaerenda alia parochia. Haec ego, quoniam ita postulat ipse, libenter adiuvabo. Si volet ei cedere Ulstadiensis de sua parochia agam et ipse apud clarissimum principem de literis, ut vocant, praesentationis. Aliqua ex parte ius designandi pastores in Ulstadt ad concilium Academiae nostrae pertinet, quo si reiecta res fuerit, ego hunc hominem quantum potero adiuvabo. Non obesset, si *Iohannes* Ulstadius cum *Glacio* ageret, ut de eius quoque voluntate res facilius conficeretur, tametsi existimo, huius senis, tui collegae, aetatem respecturum esse, quo minus obsistat ei in hoc negotio. Quicquid erit quod ego vel apud clarissimum principem vel apud concilium scholae, vel apud alios potero efficere, non est vobis mea opera defutura. Sed quando respondet mihi? Scire cupio an acceperis meas literas, quibus te placare volui, hominem tam veteri mihi devinctum amicitia. Die Saturni iter suscipiam versus Torgam, ubi audiendi mihi sunt censores mei, qui valde, ut Graeci dicunt, ἀποτόμως inquirunt in meum libellum. Tu roga Christum, ut regat et gubernet omnes docentes in Ecclesiis. Vale, die Iovis post festum divae Elizabethae. 1527.

Philippus Melanthon.

---

15. No. 484 *b*. (Vol. I. p. 918.) (fere d. 17. Dec.)

C. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 *b*.

Casparo Aquilae, Pastori in oppido Salveldia.

S. D. Consultius mihi visum est, ut isti agrestes homines in rure haberent aliquem diaconum de more initiatum. Et huius vestri ludimagistri alio in loco usus esse potest amplior in schola aliqua gubernanda. Itaque quaesivi alium quendam Diaconum. Is hodie non aderat, sed cum primum venerit, agam cum eo, ut istuc proficiscatur. Veniet autem, ut arbitror, intra triduum. De casu matrimoniali locutus sum cum D. *Hieronymo*, et remitto tibi chartam. Quid iudicaverit adscripsi in margine eius chartae. O singularem huius saeculi calamitatem. Nunquam enim iusiurandum levius curarunt homines. De *Eucharistia* iubeo te, quod et ante feci, diligenter veterum Ecclesiasticorum libros inspicere. Ego hactenus nihil inveni aliud quam quod adhuc docuimus, nec velim novi in Ecclesia dogmatis autor esse. *Erasmus* scripsit argutissime de libero arbitrio, et quidem his diebus propter id scriptum graviter contristatus sum. Neque tamen eripiet mihi veram sententiam. Nuper fui Torgae apud *Lutherum*, quocum multa περὶ εὐχαριστίας disputavi. Ipse aiebat, se de sua sententia nihil dubitare. Gaudebam οὕτωσί πληροφορηθῆναι, idque te scire iudicavi operae pretium. Christus servet te. Vale et rescribe quoties habebis nuncios. De Ebrietate nos ipsi sylvam aliquam argumentorum per otium colligemus. Reliqui enim nihil nisi vulgaria et tibi iam antea notissima congerunt. Vale.

Philippus ὁ σός.

ANNO 1528.

16. No. 501 *b*. (Vol. I. p. 936.) 8. Ian.

C. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 *b*.

Casparo Aquilae, Pastori in oppido Salveldia.

S. D. Ago tibi magnas gratias pro Xenio mihi misso ac pueris meis. Ego nunc tracto causam sacramentariam in publicis lectionibus, si non subtilem, certe pro virili. Spero tamen fore, ut in tot contentionibus aliqui eo labore adiuventur. Tu vide, ut istic vigiles, ne vel ἀναβαπτισταὶ vel alii nova dogmata ferentes perturbent tranquillitatem Ecclesiae. Moderate docendo plus proficies quam conviciis. Vides in *Augustani* illius *civis* literis, quantum offendantur boni viri conviciis. Si potes istuc pertrahere *Uhlstadiensem* nihil impediam, imo iuvabo vos. Non enim magnopere propero eum Neapolin traducere. Omitte quaeso illas querelas de mea erga te voluntate.

Ego te et amo et amabo semper, dum moderate docebis: neque quisquam tuis laudibus candidius favet quam ego. Vale feliciter. die Mercurii μετὰ τῆς ἀπαρχείας.

Philippus.

---

17. No. 504 b. (Vol. I. p. 989.) 31. Ian.

C. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³.

Casparo Aquilae (Pastori Salveldensium).

S. D. *Nicolaus Dunkel* minister *Iohannis Duri* petivit, ut se tibi commendarem, ut dares operam, ut in ludo literario urbis vestrae consequatur hypodidascali munus. Amabo te si quid potes homini benefacere, ne graveris eum adiuvare. Mihi quidem non est explorata eius doctrina, quare non possum eam bona fide praedicare: sed opinor, tibi hominem notum esse. Et si callet grammaticam, nihil requirendum censeo amplius praeter fidem. Bene vale. Pridie Cal. Febr.

Φίλιππος.

---

18. No. 505 b. (Vol. I. p. 939.) 5. Febr.

C. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³.

Casparo Aquilae, Pastori Salveldensium.

S. D. Accepi et tuas et senatus vestri literas, ex quibus intelligo, vos mirifice cupere, ut vestrae Ecclesiae *Iohannes Ulstadianus* praeficiatur. Respondi itaque senatui, videri mihi consultum, ut una tecum mittant hunc Ulstadianum hac septimana aut primis diebus proximae septimanae. Cupio enim ex ipso Ulstadiano audire, quid Neapoli egerit. Facile potest effici, ut apud vos maneat, si modo viam aliquam consulendi *Widensi* Pastori excogitare poterimus. Illi enim destinata est Ulstadiana parochia. In uno hoc tota haec controversia vertitur, quomodo prospici possit Widensi illi, qui parochia abdicare propter saevitiam, qua utitur in concionando, intolerabili coactus est. Cum autem convenerimus, spero nos rationem inituros totius rei conficiendae. Credo mihi, nihil in his rebus privatis effectibus meis tribuo; utilitati communi et voluntati bonorum virorum apud nos et alibi studeo morem gerere.

Hoc biduo primum ex Torga redii. Fui et Witebergae comitatus *Lutherum* *), qui Dei beneficio sic satis valet hoc tempore. Caetera coram. Vale feliciter. Die ☿ post ferias purif. Mariae 1528.

Philippus tuus.

---

19. No. 508 b. (Vol. I. p. 942.) 4. Mart.

C. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³.

Casparo Aquilae.

S. D. Heri fuit hic *Aureus*, quem nullo modo persuadere potui, ut Ulstadium omitteret. Exposuit etiam iam, in Bucholz successorem *Hachi* datum esse, et *Ibachum* proficisci in Hassiam. Habes summam orationis *Aurei*. Feras igitur quod mutari non potest, et *Iohannem* Ulstadianum sinas Neapolin migrare. Est illa, ut vides, legitima vocatio principis auctoritate facta, cui parere omnes debemus. Spero autem futurum, ut tempore inveniatis aliquem pastorem non minus idoneum. Interea et aerarium vestrae Ecclesiae erit locupletius. Ego sicubi aut tibi aut tuis gratum facere potero obsecundabo vobis quam quidem libentissime. Vale feliciter. Ex Iena, die Mercurii post dominicam Invocavit. Scripsi et *Iohanni* Ulstadiano. Eas literas quaeso te ut ei mittas.

Philippus.

---

20. No. 541 b. (Vol. I. p. 989.) (med. Iul.)

C. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54³.

---

*) In Melanthonis epistolis nihil praeterea legitur de itinere hoc tempore factum Witebergam et Torgam, sed de reditu quaedam habentur, ubi profectus est simul ad Reiffensteinium. Ex epistola Lutheri autem d. d. 27. Ian. 1528. (apud de Wett. T. II. p. 264.) intelligitur, Lutherum et Pomeranum eo die fuisse Torgaviae.

Casparo Aquilae, Pastori Ecclesiae Dei in oppido Salveldia.

S. D. Video te, mi Caspar, veterum amicorum prorsus oblivisci. Dedi igitur has literas huic tabellario, ut apud te nostrae veteris necessitudinis memoriam renovarem. Quaeso autem, ut per occasionem ad nos scribas de omnibus tuis rebus, deque tuae Ecclesiae statu, quam opto esse tranquillam. Hic Dei beneficio tranquillitas mediocris est. Noster *Pomeranus* abest Brunswigi, vix rediturus ante natalem domini. Ibi Ecclesiam et ministros ordinat. Proficiscitur etiam brevi *Hamburgum*. Tu ora Deum, ut det nobis pacem. Solus enim Deus liberavit nos hoc tempore horribili bello, quod Satan miris technis voluit excitare. Sed prodest nobis hic casus, ut acuat in nobis solicitudinem orandi, et, quia vidimus praesentiam Dei, fidem etiam confirmet erga Deum. Vale feliciter. [Mense Iulio 1529.] *).

Philippus.

ANNO 1529.

21. No. 578 b. (Vol. I. p. 1031.) 14. Ian.

C. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 a.

Casparo Aquilae.

S. D. Existimo, sacerdotem missum ad aulam impetrasse, quod voluit. Ego dies iam aliquot inspectione absoluta in aula haereo, ut perficiantur quaedam negotia ecclesiastica. Princeps voluntate est optima, et plurima patitur propter defensionem eorum, qui docent in Ecclesiis; quare non putes indignum, si tu quoque pateris. Video plus satis ubique vehementes esse doctores, qui onerant odio et periculo principem. Te igitur, mi Aquila, ad patientiam adhortor. Si necessaria docueris, recte consules Ecclesiae tuae. Caetera quid populo prosunt? cuius quanta sit imperitia nosti. Et politicis negotiis quantum potes abstine. Caseum tibi muneri misi, quia tantum in visitatione paucolos quosdam caseos et infinitas molestias lucrefeci. Vale feliciter. Ex Wimaria die Veneris in octava natalis principis iunioris *). 1529.

Philippus.

---

22. No. 587 b. (Vol. I. p. 1038.) 20. Febr.

C. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 a.

Casparo Aquilae, Pastori in oppido Salveldia.

S. Miror te sic abiicere memoriam veteris amicitiae nostrae, ut prorsus nihil ad me scribas. Quare te rogo, ut veterem tuam consuetudinem in hoc officii genere renoves. Nos iam ad comitia proficiscimur, ubi quantum impendeat periculi non possumus explicare verbis. Oro Christum, ut nos gubernet et det pacem. Quod saepe alias admonui te non possum praeterire. Quaeso te per Christum, ut abstineas a πολιτικοῖς negotiis, et tuam urgeas functionem in docenda fide ac timore. *Urbano Regio* scripsi epistolam de multis controversiis. Vale. Wimariae. Iube Ecclesiam orare pro publica pace.

Philippus.

---

23. No. 614 b. (Vol. I. p. 1073.) 4. Ian.

G. Reiffenstein.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 a.

Guilielmo Reiffenstein.

S. D. Non est facile hoc tempore paedagogos invenire, in tanta penuria studiosorum. Nos ta-

---

*) Verba mense Iulio 1529. uncis inclusi, quippe non profecta a Melanthone. Non enim mense Iulio 1529, sed mense Iulio 1528. scripta est. Secundum epist. Lutheri d. d. 25. Maii 1528. Bugenhagius abierat hoc mense Brunsvigam. Idem scribit ad Electorem d. 8. Iul. 1528. Hamburgenses petere, ut Bugenhagius ad ipsos veniat. Vid. etiam eiusd. ep. d. d. 18. Sept. et Melanthonis ep. d. d. 24. Iul. 1528.

*) Si princeps Iunior est Ioannes Fridericus, postea Elector, epistola, quum is d. 30. Iunii a. 1503. natus sit, scripta est ineunte Iulio, ubi autem neque ad ann. 1527. neque ad ann. 1529. neque ad ann. 1535. referri potest. Est potius Ioannes Fridericus iunior, filius Ioannis Friderici Electoris, natus Wimariae d. 8. Ianuar. 1529., et quidem die Veneris. Octava natalis eius igitur est d. 14. Ianuarii 1529, qui dies iterum fuit dies Veneris.

tamen successorum quaesivimus, cuius quae sit ingenii facultas ex *Martino* audies*). Ego ni probassem hominis doctrinam et orationis genus, non mitterem ad te. Fuit aliquando ante praeceptor pueri comitis a Mansfeld, ubi ratio in docendo et fides eius his, qui eum norunt, vehementer placuit. Mihi iam olim notus est, et Comiti ad instituendos pueros primum a me commendatus propter singularem suavitatem orationis, quam ego inprimis a praeceptoribus requirendam puto. Comitibus vestris velim vos ex Lipsia accersere paedagogum virum optimum Magistrum *Hispium*. Is fuit hactenus ludimagister in oppido Hallensi. Mores et doctrinam et modestiam hominis novi, et existimo ad vestrae aulae consuetudinem quadrare. Sed si *Hispius* non volet suscipere eam conditionem, habemus hic quendam Lipsicum Magistrum fortasse magis aptum aulae, qui praedixit iam nobis ad eam rem operam suam. Porro scias me ita praedicare *Hispium*, ut tamen utiliorem pueris tuis esse arbitrer illum quem tibi conduxi.

Historiam conventus Spirensis misi tibi fide scriptam optima. Plura ne quidem si ipse ibi fuisses scires. Et hanc negotii seriem paucissimi, qui ibi fuerunt, norunt. Vale.

P. Melanth.

---

24. No. 626[b]. (Vol. I. p. 1087.) 21. Aug.

C. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

Casparo Aquilae, Pastori in oppido Saleldia.

S. D. Quod me parum officiosum esse putas in rescribendo, non accidit mea culpa. Nam ego memini, me literas hac aestate ad te dedisse, quas si tabellarii non pertulerunt, cum illis potius expostulabis quam mecum, et tamen sic sum occupatus, ut ignoscere etiam debeas, si quando non respondeo. Tota aestas haec in acerbissimis curis, doloribus, in lucta pene perpetuo mihi acta est. Nam rediens e comitiis mirifice angebar animo propter *καταυτροφὴν* conventus. Postea accessit mei filioli, qui mihi Ienae natus est, interitus. Nihil illo puero in vita carius unquam mihi fuit. Elucebat enim in eo quaedam singularis ingenii vis. Hoc amisso quantum vulnus acceperim, nullis verbis consequi possum. Et cruciant me magnopere Ecclesiasticae controversiae. Scribere institui de coena Domini. *Ulricum* longa epistola hortatus sum his diebus, ut non patiatur se a scripturae sententia, quam *Lutherus* defendit, abduci. Addidi etiam quasdam rationes. Sed ne haec epistola sit inanis, adscribam tibi verba Chrysostomi, in quibus palam vides eum sensisse, quod corpus domiui vere adsit in coena. *Ὦ τοῦ θαύματος, ὢ τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας· ὁ μετὰ τοῦ πατρὸς ἄνω καθήμενος, κατὰ τὴν ὥραν ἐκείνην ταῖς ἁπάντων κατέχεται χερσὶν, καὶ διδῶσιν αὐτὸν τοῖς βουλομένοις περιπτύξασθαι καὶ περιλαβεῖν.* Vale et ora pro nobis omnibus. Pridie S. Bartholomaei 1529.

Φίλιππος.

---

*) Ea de re Lutherus d. 4. Iun. ad Ionam (apud de Wett. T. II. p. 468.): „De literis ad Reiffenstein pro tuo *Laurentio* fit, ut scripsisti."

---

25. No. 640[b]. (Vol. I. p. 1108.) 12. Oct.

C. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

Casparo Aquilae.

S. D. Historiam Marpurgensis conventus perscripsi ad *Islebium*, quam non dubito quin is tibi legendam sit exhibiturus. Valde miseret me adversariorum nostrorum, qui videntur errore quodam, non malitia, incidisse in id dogma, quod sparserunt contra verba scripturae. Infirmis et levibus coniecturis nituntur, nec intelligunt, quanti negotii res sit munire conscientias contra iudicium Dei. Tu igitur fortiter deppugnes pro verbo Dei, et caveas, ne in Ecclesiam tuam serpant incerta dogmata. *Cinglius* mihi confessus est, se ex *Erasmi* scriptis primum hausisse opinionem suam de coena Domini. Quidam Argentinae incommode de trinitate etiam loquuti ferebantur. Itaque extorsimus ab eis, ut suam sententiam recitarent de Trinitate; sed confessi sunt, se de ea re prorsus nobis cum sentire iuxta Nicaenam synodum. De omnibus articulis libenter sunt assensi nobis praeter unam hanc causam de coena domini;

de qua etiam cessuros esse aliquando spero. Nunc postquam tam late vagata res est, grave est παρασιωπᾶν. Hedio aperte dixit, se semper quantum potuerit abstinuisse ab hac controversia, ac spem fecit nobis, futurum ut in posterum magis etiam abstineant. Vale. Ienae.

Φίλιππος.

---

26. No. 641 b. (Vol. I. p. 1109.) 17. Oct.

E. Schneppio.

† Ex apographo in cod. Paris 54 a. nobis descripta a Clariss. Beckio.

Viro optimo D. Erhardo Schneppio, docenti sacras literas in urbe Marpurgo, amico suo

S. D. Statim cum in Turingiam venissemus accepimus literas ex aula nostri principis, ex quibus intelleximus, Viennam summa vi a Turcis oppugnari. Haec fama paulo post ita confirmata est, ut dubitari non possit quin sit verior quam vellemus. Et existimo ad vos quoque perlatam esse. Ego tamen significare tibi volui pro nostra amicitia, ut tuas preces conferras una cum nostris ad salutem publicam, ut Deus latrocinium Turcicum depellat. Hoc quoque te adhortor, ut quantum poteris auctoritate tua ac fide efficias, ne istuc Cinglianum dogma irrepat. Scio *Nibacchium* hominem esse vehementem et audacem, quare valde metuo, ne quid moveat. Mirabiles tumultus excitatura res esset, si in vulgus permearet. Vides ferociam gentis istius. Ego scio, non posse bona conscientia a quoquam doceri *Cinglii* commentum. Ideo te rogo, mi Erharde, ut in hanc rem nervos tuos omnes intendas, ut aulae tuae pacem retineas. De omnibus nostris rebus quaeso, ut ad me per occasionem scribas. Vale. Pridie divi Lucae. Saluta reverenter meis verbis vestrum Pastorem Francum. [1529.]*)

Φίλιππος.

*) Annus in apographo additus est sine dubio ex arbitrio.

ANNO 1530.

27. No. 674 b. (Vol. II. p. 32.) (med. Mart.)

C. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 a.

Casparo Aquilae, Pastori in oppido Salveldia.

S. D. Tuas literas curavi reddi *Maurilio*, quemadmodum opinor ex ipso intelliges. Quod vero tantopere a me requiris officium scribendi tuo exemplo hactenus tueri meam negligentiam possim. Quare te quoque adhortor ut saepius scribas. *Carolostadius* commigrat Argentinam cum tota familia, et audio illos fanaticos homines novas haereses coquere: fuitque his diebus apud nos quidam nebulo, qui maximum librum scripsit contra Trinitatem [1]). Sic prodit se diabolus in istis impiis et profanis hominibus. Cinglianae civitates, quae hactenus imperio subditae fuerunt, circumferunt scriptum, quod liceat ἀντιπολεμεῖν τῷ αὐτοκράτορι, et non dissimulanter parant bellum, quae res et ipsa significatio est seditiosi et parricidialis spiritus. Haec [2]) dices tuis hospitibus *Islebius* et *Caspari*, et horteris tuam Ecclesiam, ut iuvet nos orationibus contra Satanam. Vale feliciter. Saluta nostros amicos.

Φίλιππος.

---

28. No. 675 b. (Vol. II. p. 33.) (fere d. 21. Mart.)

(Ionas) de emendanda Ecclesia.

Est in tabulario Vinariensi spissum volumen manuscriptum, continens historiam comitiorum Augustae a. 1530 habitorum, vel potius apologiam eorum, quae a Protestantibus in illis comitiis in causa religionis acta sunt, a Gregorio Pontano conscriptum, et postea a scriba descriptam, ex quo apographo hoc opus edidit nuper Clariss. Foerstemannus: „Des Canzlers Dr. Brück Geschichte der Religionshandlungen auf dem Reichstage zu Augsburg im J. 1530." in Foerstem. Archiv für die Geschichte der kirchlichen Reformation etc. Vol. I. (Halae 1831.). — Huic apographo operis Pontani etiam adiecta sunt XXIV scripta, narrationi ipsi, si typis exscriberentur, inserenda, praeterea vero etiam *septem* apographa scriptorum a Theologis Principis Electoris vel in ipsis comitiis vel ante comitia exaratorum et ad causam religionis in comitiis agen-

1) Campanus. Vid. ep. ad Beierum d. 31. Mart. 1530. Vol. II. p. 34.

2) Cod. Paris. *Hic*, mendose.

dam spectantium. Haec apographa, de quibus mihi nihil innotuit, sibi descripsit Clar. Foerstemannus, eaque edidit nuperrime in libello: „Urkundenbuch zu der Geschichte des Reichstags zu Augsburg im J. 1530." Vol. I. (Hal. 1833. 8.) p. 63—108. — Notum est, homines doctos loquutos esse de articulis XVII Torgaviensibus, ex quibus deinde nata sit augustana confessio, quos vero alicubi invenire non contigit. Opinatus nunc est Clar. Foerstemannus, et pluribus docere studuit (p. 41. et p. 67. l. l.) haec, quae in codice invenerit, apographa esse illos articulos Torgavienses, quare haec scripta iunctim dedit et ea exarata putat a Theologis Wittebergae d. 15—20. Martii 1530., quod mihi secus videtur, ut suo loco dicam. Fieri enim vix potuit, ut Theologi, qui non nisi d. 15. Martii mandatum Principis Electoris ipsis d. 14. Martii datam acceperunt, d. 16—20. Martii iam multa scriberent, simulque omnia ad iter pararent. Nihil videntur Torgam secum attulisse praeter scriptum illud, quod nos hic dedimus. Reliqua Torgae, Coburgi et Augustae a Melanthone exarata esse puto. Dolendum est, in codice, unde deprompta sunt, non autographa theologorum sed apographa a scriba facta, et satis mendosa, superesse, et singula scripta inscriptionibus carere, ita ut non nisi ex argumento de auctore et tempore singulorum scriptorum aliquid coniicere liceat. Ut vero lector eo facilius videat ordinem, quo in codice leguntur, quo a Foerstemanno edita sunt, et quo tempore nobis scripta videntur hic catalogum eorum addere licet.

	Ex mea sententia.	*Ex Foerstemanni sententia.*
1)	Scriptum in codice fol. 334—345., Wittebergae est scriptum. —	*ultimum* est scriptum, quod dedit p. 98 sqq.
2)	— — — fol. 329—334., Torgae — — —	*sextum* scriptum, — — p. 96 sqq.
3)	— — — fol. 306—323 b., Coburgi — — —	*secundum* — — — p. 68 sqq.
4)	— — — fol. 324—327. Coburgi, — — —	*tertium* — — — p. 84.
5)	— — — fol. 344—347. ut videtur. — — —	*quartum* — — — p. 87.
6)	— — — fol. 303—304. — — —	*quintum* — — — p. 91.
7)	— — — fol. 493—495 b., Augustae — — —	*primum* — — — p. 63.

Habes igitur hic primum scriptum, in cod. fol. 334—345., et in Foerst. libro p. 98 sqq., quod utique Wittebergae fere d. 20. Martii 1530. exaratum puto. Clar. Foerstemanno Lutherus auctor eius esse videtur, quia argumentum putat convenire cum epistola Lutheri, quam Coburgi scripsit ad concionatores Augustae. Equidem vero Lutheri ingenium aeque in scripto desidero ac Melanthonis elegantiam, et arbitraverim Iustum Ionam esse auctorem. Orthographia enim Ionae maxime convenit, ut etiam quomodo menda apographi ex Ionae scriptura, quae lectu difficilis est, facile oriri potuerint, satis intelligitur. — Est autem hoc scriptum nil nisi prima scriptura theologi cuiusdam, fortasse Ionae, qui omnia, quae ipsi in mentem venirent monenda adversus abusus catholicorum literis mandavit, et sic catalogum abusuum confecit. — Caret apographon inscriptione.

Von der Kirchen Christi fodert man diese nachgeschriebene Stuck:

Erstlich ein rechtschaffen Predigampt, do fleißig und treulich gepredigt und gelehrt wirdet das heilig göttlich Wort nach reinem christlichen Verstand, ohne Zusatz einiger falschen Beilehre. In solcher Predigt wird klar, eigentlich und richtig gelehrt und dargeben was da sei

Christus und das Evangelium,
Rechtschaffene Buß und Furcht Gottes,
Wie zu erlangen sei Vergebung der Sünde,
Von Vermuge und Gewalt der Schlüssel der Kirchen.

Diese Lehre und die ganze Summa des Evangelii wird in dieser Kirchen Christi mit fleißigem wahren Anhalten täglich und ohne Unterlaß, beide in der Gemeine und bei einem jeden Christen vor sich getrieben durch predigen, lesen, tröſten und vermahnen, durch auslegen der Psalmen und allerlei Bücher der Schrift, wie Paulus 1 Corinth. 14. schreibet.

Do wird recht gelehrt von christlicher Freiheit, wie die Gewissen frei seind in Christo.

Und solche Lehre zu erhalten wird mit großem Ernst und hohestem Fleiß Achtung gehabt, daß Schulen für Knaben und meidlich[1]) zu guter Zucht der Jugend aufgericht und erhalten werden. Do sind auch die Gaben der Sprache, hebräisch, griechisch und lateinisch, und thun die Bischof Fleiß, damit solche Studia, so hochnöthig seind die heilige Schrift zu verstehen, nit untergehen.

Do seind auch

wahrhaftig {
Tauf,
Abendmahl Christi,
Erkenntniß der Sünd und göttlichs Zorns,
Erkenntniß der Gnade,
der heilig Geist mit seinen Gaben,
Christliche Liebe,
Unterricht von Creuz und Leiden,
Unterricht von rechten guten Werken,
Glaube, Hofnung,
Beicht und rechtschaffen Brauch der Absolution,

rechtschaffen Kinderzucht und Unterweisung der Jugend im Katechismo, als den zehen Geboten, Vater unser, Glauben, kurzen tröstlichen Psalmen, Benedicite und Gratias, und Erzählung etlicher Sprüche von der Aeltern Tische. Item Morgens wenn die Kinder aufstehen, daß sie durch die Aeltern vermahnet werden, zu beten rechtschaffen ernstlich Gebet, beide öffentlich und heimlich.

Christlich Litaneien und Gebet vor allerlei Stände und Noth.

Rechtschaffen Bann, das ist, daß etlich um offentlicher Laster willen zun Sacramenten nit gelassen werden.

1) meidlich? Puto: Maidlein.

In der Kirche Christi seind

rechtschaffene gelehrte Bischofe und Prediger, die der heiligen Schrift gewaltig seien, und, wie Paulus spricht, gerüstet und geschickt zu lernen[2]), zu trösten, und den Widersachern das Maul zu stopfen; rechtschaffene Diaconi, die sich der Armen annehmen; rechte, klare, gewiß und gründlich Unterricht, was do sei die christliche Kirche, und sie sei:[3])

Versorgung der Armen; gemeines Kastens recht Bestellung; Hospital; Besuchung und Trostung der Pfarrkinder, aller Kranken, aller Kleinmüthigen, angefochtnen, betrübter und besorgter Gewissen; recht trostlich Unterricht an[4]) der Todesstunde für die Sterbenden.

Recht, klar, gewiß, gegründet Unterricht aus der Schrift, welche Stände oder Leben göttlich sein; von Obrikeit und ihrem Ampt, von Aeltern, was da sich gebühret zu halten Söhnen, Töchtern, Knechten, Maiden, Herrn, Unterthanen, Eheleuten, allerlei Aempter und Ständen, damit sie ihr Stand und Leben führen mögen seliglich zu[5]) und göttlich.

Auch seind da ordentlich, ziemlich, äußerlich Ceremonien und Gottesdienst, rechte Fasten, ehrlich Kleidung, frei Brauch der Speis, ehrlich Kirchen und Stätte, da man Gottes Wort predigt. Und dieses alles mit rechtem Unterricht von christlicher Freiheit, und wie man der äußerlichen Gottesdienst gotlichen[6]) brauchen möge.

Nach diesen hochnothigen Stucken, daran allein alle Macht leit[7]), und ohne welche kein christlich Kirch sein mag, fragen die jetzige Bischof wenig oder gar nit. Und ist sich zu erbarmen und ewig zu klagen, daß sie so große Sachen, welche rechten Bischofen gebühren zu wissen, sich gar nit kümmern, nicht davon gedenken oder wissen, noch sich darinne unterrichten oder lehren lassen wollen.

In der Kirchen des Papsts findet man diese Stucke:

Lehre dem Evangelio entgegen; die Fasten der XC Tage; die LXX^{ma}, LX^{ma} und L^{ma}; Aschermittwochen; Aschen aufs Haupt legen, Quatember, Freitag, Sonnabend, Mittwoch; allerlei heilig Ampt; Hunger und gemahlt Fastentücher hängen; und der Fasten den Hals brechen; die gülden Tafel und heiligen Bilder mit Tüchern verhüllen; Beichten zweimal zu Matterwachen; Palmen schießen, Palmen und Wort weihen; Palmen Creutzlein machen; Palmen schlucken für etlich Krankheit. Christus auf dem Esel reiten mit seinen Zugehörungen; die ganze Passion lesen viermal lateinisch; grüne Dornstag Fuß waschen oder Mandat halten; Passion predigen bei Nacht acht Stunden; am stillen Freitag halbe Messen ohne der Gestalt des Weins; Creuz anbeten und vier (?) opfern; Creuz begraben; Psalter beim Grab lesen Tag und Nacht; Finster Metten singen mit den Armen; Judas und Juden schelten; Schüler mit Klappern umgehen; Altar blößen[8]) und mit Besen waschen und an fünf Ort kleine Wachslichtlein stecken; die Taufe weihen mit Eindunken der Osterkerzen und vielen ungöttlichen Gesängen; Neu Feuer weihen am Osterabend; Osterkerzen machen, Gülden und Groschen, Muscatennuß und dergleichen ins Wachs stecken; aufs Osterfest Creuz aus dem Grab nehmen und advenis singen etc.; die Hölle stürmen; Fladen, Schinken, Würste, Fleisch und Eyer weihen; Procession um die Kirchen mit Fahnen, Kerzen, Sprengkessel, Monstranz, Himmel etc. Allen auf den Ostertag geboten zu communiciren; um die Taufe (?) gehen alle Vesper etc.; Christusbilde gen Himmel fahren zur None; am Pfingsttag den heiligen Geist senden; die Feiertag der Heiligen; Sanct[9]) Martinus Abend; S. Sebastian fasten für Pestilenz; Sanct Burkhards Tag; die gemeind Wochen für die arme Seelen; Aller Seelen Tag; Vigilien; Seelenbad; Begegniß mit viel Messen auf viel Altaren in einer Kirchen unter einander singen und etwas lang ziehen um des Opfers willen; Advent mit Fasten; drei Messen am Christtag; Mitternacht Meß halten; die Creuzwochen und mit Creuzen auf die Dörfer gehen; Item um die Flur gehen; Procession corporis Christi mit großem Gepräng, Fahnen, Kerzen etc.; in allen Häusern geschmückt Altar anrichten; alle Sonntag und heilig[10]) Tag Procession gehen; Rorate[11]) Messen singen; Apparuit singen; Kindlein wiegen; Sanct Michels Brief etc., große Lügen; Sanct Michaelis Kinder, so mit dem Fähnlein gingen, müßige

2) i. e. lehren.

3) Sic edidit Foerstem. Sed haud dubie hic in apographo praetermissum est aliquid. Puto scribendum esse: und wo sie sey.

4) an? — fortasse in.

5) Hoc zu haud dubie mendosum; fortasse: züchtiglich.

6) i. e. göttlich, nach Gottes Willen.

7) leit i. e. liegt.

8) i. e. aufdecken.

9) Foerst. Sannt, hic et in sqq. quae scribendi ratio autem scribae ignorantiae tribuenda, quare eam repetere nolui.

10) Potius: Heiligen.

11) *Rorate?* Puto: *Rogate.*

laß Bahren, die Todtenbahr in die Kirchen stellen mit vier Wachslerzen; Item, die Ceremonien die Todten zu begraben mit Stolen, Rauchfaß, Weihgewasser etc.; Item mancherlei Gesreiß auf Begegniß; beide in Dörfern und Städten.

Kindbetterin in die Kirchen führen; Frauen, die im Kindbette sterben, auch mit eigener Ceremonien zu begraben, und erst[12]) in die Kirchen führen. Kirchen, Altar, Glocken, Mancheley[13]), Zimbeln, Schellen; Orgeln, Bilder von goldnen Tafeln; holzen, steinen, silbern Bilder; heiligen Dienst; Salve Regina und dergleichen viel; Taufstein, Gloriam, Kelche, Leuchter, Monstranzen, Fahnen, Kertzen, Rauchfässer, Himmel und dergleichen. Rosenkränz, unsrer lieben Frauen Psalter, horae privatae, unser lieben Frauen Messe, gedoppelt Rosenkränz, Compassio beatae virginis; Bruderschaften; Calend sanct Sebastian aller Handwerk[14]). Portatel Altar; in Häusern Marmelseld, Capellen etc. Tafeln, Alben, Chorhembd und andern Kirchenzierde; Weihwasserfäßlein vorn an den Thüren, in Kammern, Stuben, mit Zuversicht, daß es Sünd wegnehme. Weihwasser auf die Todtengräber sprengen, als sollt es auch die Todten helfen, derhalben im Oberland[15]) auf einem itzlichen Grab ein eigen Spreng-Kesselein gestellet etc.

St. Brigitten Gebet. Sanct Bernhard Versus, die so gut sollen seyn als VIII ganze Psalter, und ward dabei den heiligen Bernharden mit roth Tinten geschrieben; der Teufel hätte es selbs gelehret, daß (es) recht wäre; unzählig Gebete mit rothen Titeln vom Ablaß, von englischen Offenbarung.

Validi Mendicantes; Bettler, so mit Büberei umgingen, vor den Kirchen saßen und sich krank, lahm und Kröpel stellten; wenn der Büttel mit der Ruthen kam, konnten sie laufen.

Weihwasser alle Sonntag weihen; Salz weihen; Kindsloch Panthaleonis essen; Salz weihen und umtragen; Würtz weihen; Licht weihen purificationis; am Sanct Agathen Tag auf die Licht schreiben: mentem sanctam spontaneam etc.; Sanct Johannis Feuer; Johannis Trunk auf Sanct Johannis Tag; Johannis Trunk, den auch die Fürsten und Herrn weihen ließen außerhalb St. Johannistag, wann sie abreisen wollten etc.

Assumptionis Honig, Würtz weihen; mit dem Nagel Christi Groschen und Gulden durchschlagen, und das Mittelstück von Gold und Silber behalten zu Wahrzeichen. Eigen Apostel wählen nach dem Rädlein oder Glückloos und Wohlgerath etc. Assumptionis die Schüler mit Apfelbaumen in der Procession gehen. Allerlei Ablaß, da dann unzähliger Mißbrauch war, als Die Barfusser Münch heften zwölf Paternoster, Cornuclein, an alle thurmen etc.[16]), mit Verheißung unzähligs Ablaß etc. und Vergebung der Sünde; da machte weder Papst noch Bischof, gaben Ablaß zu solcher unverschämter Lügen.

Casus reservati des Papsts, Sünde, da niemand von absolviren könnt denn der Papst etc. Wallfahrten mit Gelübden zu S. Jacoff ist auch von Mißbräuchen mit unzähligen Capellen grundlos. Die gulden Pforte, das gulden Jahr zu Rom. Das heilig Blut, da die Drescher aus der Scheuren, die Arbeiter vom Felde, die Maide mit Sichel und großen Tüchern aus einem tollen Ankommen etc. hinliefen.

Wider solche Neuerung, so wider alle Schrift und Wort Gottes ist, hat kein Bischof gewacht, sondern ließen die armen Gewissen verführen. Nun soll das wahre Evangelium und die alte rechte Lehre, so Christus selbs (und) die Aposteln geprediget und geschrieben, eine Neuigkeit und Ketzerei seyn.

Des Mißbrauchs vom heiligen Blut ist noch heutigs Tags Anzeig befunden zu Braunschweig, da im Kloster Sanct Egidii gerühmet wird Heiligthum, als sey es das Blut, das Christus auf dem Berg Cavariae (Calvar.) vergossen, derhalb man auch sonderlich Ablaß ausgetheilet und eigen Siegel gemacht, darauf dieser Titel ist: das Siegel des Bluts Christi.

Auf etlichen Wallfahrten haben sich Weib und Mann, auch Kinder, auf großen Waagen wägen lassen, und so schwer Wachs oder Korn da gelassen, als sie gewogen.

Heiligthum[17]); welches Stücke aber ganz grundlos von Mißbräuchen und unverschämten[18]) Lügen. Da

12) Foerst. begraben; vnnderst, quod sine dubio mendosum est, quare non haesitavi verba mutare.

13) Sic Foerst. Sed nescio quid sibi velit. Estne fortasse: mancherlei.

14) Fortasse sic distinguendum: Bruderschaften, Calend, St. Sebastian, aller Handwerk.

15) i. e. in Germania superiori.

16) Dedi ut Foerstem. habet, sed profecto mendosa sunt. Pro Cornunclein puto in autographo fuisse: Krönlein.

17) i. e. Reliquiae Sanctorum.

18) In autographo fortasse sic: welche Stück aber ganz grundlos (sind) und Mißbräuche und unverschämte.

ist unserer lieben Frauen Milch; Josephs Hosen; Sanct Franciscus Niederkleid; des Weins ein Gläslein voll, den Christus aus Wasser zu Cana galilea gemacht ꝛc., die Fürhaut der Beschneidung Christi ꝛc. St. Johannis an Hals hängen, Blasius Licht am Hals hängen, mit Sanct Antonius Heiligthum Senkel Gürtel (?) bestreichen.

Verboten Ehestand der Pfaffen.

Der bischofflich Official (hat) genommen von einer Beischläferin jährlich einen Gulden, wie denn der kurz verschienen Zeit der Official zu Halberstadt in die fünf hundert Gulden des[19]) Zins eingenommen, so stark haben sie gehalten ihren Spruch: si non caste tamen caute. Vor eines Priesters Kind auch einen Gulden. Denn ohne Kinder seind die Priester mit ihren Köchin aber eins Grads heiliger und keuscher gewesen.

Platten der Pfaffen. Sieben Zeiten, horae canonicae, von welchen die Pfaffen selbs spottlich geredt und gesagt: sie hätten etliche Scheffel Vesper und Metten auf Vorrath aufgeschutt ꝛc. Dieß Stuck begreift unsäglich Gottslästerung und Spötterei Gotts in sich.

Pfaffen Testament }
Legenden } predigen.
Traditiones }

Nicht rechtschaffen haben sie gepredigt von allen obgesagten Stücken, da wir von der christlichen Kirchen gesagt ꝛc.

Die Edelleut, so in Krieg zogen, gaben sich S. Jörgen gefangen ꝛc., damit sie nit gefangen würden. Poltergeister glauben.

Nachdem Frauen in Carthenser Clostern in ihren Kirchen mit Feuer wischen den Staub und Weg, do sie gangen, wieder rein brennen ꝛc.[20]) Dergleichen in andern Clostern, und das nur den frommen Frauen ꝛc.

Die Messen halten allerlei, welcher Mißbrauch gräulich und unzählig ist. Kirchen weihen und Oel weihen. Item, daß in die Aschen die Weihbischof etliche Characteres aus einem Buch mahleten. Glocken taufen, da man in die hundert oder zweihundert Gevattern ließ nur an den Strick greifen ꝛc. Altar taufen. Kresen[21]) auf Ostern um Geld holen. Item, daß die Corporalia und solches heilig Geräth nit Frauen Hände, sondern Mann waschen mußten. Es dorft kein Lay Kelch oder Altartuch angreifen.

Genugthun mancherlei für die Sünde. Der große Bann. Die sieben Zahl der Sacrament. Priester weihen, nit zum lehren oder predigen ꝛc., denn also sagte der Weihbischoff: accipe potestatem consecrandi ac offerendi pro vivis et mortuis etc.

Weihen { Tonsoristen, Lectores, Accolitos[22]), Diaconos, Presbyteres } auf Titel ein Edel mas[23]), Tisch oder sunst ein Partecken ꝛc.

Die Weihbischofe haben mit Kirchen, Glocken, Altarn, Bilden, wunder Kramwerk getrieben ꝛc. Aus den Synodis, die sie Episcopales genennt haben, hat man ein gedruckt Zedelein geschickt, darin angezeigt, wie (man) Versikel ꝛc. und das benedicamus singen sollt. Das haben sie ordinem[24]) divinorum oder divinum genennet.

Von München wollen wir ander Zeit sagen. Doch ists auch vor Innerung[25]) werth, daß die Barfüßer Mönche dahin die Leut überredt, daß Ritter und Grafen sich haben in ihren Kappen lassen begraben, (und) dafür gehalten, wer mit der Kappen ins Grab komme, könnt nit verloren werden. Was würde wohl der Apostel Paulus wider solchen schändlichen Mißbrauch gesagt haben, wenn es zu seinen Zeiten geschehen? ꝛc. Aber der Teufel schämet sich zu keiner Lügen ꝛc.

Epistoler, Evangelier, nur dazu verordent, daß sie das Buch tragen und Diacon Rock antragen (?) ꝛc.

Der Weihebischof Firmeln, und zu[26]) viel ander kindisch Geberde mit Backen schlahen ꝛc.

S. D. Cum omnino literas a te ex Lipsico mercatu expectaremus, venit † huc" *Nicolaus* abs te missus, quem non secus ac vivam epistolam maxima cum laeticia omnes excepimus, qui quidem uberius † etiam" res omnes domesticas † nobis" exposuit, quam a te perscribi[2]), praesertim † in" tanta occupationum mole, poterant. Itaque hoc tuum officium non minus nobis gratum fuit, quam solent esse literae tuae, quibus nihil iucundius atque optatius nobis accidere[3]) potest. Intelleximus ex *Nicolao*, vos Dei beneficio recte valere. Id maximam nobis voluptatem attulit: et precamur Christum, ut vos omnes diu salvos atque incolumes servet. Mitterem tibi meorum studiorum specimen, si id, quod in manibus habeo, absolvissem. Institui enim carmen iussus a Domino *Philippo*, in quo vitupero[4]) *Cochlaeum*, quod hospitem *Alesium* *) indignis modis tractet. Nec ago fabulam meo[5]) nomine, sed ipsius Alesii personam repraesento, ne mihi bellum[6]) accersam cum homine maledico. Tantum styli exercendi causa ludo. Id videbar maiore cum fructu facturus in materia primum honesta, deinde fecunda[7]), quae plurimum[8]) recipit[9]) ornamentorum. Sed sum ineptus, qui carmen nunc praedico priusquam videris. Verum non ignoras, genus poeticum in primis esse φιλαυτόν. Nec quisquam est, ut inquit Catullus, quem non aliqua in re videre *Suffenum*[10]). Bene vale.

ANNO 1535.

52. No. 1246*. (Vol. II. p. 886.) (m. Ian. ut vid.)

Nic. Ohmlero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 r. — Videtur anno 1535. ineunte scripta esse. Vid. ep. d. 6. Ian. 1537.

Nicolao Ohmler, patri Georgii Aemilii, civi Mansfeldensi.

Accepi literas vestras et quinque Ioachimicos. Filium *Nicolaum* praesente D. *Caselio* severe obiurgavi, etsi eum antea saepe de suo officio ad-

1) Sic in Manlio. In codd. *Ad patrem*.
2) Manl. *praescribi*.
3) *optatius nob. accid.*] Manl. *carius contingere*.
4) Manl. *vituperem*.
*) Quum Alesius hic appelletur *hospes*, sequitur, epistolam paulo post eius adventum in Saxoniam esse scriptam. Advenit autem Alesius hospes anno 1533.; epistola igitur a. 1534. scripta videtur.
5) *meo*] *eo* Manl.
6) Manl. *per bellum*; fortasse scriptum fuit: *perduellum*.
7) Manl. *fecunda*.
8) *plurim.*] cod. Mehn. *multum*.
9) Manl. *recepit*.
10) *Suffenum* cod. Mehn. non habet.

monui. Pollicetur, se futurum diligentiorem et obtemperaturum. Ac deinceps iussus est, non habitare apud fratrem, sed apud praeceptorem. Vellem autem et noctu cubare eum in hospitio praeceptoris. Ad hoc opus est ei peculiari lecto. Quare de ea re velim vos cogitare. Multae causae sunt, quare vesperi prodest, eum a praeceptore domi contineri. Si non erit in officio, significabo vobis. B. V.

---

53. No. 1266[b]. (Vol. II. p. 868.). 12. Apr.

Guil. Reiffenstein.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54*.

Guilhelmo Reiffenstein.

S. D. Cum Sarmatae, qui hinc aliquandiu vixerunt, maxime probarent disciplinam sodalitii liberorum tuorum, vehementissime a me contenderunt, ut nobilem adolescentem gentis suae illi honestissimo coetui adiungi pateremur, ubi *) disciplinae sanctitate et exemplis tuorum liberorum retineretur in officio. Affirmabant id officium gratissimum fore summis hominibus apud suos. Etsi diu repugnabam, tamen gessi eis tandem morem, sed ita, si tibi quoque res placeret, item, si mores adolescentuli futuri essent satis commodi. Hunc igitur ad te defero, teque rogo, ut humanitatem tuam in consilium adhibeas. Mores adolescentis sunt pleni humanitatis et praeceptori studiose obtemperat. Cum aequalibus in summa concordia vivit. Delectat et filios tuos illa quasi aulae cuiusdam species. Honorificum etiam tibi et nobis puto, expeti consuetudinem sodalitii liberorum tuorum a prudentibus et bonis hominibus. Denique si quid incommodi esse indicassem, non fuissem passus adiungi eum. Sed tamen totam rem arbitrio tuo permitto, etsi rogo, ut mea causa etiam aliquid hospitibus et nobilibus hominibus concedas, quorum nos, ut scis, studia retinere debemus. Bene et feliciter vale. Lipsiae die Lunae in mercatu, 1535.

---

*) uti?

54. No. 1280[b]. (Vol. II. p. 881.). (in. Iul.)

N. N. ad Patrem.

Manlii farrag. p. 546 sq. — Apographon in cod. Goth. 401. p. 100., ubi inscribitur: „*Epistola Philippi cuidam discipulo praescripta.*"

Patri suo chariss. S.

Etsi perpaucis ante diebus, quam tuae literae mihi redditae sunt, de meis rebus ac studiis ad te scripsi: tamen invitatus tuis suavissimis literis, idem argumentum repetam. Ac primo habeo tibi gratiam, chariss. pater, et quod singulari liberalitate studia mea foves, et quod tam amanter mihi scribis, meque ad virtutem et decus hortaris. Quibus in rebus elucet vis paterni animi atque amoris.

De consilio *Philippi Melanchthonis* praeceptor mihi electus est *Iacobus Milichius*, qui hic profitetur Sphaeram, et hoc genus caetera elementa verae philosophiae: homo in literis Latinis et Graecis et in philosophia praeclare eruditus, cuius consuetudinem spero mihi admodum profuturam esse. Habito in ipsius aedibus. *Philippus* propter negotiorum varietatem, quibus impeditur, non habet domesticam scholam: et tamen aditus mihi, ut plerisque aliis, ad eum patet, meque iussit, sibi interdum exhibere specimen aliquod meorum scriptorum [1]), ut suum mihi iudicium de ratione formandae orationis indicet. De aëre, quod mones [2]), agnosco plane paternam sollicitudinem. Hactenus contagia nulla hic animadversa sunt. Et adsunt adhuc Principes, frater [3]) Electoris *), et aliorum Principum et honestorum virorum liberi, qui si quid inciderit periculi, scholam alio transferri [4]) cogerent. Ego etiam me adversus illas febres, quae iam omnia loca reddunt infestiora, temperantia et moderatione victus munio. Nunc etiam expaciari constitui ad affinem nostrum D. Doctorem *Philippum*, cuius officia nulla in re mihi desunt. Vale.

---

1) *script.*] cod. Goth. 401. *studiorum.*

2) *quod mones* cod. Goth. 401. non habet.

3) Manl. *frater*; cod. Goth. 401. *fratris.*

*) Ioannes Ernestus, qui anno 1535. quum esset in Academia, honoris causa Rector Academiae creatus est. Vid. ep. Mel. d. 24. Iunii 1536. (Vol. III. p. 95.). Patet, epistolam scriptam esse anno 1535. fere mense Iulio.

4) Manl. *transferre.*

55. No. 1282 b. (Vol. II. p. 886.). 9. Iul.

Sturmius ad Melanth.

Habes, Lector benevole, no. 1283. d. 16. Iulii (p. 886.) epistolam Guil. Bellaii ad Melanthonem quam ex codice Bavari Vol. II. p. 259. hauseram. *Illam dele totam.* Nam sunt in cod. Bav. duae epistolae in unam contractae. Nuper enim mihi contigit invenire apographon antiquissimum et fide dignissimum manu Pauli Eberi (ni fallor) factum, in cod. Goth. 127. p. 114., ubi *integra* legitur, quum Bavarus tantum partem sibi descripserit, et satis mendose. Cognovi igitur, non Bellaium sed *Sturmium* eam scripsisse d. 9. Iulii 1535. — Iam igitur ea, quae Seckendorfius in historia Lutheran. lib. III. p. 109., codicem Bavari sequutus, de hac epistola dixit uberius, omnino corrigenda sunt. — Accepit Melanthon hanc ep. d. 4. Augusti. Vid. ep. ad Camer. d. 5. Aug.

Philippo Melanchthoni S. D. P.

Sero mihi epistola tua reddita est, quam nono Kalendas Maias [1]) dedisti; scripsi enim haec septimo Idus Iulii, cum triduo ante tuam accepissem, cuius rei ista est causa. Rex in Normannia et Picardia per hosce menses [2]) delectum habuit. *Vorraeus*, quod festinaret, confestim eo profectus est, et quia literae tuae non obsignatae erant, nemini potuit tuto committere. Et e re tua et usu Ecclesiae est, ante eas a *Langio* [3]) et Cardinali fratre lectas esse, qui tum cum rege erant. Quare nec omnia scribere possum, quae vos requiritis, nec tam prudenter deliberare, quam res ipsa desiderat. Difficilis quidem deliberatio est, sed tamen necessaria religioni et Evangelii incremento. Itaque breviter tuae epistolae respondeo.

Caput tuarum curarum id est, quod metuis ut huic genti et Ecclesiae prodesse possis, rebus tam periculose concitatis. Primum enim homines hic [4]) permultos esse proiectae temeritatis, qui aut repentinis aut periculosis consiliis utuntur, aut fanatico spiritu agitantur; id vos re ipsa nuper in uno Gallo comperisse; deinde fore, ut minora quidem vobis condonentur, graviora autem vel promissis meliorum rerum vel [5]) importunitate aliqua opprimantur; et quanquam ista summa sint, tamen [6]) futurum te, si spes esset, posse regem praemolliri hac congressione, ut aequior esset in maturanda et conficienda [7]) publica synodo. Exposui haec amicis meis, quorum communis causa agitur; literas etiam tuas atque *Buceri* dedi, ut legerent. Video enim, hoc periculum etiam ad me spectare, nec quidquam velim accidere quod te indignum esset, et quod Evangelii causam et Christi gloriam perturbaret. Itaque priores etiam illas literas, quas accepisti, *Langius* vidit, antequam mitterentur, ut ne quid scriberem, quod non probaretur et alienum esset a regis voluntate. Quod vero τὰ ἐκείνου [8]) οὐ πάνυ τοῖς ἐμοῖς σύμφωνα [9]), tu [10]) ne secus intelligas atque ille scripserit. Scripsi tamen ego tum ex eius voluntate et consensu; sed ita esse interpretor, *Langium* περὶ τοῦ τῆς συνόδου τόπου γεγραφέναι [11]), ut ostenderet, regem ad caetera prope omnia [12]) facile consensurum, quae a vobis proponuntur, de loco autem concilii posse oriri controversiam propter varietatem et longinquitatem regionum; ut intelligeres, regem [13]) neque a te neque a vestris dogmatibus magnopere esse alienum [14]). Nam eadem tum mihi Langius constanter affirmabat. Sed iam cum rege est; quare ad postremam illam partem praeter [15]) haec nihil habeo quod respondeam. Et [16]) semper credidi, secretam fore hanc consultationem, ut rex suo regno consuleret, et minore cum periculo statum ecclesiasticum corrigeret, et illa supplicia constituta [17]) fuisse non in pios, sed adversum eos, quos etiam ipse censes coercendos. Quos autem nunc in consilium mihi adhibui, qui non multi sunt, (nam haud satis temporis ad consulendum habui, et pauci sunt [18]), quorum fides sit explorata), hi omnes mecum sentiunt, ut venias, idque necessarium esse in hoc rerum statu.

---

1) *Maias* cod. Bav. non habet.

2) *menses*] cod. Bav. *dies*.

3) Cod. Bav. hic et in seqq. *Langaeo*.

4) *hic* excidit e textu Bav.

5) *vel* habet cod. Bav. Sed in cod. Goth. 127. scriptum est signum: *, puto indicem, aliquid hic excidisse.

6) Cod. Bav. addit: *si*. Pro *futurum*, quod sequitur, fortasse scriptum fuit: *affuturum*, et *af* fortasse latet in *si* cod. Bav.

7) *conficienda*] cod. Bav. *confirmanda*.

8) *ἐκείνου*] Sic cod. Bav. et superscripta est etiam lectio cod. Bavari *ἐκείνου*, videl. *regis*, in cod. Goth. 127. qui habet *ἐκείνων* videl. amicorum. Sed propter seq. *ille* scripserit, praefero lectionem *ἐκείνου*.

9) Cod. Bav. *συμφῶν*.

10) Cod. Goth. 127. *nescio tu*. Quid sibi velit illud *nescio* non intelligo, quare non recepi.

11) Pro graecis cod. Bav. de loco synodi scripsisse.

12) *omnia* cod. Goth. 127. non habet.

13) *regem*] cod. Goth. 127. *rem*.

14) Cod. Goth. 127. *alienam*.

15) Cod. Bav. *propter*.

16) Cod. Bav. *respondeam, et*.

17) *constituta* in cod. Goth. 127. non legitur.

18) *nam haud — — sunt*] cod. Bav. non habet.

Nam quod dubitatis, posse hac ratione adiumenti aliquid adferri, facitis id quidem prudenter ob diversa hominum studia, multiplicem voluntatem et adversariorum potentiam, sed ut concederem, nihil profici, quod non confido, Rex tamen ipse non est exacerbandus, cuius favor, ut fateris, necessarius est. Nam quod hucusque hanc causam soliti sunt ante cognitionem προκαταγινώσκειν [19]), eo venit, quod pauci reges sunt, qui adiutores extiterunt. Quamobrem recte illud [20]) ad extremum adiecisti, unde coniiciam praemolliendum esse regis animum, cuius benevolentia plurimum sit adiutura. Verum si nunc non venias, postquam aliquo modo consensisti, postquam et [21]) ille literas sua manu notavit [22]), ad te misit, et legatos addidit, cum quibus tuto venire liceat, vehementer metuo, si negares, ut id aequo animo ferat. Ego ita existimo: si haec occasio ante annos decem oblata esset, libenter arripuisses. Multum est enim ultro vocari, favere, adiuvare quantum licet nondum cognita causa. Nam si cognovit, minus est periculi. Quare obfuturum est plurimum, si rex credat, aut sibi fidem non haberi, aut vos vestrae doctrinae parum fidere. Nam in eam partem interpretaturi sunt adversarii, quanquam in ea sum sententia, ut existimem, utilissimum [23]) et prope necessarium esse religioni et Galliae, ut regiae expectationi satisfacias. Non enim est quod metuas iniquorum hominum potentiam, qui pro Christi gloria quicquam sibi detrahi inviti patientur. Rex ingenio est per se acuto et prudenti, et natura facilis, et libenter admittit rationes, et hi ipsi, ut ex *Langio* audivi, tuos *articulos*, quos misisti, prope magno consensu comprobarunt, et pauca quaedam exceperunt [24]). Credo si adesses, si praesens regi per interpretem loquereris, et rationes vestras exponeres, mirabiliter eum inflammares. Multum valet bona de aliquo existimatio, antequam causa optima cognoscatur. Praesens vero collocutio et rerum difficilium explicatio et interrogatio et responsio eo plus habitura est ponderis, quo res ipsa melius cognoscetur [25]), et magis ad Christum intelligetur [26]) pertinere. Neque enim sic debes cogitare, dissimulanda esse quaedam in hoc principio, et quaedam concedenda adversariorum importunitati. Libera tibi apud Regem responsio erit, libera interrogatio, liberum utrique suum iudicium [27]), et rex constantiam magis laudaturus est in rebus magnis quam declinationem [28]).

„Videt ab altera parte [29]) vehementer violatam religionem; in vestra multa metuit priusquam omnem cognovit, propter eos tumultus, quos Germania iam crebros in multis locis est passa. Itaque ne quid simile Galliae eveniat, mature consulit, et quoniam apud vos tranquilliorem esse rempublicam audit, et te earum rerum magna ex parte authorem, cupit coram tecum colloqui. Hoc ego credo, Regis esse consilium, et eum monitum esse a prudentibus, et iam aliquid intelligere. Nam si nihil intelligeret, negligeret ut ante, et suppliciis regnum suum confirmaret, quae iam omnino sunt sublata. Quod vero phalangas Monachorum metuisti, non eo res est deventura. Tecum Rex paucis adhibitis, iisque viris bonis, amice decidet, ut si quid novi moverent Monachi, id plurimum esset profuturum, ut ex Cardinalibus, Episcopis et Doctoribus nemo admitteretur, nisi doctus, pius et liberali ingenio. Sic ego audio, et confido verum esse. Itaque homines metuere nullos debes; nam qui sunt iniquo nihil conabuntur, si qui sunt; imo si qui exorituri sunt, eo diligentius obviam occurrendum est, et prospiciendum Ecclesiae. Haec est mea et amicorum sententia, cor regis in manu Dei esse, et omnia signa esse tranquillioris Ecclesiae, hanc congressionem nihil mali praeiudicii tibi in futura Synodo parituram, si prudenter et graviter agatur, neque solum non periculosam sed etiam necessariam, ne rex alienetur, ut magis conci-

19) Cod. Bav. *praedamnare.*
20) Cod. Bav. *illum.*
21) *et*] cod. Bav. non habet.
22) *notavit*] cod. Bav. *consignavit.*
23) *utiliss.*] cod. Bav. non habet.
24) *exceperunt*] cod. Bav. *attexuerunt.*
25) *Praesens vero — — cognoscetur*] praetermissa sunt in cod. Bav.
26) Cod. Bav. *intelligatur.*
27) *adversariorum imp. — — iudicium*] cod. Bav. non habet.
28) Cod. Bav.: *imo rex tuam fortitudinem in rebus gravibus magis laudaturus est, quam declinationem.*
29) Quae iam sequuntur: *Videt ab altera parte* etc. et quae signis „—" notavi, cod. Bav. non habet, qui potius hic sine intervallo addit epistolam Bellaii d. d. 16. Iulii: „*Barnabas Vorraeus qui nunc*" etc., itaque olim Seckendorfium, ut postea me, in errorem induxit hanc Sturmii epistolam a Bellaio esse scriptam.

„lietur, ut doceatur, ut illuminetur Evangelio „veritatis. Hoc rerum difficultates exigunt, et fert „temporum ratio, dum homines sinunt. Ponti„ficem etiam aiunt aequiorem esse, et haud paulo „meliorem, quam fuerunt caeteri. Omnino im„probat illam suppliciorum crudelitatem, et de „hac re dicitur misisse [30]). Graece et latine — [31]), „et, ut ex *Camillo* audio, bene doctus est. De„lectatur praedicatione Evangelii, aut saltem „astute et impie simulat.

„Cum *Regina Navarrae* Monachus quidam „fuit, *Gerhardi Rufi* discipulus, bonus et do„ctus; ut mihi videbatur. Hunc Regina Romam „misit, et Pontifex eum retinuit, et stipendium „dedit quadringentorum ducatorum, quo publice „Romae sacra doceret. Humana quidem ista „sunt, sed divinitus spero fiunt, et occasionem „secum afferunt rebus corrigendis. Tu pro tua „prudentia vide, quid Christus, quid Ecclesia, „quid pii, quid hominum necessitas exigat. Ego „Christum Dominum et Deum nostrum oro, ut „haec deliberatio et profectio tibi omnibusque sit „salutaris.

Ioann. Sturmius."

---

56. No. 1283. (Vol. II. p. 886.) *). 16 Iul.

Bellaius ad Melanthonem.

Edita in Manlii farrag. p. 166. Apographon in cod. Goth. 401. p. 106b. — Etiam in cod. Bav. P. II. p. 259., ubi autem ad Sturmii epistolam d. 9. Iul. huius anni datam adscripta est, quasi huius esset ultima pars, unde eam, illi epistolae iunctam, dedimus Vol. II. p. 888 sq.

Langaeus, Episcopus Parisiensis, Philippo Melanchthoni S. D. [1])

Barnabas Vorraeus [2]), qui nunc ad te cum literis et mandatis regiis revertitur, sic [3]) est de rebus omnibus, quae ad susceptam abs [4]) te pacificationem attinent, amplissime edoctus, mihi ut supervacaneum videatur, aliquid scribere, † praesertim cum propediem consecuturo [5]). Itaque te adhortor, atque per Christum obtestor, occasionem rei gerendae inter mortales omnium pulcherrimae ne deseras [6]). Vale ex Corebelloneo oppido [7]) die 16. Iulii [8]), anno M.D.XXXV.

† Tuus tibique ex animo addictus

Guilielmus Bellaius Langius. [9])

---

57. No. 1347b. (Vol. II. p. 961.) (ex Oct.)

(*Petitio salvi conductus.*)

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 *).

Petitio salvi conductus, scripta nomine Illustrissimi Electoris Saxoniae.

Constituimus divino auxilio proficisci brevi ad Illustrissimum et Invictum principem ac dominum, *Ferdinandum*, Romanorum, Hungariae et Boiemiae Regem, dominum nostrum clementissimum, et iter facere per regnum Bohemiae et urbem Pragam, ad quam speramus nos post paucos dies venturos esse. Cum autem maiorum nostrorum, ducum Saxoniae Electorum, quantum nos quidem intelleximus, singularis benevolentia semper exstiterit erga rempublicam Pragensem, et erga cives eius urbis, et nos cum universo regno tum reipublicae vestrae optime velimus, cumque veteres et haereditariae necessitudines et foedera mutua fuerint et adhuc sint inter regnum Boemiae et domum Saxoniae, speramus, nobis vicissim vestra officia non defutura esse. Quamquam igitur non dubitamus de vestra benevolentia, tamen duximus, petendam esse fidem publicam, quae *) nobis et nostris amicis, principibus et comitibus ac nobilibus, quos nobiscum ducimus, et universo comitatu nostro. Petimus igitur, ut literas publicas fidei nobis amanter, quemadmodum factu-

---

30) Sine dubio hic exciderunt: *literas ad regem.*

31) Hic in codice signum * est, puto indicem aliquid desiderari. Abest: *loquitur.* In codice verba leguntur sic: *misisse graece et latine* *.

*) Epistolam no. 1283. dele totam, eiusque loco hanc insere.

1) Inscr. in cod. Goth. 401.: *Langaeus Episcopus Parisiensis.*

2) Cod. Bav. *Vorraeus.*

3) *sic*] Manl. et cod. Goth. 401. *his.*

4) Manl. *a.*

5) *praesertim* etc. addit cod. Bav. qui vero pro *consecuturo* mendose *consensuturo.*

6) *deseras*] Manl. et cod. Goth. 401. *differas.*

7) Sic recte cod. Goth. 401. — Manl. *ex oppido N.* — Cod. Bav. *ex Cocceio oppido.*

8) Manl. *Iunii*; mendose.

9) *Tuus tibique* etc. servavit cod. Bav.

*) Aut hoc *quae* delendum est, aut excidit verbum ad quod refertur.

ros vos esse pro vestro erga nos optimo animo speramus, per hunc nostrum tabellarium mittere velitis. Id vestrum officium nobis gratum erit, et vicissim vobis summa voluntate, ubi nostris beneficiis uti volueritis, gratificabimur. B. V. 1535.

ANNO 1536.

58. No. 1387*b*. (Vol. III. p. 11.). (fere d. 11. s. 12. Ian.)

C. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

Casparo Aquilae, Pastori in oppido Salveldia.

S. D. Nos hic, mi Caspar, *Calae* haeremus, ubi *Carolostadius* incredibilem vastitatem omnium bonarum rerum efficit *). Nunquam fueram crediturus nisi vidissem, tantum mali hic esse. Vulgus omnia sacra contemnit, et postea putant, se esse perfecte Carolostadianos. Hos fructus parit dogma illius de Eucharistia. Nec multo minus consulunt Ecclesiae hi, qui perpetuo nihil aliud agunt pro concione, quam ut declamitent in Monachos et in Papam. Haec ideo scripsi, ut te hortarer, ut moderatissime doceas et potius quid opus sit his, quos doces, spectes quam quomodo ulciscaris adversarios. Vale.

Philippus.

Doctor *Hieronymus* propter negotia scholae domum rediit. Pestis enim minatur nobis istic.

59. No. 1400*b*. (Vol. III. p. 40.). 10. Febr.

C. Aquilae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

Casparo Aquilae, (Pastori Salveldensi.)

S. D. Venerabilis vir. Duo adulescentuli mittuntur ex oppido *Lobda* in scholam vestram, qui publica Ecclesiae Lobdanae eleemosyna aluntur. Rogavit igitur me Quaestor, ut commendem eos tibi et d. scribae senatus. Petunt autem, ut cures eis hospitia, ubi non magno sumptu vivant. Nam eleemosynae publicae non possunt magnis sumptibus sufficere. Quaerendus erit hospes, qui liberalitate sua etiam aliqua ex parte iuvet hos pauperes scholasticos. Ad haec te volumus esse inspectorem studiorum, ut cures, ne in ignavos collocentur publicae eleemosynae. Si non proficient, alii digniores quaerendi erunt. Totam rem tibi et d. scribae senatus commendo. Videtis esse pium officium, et reipublicae ac Ecclesiae debitum. Ideo spero, vos libenter hanc curam suscepturos esse. Bene vale. Saluta amanter meis verbis D. scribam senatus. X. Februarii 1536.

Philippus.

60. No. 1437*b*. (Vol. III. p. 90.). (m. Ian.)

Wolf. Bock.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

Nobilitate generis et doctrina, virtutibus praestanti D. Wolfgango Bock.

S. D. Non habeo exemplum sententiae *Buceri*, et convenit, ut nondum edatur, quia nihil adhuc de concordia pacti sumus, sed referenda res est ad plures in utraque parte. Illud potestis significare Illustrissimo Principi spem bonam esse concordiae, et quod *Bucerus* declaravit eam sententiam, quam antea scripsit in libello ad Monasterienses, quam etiam in Silesia quidam deinde sequuti sunt. Verbum revocationis vitandum censeo, et multa sunt graves causae, nec principis vestri animum velim vos temere perturbare. Spero ipsi principi placituram esse declarationem *Buceri*. Christus faciat, ut Ecclesiae in concordiam piam et firmam redigantur. De Anglicis rebus si quid ei significare vultis, scitote certo, Reginam posteriorem propter adulterium proximo mense Maio cum nescio quibus aliis decollatam esse *). Bene valete.

Philippus.

*) effecit?

*) Vid. Sleidan. Comment. ad ann. 1536. p. 289.

61. No. 1457[b]. (Vol. III. p. 126.). 18. Aug.

Iusto Ionae.

Epist. lib. V. p. 49 sq.

Iusto Ionae.

S. D. Ut naufragi in mediis undis etiam infirmas salices apprehendunt, ut harum ope serventur: ita faciunt exules calamitosi, undequaque se spes aliqua ostendit, quamvis incertissima, tamen ibi quaerunt auxilium. Hoc animo est hic Gallus*), homo nobilis, et dignus meliore fortuna, etiam propter ingenii simplicitatem. Habet coniugem honestissimam, natam in familia ornatissima dominorum de Arnback. Cognata est Leodensis Episcopi**) Ideo rogo, ut hunc miserum istic commendes illis civibus, quos salutare decrevit. Spem habet nescio unde conceptam. Ego, etsi dissuasi iter, tamen non potui eius animo spem illam eximere. Si quid potes, adiuves eum. Exulat in hoc mundo Ecclesia, quare nobis curae sint exules. Bene vale. 18. Augusti.

Quaeso te, commendes eum Dn. Abbati.

Philippus Melanchthon.

---

62. No. 1466[b]. (Vol. III. p. 161.). — —

(Ratzebergeri narratio.)

Ex cod. Ratzeberg. p. 28. — Addere volui hic narrationem Ratzeb. quippe illustrantem controversiam Melanthonis cum Cordato.

(Ratzebergeri narratio.)

Es hatten aber dazumal der Mehrtheil der Professoren diesen Gebrauch, daß keiner einige Lection im Collegio hielt, es hätte ihm denn zuvor Philippus vorgeschrieben und aufs Papier disponirt materiam, welche er lesen sollte. Auf solche Philippi Gutwilligkeit verließen sich viel Magistri und Professores, denen es sonsten nicht so sauer ward, als wenn sie selbsten hätten auf ihre lectiones müßen studiren. Denn es war Philippo keine Arbeit verdrießlich, und dienete gern jederman. Nun begab sichs einmal, daß Doct. *Casp. Cruciger* Iohannem Evangelistam profitiren sollte, und sich derhalben mit Philippo unterredete, und nach Gelegenheit von ihm die dictata erlangete, und schrieb ihm unter andern Philippus auch vor den locum de bonis operibus, daß sie in articulo iustificationis wären causa sine qua non. Als nun D. Cruciger ex praescripto Philippi seinen auditoribus die ganze lectionem *de verbo ad verbum* publice in schola dictirt, wird über dieser Formel: causa sine qua non, welche von den Studiosis excipirt war, stutzig ein frommer gottfürchtiger Pastor *Conradus Cordatus*, ein Oesterreicher, welcher neulich ob studium verae religionis christianae gen Wittenberg kommen war — und ließ sich bedünken, verdächtig sey: bona opera requiri ad salutem tanquam causam sine qua non, conferirte derowegen mit etlichen Studiosis hiervon, bis solches endlich vor D. Luther gebracht wird. Hierob ward D. Luther hart bewogen, und beredete deßwegen D. Crucigern mit harten Worten. D. Cruciger entschuldiget sich, denn diese dictata in schola nicht sein, sondern Herrn Philippi wären, wie er solches mit dem rechten autographo Philippi beweisete. Darauf griff Lutherus zum Handel, und stellte eine publicam disputationem an, und explodirt und condemnirt diese opinionem tanquam erroneam et falsam mit öffentlichen testimoniis scripturae. Dieses thäte dem Philippo heimlich sehr wehe, und schöpfet einen heimlichen Argwohn auf Lutherum, als der ihn drücken, und neben sich nicht leiden wollte, sondern ließ sich wider ihn verhetzen. Wurde auch dahero dem *Cordato* über die Maßen feind; alles aus diesem Wahn, als ob Cordatus ihm solche Verkleinerung bei Luthero zugerichtet hätte, daher er ihn pro Cordato *quadratum* nennete, doch heimlich, und ließ sich seines Unmuths gegen Lutherum im wenigsten nicht merken, sondern konnte denselben ganz artlich bei sich verbergen.

---

63. No. 1510[b]. (Vol. III. p. 224.). (s. a.?)

Fr. Herzenbergero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[1].

M. Francisco Herzenberger, profitenti Medicinam etc.)*

S. Nihil minus velim te suspicari, quam me offensum esse genere literarum tuarum. Ego nec

---

*) Balduinus de Momes, ex Picardia, ut intelligitur ex ep. Lutheri ad Ionam de eadem re, data d. 18. Aug. 1536. apud de Wett. T. V. p. 18.

**) Nomen mulieris est Ioanna de la Marcha. Vid. omnino epistola Lutheri l. l.

*) Habemus ad eundem epistolam Lutheri datam d. 6. Oct. 1539. (apud de Wett. T. V. p. 208.) inscriptam: Herrn Franzisco Herzenberger, der Arzney-Doctor zu Sagan. Scripta igitur videtur epistola ante annum 1539.; fortasse anno 1535., vel 1536.

[illegible]

... hominis ... In nomine ... doctrinae ... Dei be- ... studia optimam ... pietatis vestrae ... per occasio- ... in re mea ei

[illegible] Si possitis advenire, vellem [illegible] in hoc consessu doctorum in promotione ad[illegible] bene valete. 4. Ianuarii 1537.

[illegible] 1532. (Vol. III. p. 290.). (24. Febr.)

Iudicium Theologorum.

Hoc iudicium descriptum habebam ex apographo in bibl. [illegible] Palatina Viennensis, Theol. no. 969. fol. 276 sq., [illegible] in fine non nisi Melanthonis nomen subscriptum est, [illegible] inscriptione („Philippus Melanthon von Kirchengüttern." [illegible]) indicatur, hoc scriptum ad ann. 1549. referendum esse. Sed quum in eo verba legantur „unsre gnädigste und gnädige Herren", quae ad Principem Electorem et Landgravium Hassiae referenda sunt, facile perspicitur, hoc scriptum non post sed ante bellum Schmalcaldicum exaratum esse. Quo autem anno nesciebam. Nuperrime vero denuo scriptum et manuscripto in tabulario Casselano edidit Clar. Neudecker: Urkunden aus der Reformationszeit. (Cassel 1836. 8.) p. 810., unde ex nominibus scriptis [illegible] est, hoc scriptum, verosimiliter Melanthonis [illegible], exaratum esse in conventu Schmalcaldensi anno 1537. Invenit illud quidem Neudecker inclusum epistolae Georgii a Carlowitz ad Philippum Landgravium, datae „Dresden Freitags Purificationis Mariä 1537.", sed Carlowitzium hoc scriptum mittere non potuisse, illudque [illegible] Schmalcaldiae, non Dresdae, conscriptum esse, et cum tantum literis Carolowitzii adiunctum fuisse, satis perspicitur. Theologi enim, qui subscripserunt non nisi Schmalcaldiae a. 1537. convenerant. Imo adiectum fuit hoc iudicium epistolae theologorum ad Principes in Conventu Schmalc. congregatos, datae d. 24. Febr., quam habes Vol. III. p. 288. no. 1532. — Neudeckerus nil de [illegible] cuiusnam manu illud, quod vidit, scriptum exaratum fuerit et an theologi sua quisque manu nomina addiderint, an vero scribae manu adiecta sint. — Mendae autem [illegible] manuscripti Casselani satis produnt, illud tantum apographon, non autographon fuisse. — Quod Lutheri nomen non simul subscriptum legitur, docet illum [illegible] Febr. graviter aegrotasse.

Iudicium Theologorum in Conventu Schmalc. de iusto usu bonorum Capitulorum et Monasteriorum.

Erstlich ist[1]) nicht Zweifel, eine[2]) jede Obrigkeit ist schuldig[3]), in ihren Gebieten unrechte Gottesdienst abzuthun, und rechte anzurichten, die Pfarren und Schulen zu bestellen und den Personen nothdürftige Unterhaltung zu verschaffen[4]). Und daß die Obrigkeit diesen[5]) Dienst und dieses Werk Gott[6]) schuldig sey, ist in vielen unsern Schriften klar und unwidersprechlich erwiesen. So spricht Esaias: et reges erunt nutrito-

1) Cod. Vienn. ist mir.
2) Cod. Vienn. daß eine.
3) Cod. Vienn. schuldig ist.
4) Cod. Vienn. schaffen.
5) Mst. Cass. dieser.
6) und dieses Werk Gott] Cod. Vienn. tantum: und Werk.

res tui[7]) et reginae[8]) nutrices, das ist: Fürsten und Städt sollen die Kirchen ernähren und unterhalten[9]). Da[10]) also werden die Politiae[11]) auch Gottes Dienerin[12]), und sind in ihrem fürnehmsten Amt und Werk, so sie zu Gottes Lob dienen, und die Kirchen unterhalten und schützen. Denn um dieses Werks willen hat Gott Regiment und politicam societatem geordnet, daß darin leuchten sollen[13]) sein Nahme, Lehr und Kirchen. Und wo solches nicht ist, als bei den Heiden, da gehen die Regiment nicht in rechter Ordnung, und wanns gleich weise, geschickte Leute sind, als Alexander und seine Gesellen gewest seyn[14]), so ists doch nur ein Hauf Cyclopum[15]), der ohne Gott[16]) ist, und zu ewiger Verdammniß geordnet[17]). Und ist in Summa nicht Zweifel, der gesetzte Grund bleibet fest, nämlich daß die weltliche Obrigkeit schuldig ist, die Pfarren[18]) und Schulen recht zu bestellen und Abgötterei abzuthun.

Zum Andern, wo nun[19]) die Obrigkeit in Pfarren die unrechten Gottesdienst abthut, ist nicht Zweifel, die Pfarrgüter bleiben der Kirchen. Denn so keine Pfarrgüter da wären, so[20]) wäre die Obrigkeit schuldig, neue Güter dazu zu verordnen, und allen Pfarrleuten etwas aufzulegen, wie ihre Voraltern gethan haben[21]), und wie geschrieben stehet[22]) ad Galatas: der Zuhörer ist schuldig dem Lehrer zu lohnen. Und hat also die Kirche dominium derselbigen Güter, aber die weltliche Obrigkeit ist Schutzherr darüber, und soll sie erhalten, und den Personen ihre Unterhaltung davon verordnen. Dieses alles ist offentlich[23]).

Zum Dritten, so ein untüchtiger Prediger oder Pfarherr entsetzt wird, und das Ampt einem tüchtigen befohlen, so folgt der Sold dem tüchtigen, und nicht dem vorigen, laut der Regel: beneficium datur propter officium, und ist dieses offentlich an vielen Orten in Rechten ausgedruckt. So spricht Christus: dignus est operarius mercede sua[24]), und reimt sich nicht hieher[25]), daß etliche fürgeben: so einem eine Präbend geliehen[26]) wird, möge man[27]) denselbigen nicht entsetzen[28]) sein lebenlang[29]), gleich als sey[30]) ihm ein Ritterlohn[31]) sein lebenlang verschrieben. Diese Kirchenlehn sind Aempter, und folget das Stipendium dem Ampt, und sind nicht freie donationes, wie etliche rühmen: sie[32]) sitzen in der Possessio, man könne sie nicht entsetzen.

Zum Vierten, von Pfarr und Schulgütern ists[33]) leicht zu verstehen, daß solliche billig also gehalten wird, wie gesagt ist. Nun wollen wir weiter von Stift und Klostergütern sagen.

So die Obrigkeiten die unrechten Gottesdienst abgethan, bleiben die Güter den rechten Kirchen, wie Augustinus schreibt, daß der Donatisten Kirchengüter billig der rechten Kirch zugewandt worden[34]), und ist die weltliche Obrigkeit Schutzherr darüber, hat dieselbigen zu bestellen, wie andre publica bona. Darum die Fürsten und Stände[35]) dieses Theils recht gethan haben, daß sie in ihren Gebieten in Stiftern[36]) und Klöstern die[37]) unrechten Gottesdienst abgethan, und die Güter in ihre Verwaltung genommen. Denn es ist[38]) ganz kein Zweifel daran, daß sie beides schuldig sind, die unrechten Gottesdienst abzuthun, wie das erste und andre Gebot lehren, und die Verwaltung der Güter anzunehmen als Patroni und Schutzherren gemeiner[39]) Güter und insonderheit der Kirchengüter.

So soll auch niemand haben Imperia denn die weltliche Obrigkeit. Darum dieweil solche Güter, als Städte und Dörfer eines Zwangs, und derhalben[40])

---

7) tui] mst. Cass. vestri.
8) Cod. Vienn. *regentes.*
9) Mst. Cass. erhalten.
10) Da] mst. Cass. Ja.
11) Cod. Vienn. Policeyen.
12) Gottes Dienerin] cod. Vienn. dienen.
13) Cod. Vienn. soll.
14) Cod. Vienn. Alex. und sein Haufe und Gesellen gewesen.
15) *Cyclopum*] cod. Vienn. non habet.
16) Gott] cod. Vienn. Geist.
17) und zu ew. Verd. geordnet] mst. Vienn. zum ewigen Feuer verdammpt.
18) Mst. Cass. Pfarrer.
19) nun] mst. Cass. auch.
20) so] mst. Cass. non habet.
21) haben] in cod. Vienn. non legitur.
22) Cod. Vienn. und geschrieben.
23) Dieses alles ist off.] cod. Vienn. non habet.

24) *sua*] mst. Cass. non habet.
25) Vind. daher.
26) geliehen] cod. Vind. non habet.
27) möge man] in cod. Vienn. desiderantur.
28) Cod. Vienn. zu entsetzen.
29) sein lebenlang] cod. Vienn. non habet.
30) gleich als sey] cod. Vienn. gleichsam wäre.
31) Ritterlohn] cod. Vind. reicher Lohn.
32) Cod. Vienn. so sie.
33) Cod. Vienn. ist.
34) Cod. Vienn. werden.
35) und Stände] cod. Vienn. non habet.
36) in Stiftern] cod. Vienn. non habet.
37) Mst. Cass. den.
38) es ist] mst. Cass. non habet.
39) Cod. Vienn. der gemeinen.
40) derhalben] mst. Cass. der hohen; sed est: *ideo*, des Zwangs halben.

Jurisdictio bedürfen[41]), gebühret sich dieselbigen[42]) nicht den Kirchenpersonen sondern der weltlichen Obrigkeit anzunehmen.

Zum Fünften, dabei ist aber[43]) die Obrigkeit schuldig, dieselbigen Güter nicht den Kirchen zu entfrembden, sondern sie treulich zu erhalten, und davon erstlich das Predigtampt und Schulen nach Nothdurft zu bestellen. Zum Andern soll davon Hülf geschehen den armen Leuten, und, so es große Güter seind, ist es billig, daß man davon der armen Jugend, edlen und unedlen in Landen[44]) Hülfe thue zum Studio; item, den Kirchendienern, so schwach worden[45]) und emeriti sind, Unterhaltung zu verschaffen; item, daß man davon[46]) einen Vorrath behalte[47]), davon man in Theurungen den Armen helfen könne[48]). Ist nun[49]) etwas übrig, so mögen auch die Obrigkeiten selbst[50]), als Patroni, dasselbige[51]) mit genießen, dieweil sie solche Güter schützen und ordnen müßen, tragen auch große Unkösten der Religion halben[52]), so fern sie[53]) zuvor die Pfarren, Kirchen[54]), Schulen, Studia und die[55]) Armen verordnen und versorgen[56]). Etliche aber nehmen nicht allein die Stift[57]) und Klostergüter zu sich, sondern bestumpeln*) auch die Pfarren und Hospitäler, welches sehr zu beklagen, und ein Raub ist, den Gott ernstlich strafen wird. Darum wir sie vermahnen, daß sie diese[58]) Güter, wie gesagt ist, recht[59]) brauchen[60]) und ordnen wollen. Es wäre auch billig, daß Oeconomi gewählt würden, das ist etliche Ehebare von der Landschaft, die[61]) zu jeder Zeit Rechnung[62]) thäten, daß[63]) man erkennen könnte, daß solchs für Kirchengüter gehalten, und fürnämlich dahin verwendet[64]) würden.

Zum Sechsten, dieweil aber die Thumstift in großen Städten eigens[65]) Herrschaften[66]) seyn wollen, als zu Straßburg, Augsburg, Constanz, Bremen, Madeburg[67]), oder wenden für, die Städt haben[68]) keine Hoheit über sie, als zu Frankfurt, Eßlingen, Hamburg, Braunschweig etc., von diesen Stiften allein zugleich ist dieses im Grund die Wahrheit, daß es dieser Ort Pfarrkirchen[69]) und Schulen gewest sind, und seyn sollten[70]), wie solches auch daraus zu verstehen, daß an denselbigen Orten sonst keine Pfarrkirchengüter[71]) seind, wie man denn weiß, daß in etlichen Städten die Hospital in Herrenstift zu unchristlichem, päpstlichen Pracht verwandelt seynd, als[72]) zu Straßburg, Memmingen[73]). Item, es sind fast[74]) alle Stift von den incorporirten Pfarren gestiegen*); darum ist nicht Zweifel, es sollen die Pfarren, Schulen und Armen in Städten fürnehmlich von solchen Gütern versorgt werden, darnach von der Uebermaß sollt[75]) den Kirchen auf dem Land und dem armen Adel Hülfe geschehen. Darum so eine Vergleichung fürgenommen würde, fordert solcher Städte hohe Nothdurft, daß ihnen etliche Kirchengüter[76]) zugestellt werden, so viel sie zu rechter und nothdürftiger Bestellung ihrer Kirchen, Schulen und Hospitalen bedürfen. Und würde alsodann zu reden seyn, welche Stifte dem Adel, als der auch Hülf bedarf, zu lassen, und welche man[77]) den Städten übergeben sollte. Denn es ist den Städten[78]) nicht möglich, ihre Kirchen die Länge zu erhalten, und Leute[79]) aufzuziehen, so sie ihre Stift[80]) und Lehen gar beraubt

---

41) Mst. Cass. bedürftig.

42) Mst. Cass. dasselbige; sed rectius dieselbigen, videl. Güter.

43) dabei ist aber] cod. Vienn. nichts desto weniger ist.

44) Cod. Vienn. den armen Edlen und Unedlen.

45) Cod. Vienn. werden.

46) davon] mst. Cass. non habet.

47) Mst. Cass. erhalte. 48) Cod. Vienn. möge.

49) nun] mst. Cass. auch.

50) selbst] mst. Cass. non habet.

51) Cod. Vienn. desselben.

52) tragen — halben] cod. Vienn. non habet.

53) sie] cod. Vienn. non habet.

54) Kirchen] mst. Cass. non habet.

55) und die] mst. Cass. non habet.

56) verordn. und versorgen] mst. Cass. besorgen.

57) Mst. Cass. Stifter.

*) i. e. bestümmeln, beschneiden.

58) diese] cod. Vienn. solche.

59) recht] mst. Cass. non habet.

60) brauchen] cod. Vienn. anlegen.

61) das ist — die] mst. Cass. die den Kirchen, das ist etlichen Gewählten von der Landschaft.

62) Cod. Vienn. Rechenschaft.

63) Cod. Vienn. damit.

64) verwendet] mst. Cass. verordnet.

65) eigens] cod. Vienn. eine.

66) Cod. Vienn. Herrschaft.

67) Mst. Cass. Magdeburg.

68) wenden — haben] cod. Vienn. wenn von den Statthaltern. Mendose.

69) Mst. Cass. denen Ortpfarrkirchen.

70) Mst. Cass. gewesen seyn sollen.

71) Mst. Cass. Pfarrgüter.

72) Mst. Cass. also.

73) Memmingen] cod. Vienn. non habet.

74) fast] cod. Vienn. sonst.

*) i. e. wohlhabend geworden.

75) Cod. Vienn. soll.

76) Mst. Cass. Kirchen zuvor.

77) man] abest a mst. Cass.

78) übergeben — Städte] mst. Cass. non habet, sed tantum: denen.

79) Mst. Cass. laut.

80) Mst. Cass. Stiftern.

seyn sollen, wie solches aller Städte Botschaften genugsam wissen zu berichten. Können sie aber solchs durch Handlung nicht erlangen, so ist gleichwohl[81]) die Wahrheit, daß sie recht thun, so sie die[82]) abgöttischen Pfaffen und Verfolger der reinen[83]) Lehre von sich verjagen, und, so es ihnen möglich, die Kirchengüter, so viel zu ihrer Bestellung vonnöthen, zu sich bringen, wie zu Hamburg und zu Minden den Pfaffen etliche Güter entzogen zu nothdürftiger Bestellung der Pfarren[84]). Daß man aber dagegen sprechen will, es sey der Kaiser allein Patronus, derselbige solle solche Güter ordnen zu[85]) ihrem rechten Brauch[86]). Darauf ist eine kurze Antwort: Dieweil der Kaiser untüchtige Personen in diesen Gütern schützt und erhält, so dürfen die Kirchen auf seine Verordnung[87]) oder Befehl hierin nicht warten. Exemplum, der Kaiser Valerianus[88]) fordert von Laurentio den[89]) Kirchenschatz. Nun hat man hier[90]), gleichwie jetzund, des Kaisers[91]) Hoheit anziehen mögen. Aber Laurentius wollt ihm nichts geben. Also Ambrosius wollt auf des Kaisers Gebot den Gothen[92]) nicht die Kirchen einräumen[93]), und sprach: ob man wollt sagen[94]), alles sey des Kaisers, so sey doch die Kirche des Herrn Christi. Also bleibt der wahren Kirchen ihre Gerechtigkeit, ihre Güter, so sie innen hat, zu behalten, auch an den Orten einzuräumen[95]), dahin sie zu Unterhaltung[96]) der Ministerien fürnehmlich gestiftet; wie das Pfarrgut dem rechten Pfarrer folgen soll und muß, so man den[97]) untüchtigen entsetzt, wie droben angezeigt. Und ist den giftigen Schlangen im Kammergericht ihre List[98]) nicht zu lassen, welche diese Sachen von Kirchengütern nicht für Religionssachen verstehen wollen. Denn auch dieser Artikel gar ein klarer Artikel[99]) ist, daß die papistischen Pfaffen und Münch in den Kirchengütern sitzen als die[1]) Diebe und Räuber, und daß[2]) Kirchengüter wie Pfarrgüter dem rechten Ampt[3]) folgen sollen, und sind nicht freie Lehen, die man einem solchen müßigen[4]), gottlosen Haufen geben soll, unnützlich und in Unzucht zu verschwenden[5]), wie St. Petrus geweissagt, daß die Kirchenprälaten[6]) die Elemosynen muthwilliglich verschlemmen[7]) werden. So wissen sie selbst, daß ihre eigne Canones diese Sachen nicht für eine weltliche Sache halten.

Diesen unsern Bericht von Kirchengütern bitten wir wollen unsre gnädigsten und gnädige Herren von uns gnädiglich annehmen; denn wir ganz nicht zweifeln, diese Meinung sey wahrhaftig gegründet in Gottes Wort, und den alten Canonibus und kaiserlichen Gesetzen, so man sie in ihrem natürlichen und rechten Verstand[8]) ohne Sophisterei verstehen will, ganz gemäß. Darum auch männiglich aus diesem Bericht sein Gewissen unterrichten und trösten mag. Gott, der Allmächtige[9]), wolle allen christlichen Regenten diese Gnade verleihen, daß sie die Kirchenämpter[10]) und Studia stattlich helfen[11]) erhalten und fördern. Amen[12]).

Iustus Ionas D.
Iohannes Bugenhagen
Pomer D.
Caspar Creutziger, D.
Philippus Melanchton[13]).
Nicolaus Amsdorff.
Nicolaus Scheubel.
Antonius Corvinus.
Ioannes Chymeus.
Balthasar Khaidius.
Martinus Bucerus.
Erasmus Sartorius. (Ego Doctor Pomeranus mea manu pro eo subscribo. Ita ipse me per literas rogavit.)
Ioannes Amsterdamus.

81) Cod. Vienn. ists gleich.
82) die Wahrheit — die] cod. Vienn. non habet.
83) der reinen] cod. Vienn. rechter.
84) wie zu Hamburg etc. in mst. Cass. praetermissa.
85) zu] mst. Cass. in.
86) Brauch] Neudecker edidit: prengen.
87) Cod. Vienn. sein Verordnen.
88) *Valerian.*] mst. Cass. Decius.
89) Cod. Vienn. der.
90) hier] mst. Cass. non habet.
91) des Kaisers] cod. Vienn. non habet.
92) Gothen] cod. Vienn. Götzen. Arianis Ambrosius noluit tradere templum Mediolanense.
93) Cod. Vienn. addit: und ihm nichts geben.
94) Cod. Vienn. wohl sage.
95) innen hat — einzuräumen] mst. Cass. tantum: des nen Orten einzunehmen.
96) Cod. Vienn. Erhaltung.
97) rechten Pfarrer — den] ex cod. Vienn. exciderunt.
98) Cod. Vienn. ihr Gift.
99) gar ein klarer Artikel] mst. Cass. ein Lehrartickel.
1) die] mst. Cass. non habet.
2) daß] Neudecker es, quod mendum est.
3) daß Pfarrgüter — Ampt] in cod. Vienn. non habentur.
4) müßigen] cod. Vienn. non habet.
5) Mst. Cass. verschwendende.
6) Mst. Cass. die Prälaten.
7) Cod. Vienn. verschwenden.
8) ihrem nat. und rechten Verst.] cod. Vienn. ihren Rechten.
9) der Allmächtige] mst. Cass. non habet.
10) Kirchenämpter] cod. Vienn. Kirchen.
11) helfen] cod. Vienn. non habet.
12) Cod. Vienn. addit: Amen, quod in mst. Cass. non legitur.
13) *Melanchton* indicat, non a Theologis ipsis nomina in mst. Cass. scripta esse, sed illud esse apographon. Haud dubie enim Melanchthon scripsisset *Melanthon*, ut semper hoc tempore. In cod. Vienn. nomina theologorum non habentur, sed tantum: „*Philippus Melanthon* zu Wittenberg."

66. No. 1555 b. (Vol. III. p. 338.) 12. Apr.

Erh. Schnepfio.

Epist. lib. III. p. 236. (ed. Lond. lib. III. ep. 149.). — Cf. ep. ad Vit. Theod. d. 6. Apr. 1537.

Erhardo Sneppio

S. D. Has literas dedi *Laurentio Bentio* Scholastico nostro, propter quod ipse affirmabat, tibi suam causam notam esse. Ait sibi ab Illustrissimo Principe spem factam esse alicuius sacerdotioli seu stipendii, unde sumptus studiorum tolerare possit, si a me commendationem istuc rediens adferret. Cum igitur adolescens tantum flagitet testimonium, quod ut impertiamur, iure gentium cogimur, dedi ei has literas, tibique confirmo hunc *Laurentium* ingenio valere, et naturam habere capacem bonarum disciplinarum. Hic bene promovit in literis, sed paupertas eius impedivit nonnihil. Diu enim victum sibi opera scribendi quaesivit. Si Illustrissimus Princeps tantum flagitat testimonium, rogo ut ei recites hanc meam Epistolam. Et puto te sine offensione eius causam posse Illustrissimo Principi commendare, si qua ei antea spes facta est. Si adiuvabitur ab Illustrissimo Principe, *Tubingam* se conferet. Feceris honeste, si ingenium tale excitaveris et adiuveris. Scis enim hoc tempore rationem habendam esse Iuventutis magnopere, ne in tanta discentium paucitate, literae et religionis doctrina extinguatur. Commendo totum negotium tuae prudentiae et fidei. *Lutherus* Dei beneficio recte valet, et hae regiones tranquillae adhuc quidem sunt, et ut diu sint, faciat *Christus*. De *Turcis* etiam rursus silentium est. Aiunt *Adrianopoli* exercitum *Turcicum* Pestilentia dissipatum esse. Bene vale. 12. April.

---

67. No. 1613 b. (Vol. III. p. 418.) 7. Oct.

Nic. Ohmlero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 b.

Nicolao Ohmlero, civi Mansfeldensi.

Mea officia non sunt defutura filio Magistro *Georgio*. Cogitabimus de aliquo argumento idoneo ad Comitem. Commendabo ei etiam plures discipulos per occasionem, sed rogo, ne destituatis eum adhuc. Ubi domesticam scholam habebit paulo frequentiorem, poterit et sine vestro sumptu sustentare. Et est ingenio bono et proficit in studiis et in moribus, quod hoc tempore rarum est. Nam multi, etiamsi proficiunt in studiis, tamen mores accersunt indignos genere suo et studiis, sicut quotidie plura exempla videmus quam volumus. Quare Deo gratias agite, quod filium et mores honestos habet, et in literis cum quadam laude versatur, et propter bonam spem de eo cogitate adhuc iuvandum esse. B. V. 7. Octob.

Ph.

---

68. No. 1668 b. (Vol. III. p. 468.) (fere ex. anno.)

Io. Frisio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 b.

Amplissimo D. Ioanni Fris, nobilitati generis, doctrina, virtute et sapientia praestanti, Cancellario Regni Danici, patrono suo cum observantia colendo.

S. D. Amplissime Domine Cancellarie. Quanquam videri vel curiositas vel arrogantia potest, quod ad te, virum tali sapientia ac dilligentia in gubernatione praeditum, scribere de vestra republica constitui, tamen, quia tui[1]) ago causam literarum, sperabam te mihi veniam daturum esse homini scholastico, et saepe de scholis omnium nationum cum aliis colloquenti. Magna laus est inclyti regis, quod Academiam Hafniensem instauravit et ornavit[*]). Sed in tanti regni amplitudine non solum ea schola summarum artium opus est, sed etiam in oppidis ludi, ut vocantur, particulares restituendi sunt, ut maior sit frequentia discentium. Nam et ad Ecclesias erudiendas et ad multa civilia negotia magna multitudine mediocriter literatorum[2]) opus est. Intelligo autem pueriles scholas oppidorum collapsas sive propter

1) In *tui* suspicor mendum.

*) Academia Hafniensis fundata anno 1478., instaurata postea a Christiano III., Rege. Ioannes Fris, eius cancellarius, commemoratur in Epistola Bugenhagii ad Regem d. d. Mittwochs nach Elisabeth (i. e. d. 21. Nov.) 1537. (vid. Schumacher l. l. Vol. I. p. 10.), ubi Bugenhagius dicit, se de visitatione Ecclesiarum et Scholarum in Dania ad Frisium retulisse. Ex ep. Melanth. ad Vitum d. 5. Aug. 1537. intelligitur, Bugenhagium eo anno vocatum esse in Daniam, ut scholam Hafniensem restitueret et instauraret, quare haec ep. anno 1537. scripta videtur.

2) Cod. *literarum.*

bellum sive quod vulgus 8) commoda sacerdotiorum iam despiciat, et putet nondum restituta esse. Itaque rogatus sum, ut ea de re ad inclytum regem scriberem. Breviter autem admonui inclytum regem in his literis, quas nunc mitto, nec arbitror longa oratione apud te opus esse, cui optime nota est amplitudo regni Danici. Et vides ad posteros horribilem vastitatem in Ecclesiis, barbariem in civilibus negotiis futuram esse, si desierint mediocriter literati gubernatores. Nec alia ratio est constituendarum literarum nisi ut in oppidis constituantur scholae et pueri revocentur ad literas. Qua in re etiam pauperum liberis consuli potest, qui veteri more colligunt stipem. Audi quid acciderit in Saxonia nostra. Cum videret princeps scholas esse minus frequentes, quia pulsis erroribus mendicis nec scholasticis peregrinis concedebatur ut mendicarentur, dux Saxoniae edictum proposuit, ut scholasticis peregrinis rursus concederetur ut mendicarent, idque voluit recitari pro concione ad pauperes confirmandos, ut liberos mittant in oppida discendi causa. Hoc edictum profuisse studiis comperimus. Disputarem prolixius de tota re, nisi scirem te ipsum pro tua sapientia perspicere omnia, quae in hac causa dici possunt, quae profecto tanta est, ut mihi saepe veniat in mentem dicti Periclis: rem facile perfici posse edictis regis et concionatorum adhortationibus et tuo consilio. Via tantum iudicanda est quomodo stipendia constituantur, ita ut aliqua pars sumatur ex aerariis Ecclesiasticis, reliqua solvant scholastici non mendicantes. Sed via tibi satis nota est. Pueritiam in civitatibus negligere perinde est ac ex anno ver tollere. Profecto ver ex anno tollunt, qui scholas collabi sinunt, quia sine his conservari relligio non potest. Et ingentes tenebrae in tota civili societate sequuntur omissis literis. Est autem vestrum, quod sedetis ad gubernacula, etiam posteritati prospicere. Ideo te propter Deum et propter patriam tuam et propter Ecclesiam, quae est altera patria, oro et obtestor, ut hanc curam suscipiatis restituendarum puerilium scholarum in oppidis. Hoc officium Deo gratissimum erit, et in tota patria optimi cuiusque benevolentiam erga te augebit. Deus hanc rem provehat, quae profecto ad Ecclesiam plurimum pertinet. Bene et feliciter vale.

Philippus Melanthon.

8) Cod. Paris. uriaea, mendose.

ANNO 1538.

69. No. 1648 b. (Vol. III. p. 485.) 6. Febr.

Io. Cellario.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 a.

Egregia pietate et doctrina praedito, D. Iohanni Cellario, concionatori Ecclesiae Budissensis, suo amico,

S. D. Mitto tibi literas, ut opinor, a Senatu Francofordensi scriptas. Etsi autem earum argumentum non satis scio, tamen peti existimo, ut adventum matures. Mihi scribit D. *Michael* 1), Syndicus Nordhusanus, decretos tibi esse aureos quadraginta in sumptum itineris. Quantum poteris facies ut commoditate tua animos eorum magis tibi devincias et augeas benevolentiam. Quod profecto nulla privata causa faciendum puto. Sed propter Evangelium Pauli more omnibus omnia fieri nos decet. Sed Budisinae Ecclesiae celibem ministrum invenire non possum. Iam agitur conventus in Cervetia, urbe nobis vicina. Litigant enim inter se *Moguntinus* et noster princeps de quadam iurisdictione in Salinis. Fuit hic *Landgravius*, qui secum duxit concionatorem *Dionysium*, expolitum, ut mihi videtur, in aula et factum moderatiorem illa philosophia aulica. Sed haec coram. Bene vale. Mittwoch post festum purificationis 1538.

Philippus.

70. No. 1692 b. (Vol. III. p. 549.) 2. Iul.

Seb. Hellero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54 a.

Doct. Sebastiano Hellero, Cancellario Principis Marchionis Georgii.

Cum adferretur vinum ab Illustrissimo principe missum domino Doctori *Martino*, impediebatur d. d. *Martinus*, quo minus aut Illustrissimo Principi aut vobis sua manu rescriberet. Adeo eum diarrhaea prostraverat *). Iussit igitur, ut suo

1) Medenburg.

*) Acceperat Lutherus iam mense Maio, vel Aprili anni 1538. vinum a Georgio Marchione, quod in epist. ad Hellerum d. d. 12. Maii (apud de Wett. T. V. p. 108.) laudat ut corpori et valetudini optime conveniens. Videtur ea laude Marchio permotus esse, ut altera vice vinum mitteret.

nomine responderem, et primum Illustrissimo Principi, deinde et vobis gratias agerem. Facitis amanter et pie quod his officiis exhilaratis eum conflictantem, ut ego scio, singularibus tentationibus. Etsi enim in his publicis discordiis magna est iudiciorum varietas: tamen illud constat, multas magnas et bonas res et Ecclesiae necessarias in doctrina christiana ab illo patefactas esse. Et habet heroica *πάθη*. Scitis autem quomodo Christus commendaverit nobis bonos doctores Ecclesiae, ac iis praecipue, qui respublicas gubernant. Quare et ipsius et meo nomine ago gratias, quod tam officiose eum Illustrissimo Principi commendastis, nec dubito, quin Deus pietatem et principis et vestram erga Ecclesiae doctores ornaturus sit amplissimis praemiis; quod ut faciat, ex animo oro vosque ut servet ad reipublicae utilitatem incolumes. Bene valete. Dominica festo Visitationis S. Mariae, 1538.

---

71. — — (Vol. III. p. 610. post ep. 1753.). 23. Nov.

Ambr. Moibano.

Epistolam ad Moimbanum, quam dedimus in Ian. 1539. Vol. III. pag. 632. inveni descriptam in cod. Paris. D. L. 54[a]., ubi in fine addita sunt haec: „Bene vale. 23. Novembris, Vitebergae anno 1538." — Caeterum in textu, quam dedimus lin. 9. cod. Paris. habet *redit* pro *rediit*, et lin. 18. *petet* pro *petit*.

ANNO 1539.

72. No. 1770[b]. (Vol. III. p. 634.) 20. Ian.

Matth. Aucto.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

Clarissimo viro, et doctrina et virtute egregia praedito, D. Matthaeo Aucto, Medicinae doctori, amico suo,

S. D. Scio te, virum excellenti eruditione et sapientia praeditum, studiose colligere omnia, quae in his publicis aerumnis ad leniendam animi moestitiam et in coelesti doctrina et in philosophia tradita sunt. Vetus versiculus mihi saepe venit in mentem, qui Graecis bellum Peloponnesiacum et pestem denunciant: ἥξει δωριακὸς πόλεμος καὶ λοιμὸς ἅμ' αὐτῷ. Pene similia nunc videmus, ἥξει τουρκικὸν πόλεμον καὶ λοιμὸν ἅμ' αὐτῷ. Sed nos quidem, qui scimus Ecclesiam Dei mansuram esse, etiamsi magnis mutationibus concutietur orbis terrarum, frangi animis non oportet. Non enim constituet Turcica barbaries αἰώνιον μοναρχίαν. Quare sicubi possumus iuventuti consulamus, ne posteritati desint semina doctrinarum. Commendo igitur tibi hunc adolescentem *Henkelium*, qui ait, se tibi a patruo commendatum. Est ingenio bono et ad literas idoneus, ac usui futurus reipublicae, cum aetate processerit. Rogo igitur te etiam atque etiam, ut eum adiuves. Moveare et *Henkelii* memoria et cogitatione aerumnarum patriae adolescentis. Dissuasi ei iter in patriam, sed, ut apud Virgilium Aeneas inquit: *vincit iter durum pietas!* ita adolescens desiderio parentum afficitur tanto, ut retineri noluerit. Sed tamen tuo consilio eum uti iussi. Bene vale. D. *Moibano* scripsi de Caesare Carolo *θαυμαστά*. 20. Ianuarii.

P. M.

---

73. No. 1770[c]. (Vol. III. p. 634.) (30. Ian.)

And. Osiandro.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

Egregia doctrina, virtute et pietate praedito, D. Andreae Osiandro, amico chariss.

S. Iure expostulas mecum quod in scribendo sum negligentior, maloque culpam agnoscere quam inepte excusare, etsi non falso praedicare possum, huius generis officia saepe impediri meis miserrimis non tantum occupationibus, sed aerumnis. Tu autem quodlibet aliud potius in causa putes, cur interdum non respondeam, quam voluntatis mutationem. Coepi te diligere ante multos annos propter excellentem doctrinam, iudicii gravitatem, voluntatem rectam, denique propter pietatem. Auxerunt amorem multa tua officia et haec nostra communis philosophia, qua uterque delectatur. Videor mihi quadam naturae similitudine ad amorem tui invitari, quod tu ex genesi melius iudicabis. Haec non putes mihi excidere posse ullo unquam tempore. Semper enim durat amor ex virtutis opinione ortus. De republica soleo fere omnia ad *Vitum* scribere. Nunc ad conventum proficiscar Francofordiam, quod felix faustumque

sit, unde ad te scribam copiosius. *Mezentius Brunsvicensis* quid conetur audisse te opinor; et *Vito* scripsi, vel significavi potius. Deus servet nostros, qui qualescunque sint tamen Christi Ecclesiam tuentur, et doctrinam piam extingui nolunt. Id officium scimus Deo gratum esse. De *Lutheri* genesi dubitamus. Dies est certus, hora etiam pene certa, mediae noctis ut ipsam matrem affirmantem audivi. Anno puto esse 1484. Sed plura themata posuimus. *Gauricus*[1]) probabat anni 1484. thema. Bene vale. Datae cum iam iter ingrederemur.

Phil. M.

---

74. No. 1788 *b*. (Vol. III. p. 672.). 26. Mart.

Io. Rivio.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

Io. Rivio.

S. Lucent ingenia in genere orationis. Etsi autem mediocri sum iudicio, tamen illam Atticam formam sermonis, qua uteris, valde amo, quae quidem et ingenii raritatem significat. Ideo te semper amavi et feci plurimum. Gaudeo autem meum de te iudicium confirmatum esse humanissimis sermonibus *Cellarii*, qui mihi fidem et candorem tuum ita praedicavit, ut affirmaret, se neminem amicum habere interiorem ac fideliorem. Vides, mi Rivi, quo in statu sit respublica. Quanquam enim optarim ab iis, qui se vocant Ecclesiarum antistites, recte curari Ecclesias, foveri studiosos piae et sincerae doctrinae, consuli pastoribus egentibus: tamen comperi tot iam annis, praecipue hoc ab iis agi, qui adversantur verae doctrinae, ut deletis rebus bonis et interfectis multis honestis viris confirment scientiam malorum et suam potentiam stabiliant. Quare etsi solent in tanta hominum imbecillitate multa in dissensionibus civilibus incidere utrinque, quod nollemus: tamen hoc genus doctrinae, quod sonat in Ecclesiis nostris, et hunc qualemcunque statum tuendum vel fovendum potius iudico. Et quanquam agnosco imbecillitatem nostri gregis, sumus enim vere, ut ait Christus, *μικρὸν ποίμνιον*, tamen scholasticus ordo semper plurimum Ecclesiis profuit. Quare quod tanta fide et sedulitate adiuvas Ecclesias, et probo et gaudeo. Ubia[1]) est ubique Christi et vera Ecclesia; huic serviam ubicunque potero, meaque consilia cum tuis et similium sententiis coniungam. Si colloqui licebit, ut spero, copiosius, et de studiis et de aliis honestis rebus commentabimur. *Iohannem Cellarium*, virum bonum et, ut semper iudicavi, moderatum tibi commendo[2]). Bene vale. Die Martii 26.

---

75. No. 1812 *b*. (Vol. III. p. 711.). (22. Maii.)

N. N.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

Amico.

Nisi rursus abduceremur Lipsiam, ad vos expatiatus essem, ut nobis historiam conventus Francofordiani narrarem, etsi bonam partem ex Marchione vos audivisse non dubito. Multa tamen de exterarum nationum studiis ac voluntatibus commemorare possum, quae literatis notiora sunt quam principibus. Nunc tibi commendo *Georgium Aemilium**), honestum et pium iuvenem et conferentem ingenii venam ad ornandas res sacras, quia nuper edidit pia et venusta poëmata, etiam iudiciis gravissimis doctorum ad Rhenum probata, eaque dedicavit *Georgio* principi Anhaltino; quaerebat enim eruditum patronum, qui de scriptis iudicare posset. Tales digni sunt principum favore et liberalitate: et scis ad bonorum principum officium pertinere, ut autoritatem et facultates conferant ad literarum conservationem. Nam Ecclesia sine literis conservari non potest. Excipies igitur *Aemilium* amanter et eum principi Georgio commendabis. B. V.

---

1) Rectius fortasse: Gauricus.

1) Sic cod., sed mendosè. Videtur etiam aliquid praetermissum esse.

2) Is anno 1539. vocatus est primum Misniam. Vid. omnino Lutheri et Mel. epist. ad Io. Fridericum Principem Electorem d. d. 1. Maii 1539. (apud de Wett. T. V. p. 184.).

*) Cf. etiam Lutheri ep. ad Ioannem, principem Anhalt. dat. d. 20. Maii 1539., in qua Aemilium commendat. (apud de Wett. T. V. p. 182.).

76. No. 1829[b]. (Vol. III. p. 743.) 9. Iul.

Seb. Hellero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

D. Sebastiano Hellero, Cancellario Principis Marchionis Georgii.

Amplissime domine Cancellarie. Meministi historiam Evangelii, in qua quispiam vocatus ad Ecclesiam negat, se venire posse, quia duxerit uxorem. At *Gregorius Burmannus* ideo duxit uxorem, ut animum totum ac liberum a turpitudine dedicare possit piis studiis et aliquando utiliter servire Ecclesiae, quem ad finem praecipue piorum studia destinata esse debent. Duxit filiam sororis Doctoris *Hieronymi* et *Augustini*, puellam modestissimis moribus praeditam. Adhibuit amicos in consilium, ideo quaeso, ut vos quoque huic ipsius instituto foveatis. Profecto erit opus Ecclesiae piis et doctis hominibus. Ideo omnes, qui suam operam Ecclesiae offerunt, praesertim ingeniis valentes, complecti et adiuvare debemus. Deus politias constituit et servat, ut sit Ecclesia, et ut propagari notitia Christi possit. Quare hi, qui respublicas gubernant, etiam cura sua complecti eos debent, qui ad Ecclesias docendas idonei sunt, quos quidem scio avos singulari pietate iuvari. Commendo igitur vobis et hunc *Burmannum*. Poterit enim aetas eius usui esse in aliqua Ecclesia gubernanda. Bene valete. 9. Iulii 1539.

77. No. 1837[b]. (Vol. III. p. 761.) 13. Aug.

Seb. Hellero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

Doct. Sebastiano Hellero, Cancellario Principis Marchionis Georgii.

S. Quod *Burmannum* singulari benevolentia complecteris, collocas officium in virum bonum, modestum, et qui usui futurus est Ecclesiae*). Accepisset hic diaconi munus, nisi putasset futurum, ut a vobis vocaretur, et nunc offeruntur aliae conditiones. Itaque magnopere orat, sibi significari, quid de eo decreverit Princeps. Nisi enim ab aula vestra aut istuc vocatus aut adiutus fuerit, erit ei aliqua conditio in his regionibus accipienda. Haec scripsi Illustrissimo principi. Addidi et alias literas cuiusdam Hungari *Matthiae Devay*, viri optimi et bene docti, quem tibi commendo*). Hic Dei beneficio socrus et affinis recte valent. Bene et feliciter vale. Deus servet et gubernet te et totam tuam familiam. 13. Augusti.

*) Commendaverat Burmannum Hellero in ep. d. d. 9. Iul. 1539.

*) Idem a Luthero commendatur Hellero in epistola d. d. 25. Decbr. 1542. i. e. 1541. — Vid. de eo etiam ep. d. d. 7. Apr. 1537.

78. No. 1838[b]. (Vol. III. p. 762.) 25. Aug.

Senatui Oschatz.

† Ex autographo, a scriba scripto, cui autem Lutherus et Melanthon sua quisque manu subscripserunt, descripta a Ven. Bräunig, Diacono in oppido Oschatz, qui simul de argumento epistolae ex Actis Senatus Oschasiensis, in quibus haec epistola habetur, et ex libro Hofmanni („Historische Beschreibung der Stadt, des Amtes und der Diöces Oschatz." 1813. 8. 1. 2. B.) haec addidit: „Als am 15. „August 1539., an welchem Tage Abends die Visitatoren „Justus Jonas, Melchior von Creuz, Spalatin, „Caspar von Schönberg und Rudolph von Rechenberg von Döbeln nach Oschatz kamen, und die Re„formation in Oschatz ihren Anfang nahm, war Pleban oder „Erzpriester an hiesiger Stadtkirche M. Gregorius Ahrbach, der erst 1538. auf die genannte Stelle berufen war, „nachdem er 1537. das Pfarramt in Rochlitz niedergelegt „hatte, weil er sich zur Ausübung des evangelischen Gottes„dienstes, den die Herzogin Elisabeth daselbst einführte, „nicht verstehen wollte. Auch in Oschatz trat er aus gleichem „Grunde zurück, und an seine Stelle, da Anton Musa zu „kommen verweigert hatte, schlugen Luther und Melanthon „den Diakonus zu Torgau, Johann Buchner, vor. „Doch wollten sich auch die Unterhandlungen mit diesem zer„schlagen, indem er anfangs dem Stadtrathe nicht willkom„men gewesen zu seyn scheint, wie aus einem Briefe der Vi„sitatoren, ausgestellt Montags nach Bartholomai, erhellt, „wo es heißt: „Nachdem Ihr (der Stadtrath) uns in näch„sten euern Schriften angezeigt, daß euch der Ehrwürdige „Achtbare und Hochgelahrten Herrn Doct Martinus Luther „und D. (?) Philippus Melanchton D. J. ..nnem, Diacon „zu Torgaw, haben zu einem Superattendenten fürgeschla„gen, und doch Ihr deß Bedenken traget, wie es denn wei„ter in denselbigen euern Schriften uns angezeigt" rc. — „Schon im nächsten Briefe jedoch, datirt Mittwochs nach „Exaltationis Crucis 1539., kommt Jonas auf Buchnern „zurück, so daß dieser endlich nach mehrern Schriftwechsel mit „Jonas und Spalatin noch im J. 1539. zur Superintenden„tur in Oschatz gelangte. Buchner hieß eigentlich Heller; „er nannte sich aber Buchner, weil er aus Griza im soge„nannten Buchnerlande zwischen Thüringen, Franken, Hes„sen und der Wetterau stammte. Er war geb. 1491. und „starb 1564." — Ex hac narratione satis illustratur epistola Lutheri ad Ionam, data feria 6. post Bartholom. (d. 29. Aug.) 1539., quam habes apud de Wettium T. V. p. 203.

3.

Den Erbaren und weisen Herrn Burgermeistern und Rath zu Oschatz, unsern guten Freunden.

Gottes Gnad durch unsern Herrn Jesum Christum zuvor. Erbare, weise, gute Freunde. Auf Ewr Schrift fügen wir euch zu wissen, daß wir freundlicher guter Meinung bedenken, daß nicht nützlich sey, weiter bei dem würdigen Magister Antonio Musa anzusuchen, und ist solchs auch Euch zu gut bedacht, haben derhalben für gut angesehen, daß zu Ewr Kirchen und der Superintendentia berufst würde Er Johann *), Diaconus zu Torgaw, der ein frummer, stiller, vernünftiger, wohlgelarter Mann ist, und haben nicht Zweifel, ewr Kirch sey mit ihm sehr wohl bestellt, derwegen er auch Schrift an Euch hat, daß Ihr ihn hören mögt, und darnach davon schließen. Was nun Ewr Gemüth fürnehmlich seyn wird, das werdet Ihr den Herrn Visitatoribus zuschreiben, und so wir euch hierin weiter dienen können, sind wir zu Förderung Ewr Kirchen, Gott zu Lob, willig. Wollen Euch auch freundlich vermahnet haben, dieweil wir wissen, daß Ihr auch vor dieser Zeit Gottes Ehr gern gefördert, Ihr wollet Euch die Kirchen und das heilig Evangelion lassen befohlen seyn, wie unser Herr Christus geboten hat, und dafür so hohe Gnaden und Belohnung zugesagt, wie er spricht: ihr habt mich gespeiset ꝛc. Gott bewahr Euch, Datum Wittemberg 21. Augusti 1539.

Mart. Luther.
Philippus Melanthon.

---

79. No. 1898 [b]. (Vol. III. p. 876.) h. a.

N. N.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 64 [b].

Amico cuidam Phil. Mel.

S. D. Francofordiae cum essem in conventu Principum proximo vere, narrabat mihi *Andreas* Domini *Lascii* minister, commendatum mihi esse *Lascii* literis adolescentem Amsterdamensem, magnopere praedicans eius ingenium. Postea cum domum rediissem, etsi Lascii literae non erant allatae, tamen ad me venit *Arnoldus*, et exposuit studium suum erga me, simulque narravit, *Lascium* fuisse ad me scripturum. Etsi autem eius viri iudicium facio maximi; tamen audita oratione adolescentis nullam flagitavi aliam commendationem. Nihil est ipsa efficacius ad conciliandam benevolentiam. Detuli igitur ei mea studia atque officia liberaliter, recepissem etiam in aedes meas, nisi ipse militari more viverem extra meas aedes. Nec gravatim eum ad mensam admittam, cum primum ei locus erit. De studiis sum hortator ut ad Eloquentiae exercitationem adiungat philosophiam. Digna est enim ipsius natura quae expoliatur solida et perfecta doctrina. Et, ut audio, constituit se aliquando dedere arti medicae, quae est quasi fastigium philosophiae. Cum igitur optima cum spe versetur in iis literis atque artibus, quae cum ipsi erunt ornamento, tum etiam utiles caeteris, magnopere te adhortor, ut flagrantem honestiss. cupiditate discendi adiuves. Suavitas ingenii et morum tanta est, ut ipsum quoque literis magno decori futurum esse sperem. Nactus est facultatem non tantum discendi vulgarem Aristotelis philosophiam, sed etiam mathemata. Ideo sibi prorogari tempus discendi in iis locis rogat, in quibus cum caeteris artibus ac graecis literis mathemata traduntur. Postea medicae artis causa Italiam petere decrevit. Facies autem humanissime, si filio incitato rectorum studiorum amore gratificaberis. Idque ut facias te etiam atque etiam adhortor. Mea ei officia non defutura sunt ulla in re, quantum quidem praestare potero. Et si erit tranquilla Germania spero meam assiduitatem in schola huic quoque profuturam esse. Bene vale.

P. M.

ANNO 1540.

80. No. 1910 [b]. (Vol. III. p. 914.) 4. Ian.

Chph. Hofmanno.

Edita a Danzio in appendice epistolar. Stigelii, no. 8.

Christoph. Hofmanno, Pastori Ecclesiae Ienensis.

Etsi sum admodum occupatus, tamen *Petro* *) duas praefationes scripsi: alteram in Xenophon-

*) Johann Buchner.

*) Petro Brubachio, typographo Halensi in Suevia.

tem meo nomine*), alteram in tuos Commentarios de poenitentia**), quam volo ut legas. Scripsi nomine *Brentii*, quia volui quadam honorifica commemoratione praedicare *Pontanum*, quod spero te probaturum. Et tamen ita temperavi orationem, ut possis vel meum, vel *Brentii* nomen adscribere. Permitto igitur tuo iudicio, cuius nomine velis edi praefationem. Iussi nuntium, ut eam tibi exhibeat. Bene vale. 4. Ianuarii.

Nuntius portet *commentarium ad Titum*, quem probat *Lutherus*. Censeo *Petro* mittendum esse, ut excudat: nam nostri typographi tantum amant germanicos libellos.

---

81. No. 1910*. (ibid.) (4. Ian.)

Praefatio et Epist. nuncupator.

Praefatio et epistola nuncupatoria nomine Brentii scripta a Melanthone. Utraque praemissa est libro: „De poenitentia Commentariorum libri tres. Autore *Christophoro Hofmann*, Concionatore Ihenensi. Halae Suevorum ex officina Petri Brubachii. Anno Domini M. D. XL." fol. (In fine: „Halae Suev. ex offic. P. Brub. Anno millesimo quingentesimo quadragesimo, mense Februario.") — Vid. epist. ad Hofmannum d. 4. Ian. scripta.

(A. Praefatio.)

Philippus Melanthon. *Lectori S. D.*

Praecipuus in Christiana doctrina locus est de poenitentia, quem quia Deus hoc tempore repurgavit, ac restituit Ecclesiae suae veram de poenitentia doctrinam, nemo tam fero, nemo tam ferreo pectore esse debet, qui non agnoscat, Deo pro tanto beneficio gratias agendas esse. Non possunt enim ne adversarii quidem ipsi negare, doctrinam de poenitentia antea non solum obrutam, sed prorsus sepultam fuisse flagitiosis erroribus, qui partim obscurabant peccatum, et confirmabant vanissimam hypocrysin operum, partim tollebant e conspectu veram et firmam consolationem et portum conscientiae, videlicet doctrinam de fide. Etsi autem novum genus sophistarum exoriatur, qui inextricabiles labyrinthos et errores in superiorum temporum doctrina astute dissimulent, ac tolerabiliores interpretationes affingunt, tamen quia hac calliditate non student turbatas conscientias sanare, sed veterem impietatem defendere et confirmare, multum prodest, ut absurde et impie dicta Sententiariorum, velut perspicua veteris impietatis testimonia publice extent. Humanitatis quidem est, aliena errata non odiose exagitare, et eos, qui recte sentire cupiunt, intempestiva veteris mali exprobratione non perturbare. Sed si errores ita excusantur, ut non tam vetus superstitio confirmetur, quam nova pernicies Ecclesiae afferatur, certe in prospectum producendi et conspicui reddendi sunt, ut imperiti discant, quid cavere, quid vitare debeant. Quare sentio autorem horum commentariorum bonam operam navasse, quod non solum veram doctrinam de poenitentia, beneficio Dei Ecclesiae restitutam, erudite et pie explicet, sed etiam eorum scriptorum dicta, ex quibus prodigiosi errores orti sunt, diligenter recenseat et nominatim refutet. Quanquam autem Pontifices, Tyranni et eorum satellites hanc puriorem Evangelii doctrinam, quae rursus immensa Dei misericordia illuxit, crudeliter persequantur, tamen nos meminerimus officii, quod Deo debemus, filium Dei, ut Psalmus iubet, pio osculo reverenter excipiamus, hanc doctrinam grato pectore amplectamur, eamque velut depositum bona fide conservemus. Ad quam rem spero hos commentarios plurimum profuturos. Vale.

(B. Epistola nuncupatoria.)

Clarissimo viro, D. Gregorio Pontano Doctori Iuris, Cancellario Ducis Saxoniae Electoris, Ioannes Brentius S. D.

Lucet inprimis in politiis sapientia ac bonitas Dei, qui cum tueri institutam a se civilem societatem velit, subinde dat praestantes viros, qui sapientia et virtute fulciant aut restituant respublicas. Ita Solon Atticam civitatem concussam dissensionibus civium rursus erexit. Et Augustus legibus, iudiciis, praesidiis tranquillitatem Imperii Romani munivit. Nec in tanta humani generis contumacia perfici haec possunt sine ingenti labore ac coelesti auxilio. Quare praecipuum in terris decus est, in eo munere foeliciter versari. Sed ad id accedit longe maius et gravius onus, cum tales gubernatores non tantum civilia negotia re-

---

*) Ea haud dubie est praefatio ad Bellaium, quam habes num. 2051.

**) Vid. praefatio, quae statim sequitur simul cum epistola nuncupatoria ad Pontanum. Eam scriptam esse a Melanthone d. 4. Ianuarii, et diem epistolae nuncup. d. 8. Ian. additam esse a Hofmanno, vix est quod moneamus.

gunt, ut Solon et Augustus, sed etiam propugnant veram Relligionem, quales fuerunt Ioseph, Esaias, Ieremias et Daniel, qui cum intelligerent, politias debere esse hospitia coelestis doctrinae, ad curam regendorum imperiorum alteram maiorem adiunxerunt, ut relligiones emendarent. Ea vero illis ingentia certamina ac pericula peperit. Nam diabolus, ardens horribili odio Dei, facit impetum adversus tales viros, ubicunque potest, et instigat furiis Tyrannos et Epicureos sapientes, ut summa immanitate odii, ut armis illos persequantur. Itaque nullum est maius onus, quam verae religionis professio, ut cum caeterorum piorum supplicia, tum praecipue filii Dei afflictiones et cruciatus testantur. Hos cum caeteri mortales, tum vero maxime principes mundi, et qui ignari pietatis, sapientia excellunt, quid aliud quam καθάρματα ac piacula esse sentiunt? propter hos arbitrantur Deum toti rerum naturae irasci, propter hos negare terram fruges, et solem ac lunam pallescere clamitant. Ideoque, quantum possunt, annituntur, ut eos funditus deleant. Nec profecto pii, qui haec perspiciunt, perferre odia possent, nisi divinitus erigerentur, ac viderent, se organa ac milites esse filii Dei, bellum gerentis ἄσπονδον cum diabolo. Cum autem et te, *Pontane*, videamus in simili munere, ut Esaiam aut Danielem versari, hoc est, ad gubernationem reipublicae adiungere doctrinae coelestis propugnationem, convenit, ut gratias Deo agamus, quod dat nobis gubernatores reipublicae non solum sapientes, sed etiam pios, ac vota faciamus, ut filius Dei, qui donatus est nobis, destruat opera diaboli, te in sanctissimo munere tuo adiuvet. Quoties te stantem in corona principum et dicentem Christi causam contra tyrannos vidi, subiit animum imago Danielis sedentis inter leonum agmina, et cum de odiorum ac periculi magnitudine cogitavi, tum vero erexi animum meum iis consolationibus, quae nobis divinitus propositae sunt. Propheta Daniel significat multo etiam difficiliora certamina nobis impendere his postremis temporibus, quam qualia veterum fuerunt, sed magna consolatio nobis proposita est, quod spiritus sanctus expresse vocat pios ad hanc militiam, ne assentiantur Pontificibus impiis, qui in Ecclesia defendent εἰδωλομανίας, praedicit futura esse certamina ingentia, testatur Deo placere labores nostros, promittit etiam auxilium. Quare, quod facis, excesso animo contemnas odia et furorem sapientum Epicureorum, tibique gratulare hanc vocationem, quod in hanc stationem divinitus collocatus es, qua nulla est in vita augustior, in qua tibi praelucent exempla summorum virorum, Esaiae, Ieremiae et similium, teque ad perferendos labores hortantur, in qua custodes habes angelos, ac ducem filium Dei, qui conteret caput serpentis, cum quo praeliatur. Cum autem scirem te piis et eruditis scriptis maxime favere, (scis enim et eos, qui docent, suos labores debere cum vestris coniungere, ac curare, ut extet et ad posteros perveniat doctrina Evangelii recte explicata) volui, ut auspicio nominis tui hae conciones de poenitentia, a[1]) D. *Christophoro Hoffmann* erudite et pie scriptae, in publicum ederentur. Sperabam enim fore, ut tuo nomine plures ad lectionem invitarentur, simul etiam volui extare significationem observantiae et meae et aliorum quam tibi debemus. Et quia precibus adiuvare συναγωνίζοντας τῷ Εὐαγγελίῳ debemus, studium nostrum in hoc ponimus, ut te domino nostro Iesu Christo commendemus, quam oro, ut te Ecclesiae et Reipublicae servet incolumem. Bene vale. Ex Hala[2]) Suevorum, decimo Ianuarii. Anno M.CCCCCXL.

---

82. No. 1921 *b*. (Vol. III. p. 949.) 26. Ian.

Senatui (Wessaliensi).

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[4].

Cuidam Senatui (Senatui Wessaliensi.)

Non dubito vos pro vestra prudentia intelligere, quantum ad Ecclesiae et reipublicae gubernationem opus sit literis et doctrina. Ut autem nobis in scholis commendata est literarum propagatio, ita ad vos et caeteros, qui praesunt civitatibus, pertinet diligentia iuvandi pauperes Scholasticos, ut doctrina vitae necessaria conservari possit. Nec moneri vos de hoc officio vestro a nobis, qui scholas gubernamus, alienum est. Exposuit autem mihi adolescens quidam Wesaliensis, *Rudgerus Pistor*, se benigne a vobis adiutum esse hoc anno viginti taleris, ut vocant, ac vobis gratias agi meis

---

1) *a* addidi, quod excidit incuria typographi.

2) *Ex Hala* etc. adscripta fuisse a Hofmanno ex epistola Melanthonis ad eundem d. d. 4. Ian. h. a. perspicitur.

verbis voluit. Video adolescentem optimo ingenio et singulari modestia morum praeditum esse, ac usui futurum Ecclesiae aut scholis, si poterit diutius versari in literis. Sed queritur, se a parentibus propter angustiam rei familiaris adiuvari non posse. Ad nos igitur, tanquam publices parentes, confugiendum esse ducit. Vitam sibi acerbam fore adfirmat, si literas nunc in medio cursu deserere cogeretur. Ideo propter Christum orat, sibi rursus in hunc annum simile munus dari, quod ut faciatis, vos etiam atque etiam rogo. Id beneficium optime collocabitis, et haec tempora ita ferrea sunt studiosis ac literis ipsis, ut, nisi respub. pauperes scholasticos adiuvent, tristissima barbaries sequutura videatur. Aluntur facultatibus Ecclesiarum homines otiosi, illiterati, quas ad Scholasticorum necessitatem transferri oportebat. Magnopere igitur oro, ut huius vestri civis ingeniosiss. adolescentis rationem habeatis, eique opem feratis, incenso optimarum artium amore. Pro eo beneficio pollicetur perpetuam gratitudinem, et Deus hanc liberalitatem magni aestimat, ac remuneraturum se largiter pollicetur, cum ait: Amen dico vobis, qui dederit vel poculum aquae frigidae alicui ex minimis tanquam discipulo, (hoc est doctrinae studiosorum causa), accipiet mercedem. Et has eleemosynas praecipue flagitat a gubernatoribus reipublicae. Bene valete ac literas meas boni consulito. Datae die 26. Ianuarii anno 1540.

P. Melanthon.

---

83. No. 1956 b. (Vol. III. p. 1021.) 1. Maii.

Cph. Hegendorfino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[3].

Ad Christophorum Hegendorfinum.

S. D. Reversus ex conventu literas tuas accepi, in quibus nobiscum et de munere gubernandae Ecclesia Luneburgensis et de titulo Doctoris Theologiae deliberas. Gaudeo autem, te velut Ambrosium ex foro et ex iudicum subselliis ad Ecclesiae gubernationem accersitum esse. Neque enim ullum Deo gratius officium est, nullum honestius munus, quam in hac specula diligenter tueri doctrinam coelestem. Quare et D. *Lutherus* et ego magnopere te hortamur, ut morem geras Ecclesiae tuae, quae tibi τὴν ἐπισκοπὴν commendare cupit. Sed oportet te animum habere munitum adversus cachinnos Epicureorum, qui mirabuntur, te relicta arte quaestuosa tanquam ab equis, ut aiunt, ad asinos transire. His iudiciis oppones versiculum Psalmi: elegi magis inter infimos esse in domo Dei, quam in Palatiis impiorum. Habes de priore parte sententiam perspicuam utriusque nostrum.

De altera parte, videlicet de gradu, nos quidem arbitramur, nihil opus esse accessione novi tituli, cum antea ornatus sis eodem titulo, etsi in alia professione. Quorsum opus est sumptus facere, praesertim patrem familias, in re non magni momenti? Nam ad gradus reliquos post primam lauream adhuc mediocri pecunia opus est, et iter, et convivium multa absumunt, ut ad totum negocium conficiendum opus sit fere aureis centum. Deliberabis igitur, an tantos sumptus faciendos esse putes. Sed si omnino tui cives fortassis exempli causa postulant, ut is, qui praefuturus est Ecclesiis, etiam titulum habeat Theologiae Doctoris, non deerit eis nostrum officium. Ac praecipue te libenter hoc testimonio nostri iudicii ornabimus, cum extent tuae lucubrationes, ex quibus et de tua voluntate erga Ecclesiam et de eruditione iudicari potest. Socium promotionis hoc tempore nullum indicare possumus. Quare deliberabis, an aliud tempus expectare velis, an sine socio hos sumptus facere. Totam hanc rem tuo arbitrio permittimus. Caeterum quod ad nos attinet, et Ecclesiae vestrae et tibi libenter gratificabimur. Erit autem tui officii, suscepta Ecclesiae gubernatione, etiam scholas et rem literariam tueri. Vidimus autem scripta iuventutis vestrae luculenta, et hic quidam ex vestris scholasticis egregium specimen eruditionis suae nobis praebuerunt. Apparet igitur, praeceptores diligenter et bona fide suum officium facere. Sed intelligimus hypodidascalos admodum exiguas mercedes habere. Ideo te vehementer rogamus, ut et totam scholam commendes Senatui, et quantum potes autoritate tua perficias, ut mediocria et iusta stipendia eis constituantur. Hanc ad rem transferant aliqui ex redditibus sacerdotiorum aut monasterii. Scis enim scholas esse Seminaria et Ecclesiarum et aliorum civilium ornamentorum. Etsi autem illiterati harum rerum magnitudinem non satis intelligunt, tamen nostri officii est, quantum possumus excitare voluntates hominum ad harum rerum pulcerrimarum conservationem. Idque vere est

pugnare pro aris, ut olim dicebatur. Bene vale. Prima Maii 1540.

Ph. M.

84. No. 1967[b]. (Vol. III. p. 1021.) 4. Maii.

M. Marcello.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

Magistro Marcello.

Die proxima eundem est mihi Torgam, ut inde ad conventum proficiscamur. Ibunt nobiscum Ducis *Henrici* Dresdensis Theologi. His additus est *Pistorius* Iurisconsultus; inimicissimus doctrinae Evangelii. Sic miscent negotia et legatos *οἱ ἄρχοντες.* Pene exanimor cum cogito *τῶν ἀρχόντων πανουργίας καὶ συκοφαντίας.* Quare velim statues, longe me apud te malle versari quam apud illa *τέρατα ἔχοντα ὀνομάτων ἀρχόντων.* Veniam igitur cras ad te cum voles. B. V.

85. No. 1996[b]. (Vol. III. p. 1077.) (fortas. m. Aug. h. a.)

Matth. Collino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a]. — Videtur scripta quum Collinus adhuc Witebergae haerebat et edere volebat poëma in laudem gentis Bohemicae. Fortasse mense Aug. 1540. Rediit enim Collinus Pragam in autumno a. 1540. Vid. epp. d. 1. et d. 8. Oct. 1540. de eo scriptae.

Ph. ad Collinum.

Nuper ex quodam bono viro accepi, veteres Boemos in militiam proficisci volentes, solitos obstringi iuramento gravi ad haec duo potissimum, videlicet quod non essent templa depraedaturi et quod essent sexui muliebri et aetati puerili parcituri, nec ulla ratione eos violaturi. Quod ideo tibi duxi significandum, si quid scripseris de vestra gente, ut id quoque per occasionem inseras, si tibi videbitur. Mihi enim dignum esse memoria videtur.

[* Sed tacitus pasci si posset corvus haberet
Plus dapis et rixae multo minus invidiaeque.
Ioach. Cam. ad Victorinum, ut eum dehortaretur a confessione περὶ δείπνου.] *)

*) Haec uncis inclusi, quum putem, ea ad epistolam antecedentem non pertinere, quae non tota descripta esse videtur.

86. No. 2006[b]. (Vol. III. p. 1090.) 12. Sept.

Matth. Collino.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

Mag. Mattheo Collino in Academia Pragensi.

S. D. Gratum est mihi munus tuum, praesertim cum sciam, ab optimo animo proficisci. *χαρίτων γὰρ θυμὸς ἄριστος,* ut veteri proverbio dicitur. Tua lucubratio edetur, ut ad nundinas Lipsicas ad te mittatur. Protest exempli causa ad invitandos studiosos edere talia scripta, quare libenter addam praefationem *). De vestra valetudine nonnihil sum sollicitus. Si grassari lues nondum desiit, vellem vos expatiari in loca alia, ubi aër est salubrior. Apud nos Dei beneficio et salubritas est aëris et tranquillitas reipublicae, quam ut Deus tribuat studiis diuturnam opto. Certe Deus, pater liberatoris nostri Iesu Christi tegit Ecclesias suas. Mirabiliter tyrannus *Brunswicensis* a Deo profligatus est **). Bene vale. 12. Septb.

87. No. 2009[b]. (Vol. III. p. 1092.) 13. Sept.

Io. Agricolae.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

Ioanni Agricolae.

Cum nuper ad me gener tuus, honestissimus iuvenis epistolae tuae exemplum attulisset, respondi brevius quam pro tuae epistolae prolixitate. Videbaris enim iracundius scripsisse. Quare ne [1]) plus rixarum oriretur, placide respondi. Tu quo animo acceperis, si ita videbitur [2]), mihi significabis. Nunc rogatus sum, ut viduae causam tibi commendarem. Nosti totam familiam typographi

*) Est Collini carmen de latrone in cruce poenitentiam agente, quod prodiit a. 1540.

**) Seckendorf. in hist. Lutheran. ad ann. 1540. p. 800. haec habet: „In conventu Hagenoensi *Ericus* Dux Brunsvicensis, septuaginta annorum senex, paulo post quam sceniciae Sacramenti circumgestationi interfuisset Dysenteria correptus obierat."

1) *ne* scripsi pro *ut*, quod habet cod. Paris.

2) Cod. Paris. *videbas*.

vestri *Hans*[3]) Weisen[*]), et miserae viduae[4]) inopiam. Huic mulieri honestae et calamitosae plurimum spei[5]) est in tua pietate. Te rogat, ut impetrare te admonitore et interpellatore in aula possit, quod adhuc vel debetur ipsi, vel nescio cur sperat. Mihi enim res non est penitus nota. Sed quoque modo se res habet, non dubito, te ultro opitulaturum esse viduae et orphanis, et facturum omnia, quae in tali casu fieri decet. Scio ei non fuisse opus meis literis: sed tamen adsidue[6]) petenti dedi, ne[7]) viderer ipse non adfici calamitate tanta mulieris et orphanorum. Oro igitur propter Deum, ut eam adiuves et protegas. Notae sunt tibi omnes conciones divinae de pupillis et viduis iuvandis, ideo eas non recito. Sed ipsum me viduae nomen de Ecclesia et de Germania nostra admonet. Utraque vidua est. Quos enim habet defensores? Et convenit fortuna miseris[8]) germanicis communi nomine. Nam *Almana* Ebraeis viduam significat. Ut igitur Deus mitiget et Ecclesiae et Germaniae aerumnas, adficiamur nos quoque miseriis viduarum, et quantum suo quisque loco potest, adflictis opem ferat. Mitto tibi versiculos, quos in equo sedens in hoc itinere contexui, multa de[9]) communibus miseriis cogitans[10]). Bene vale. 13. Sept.

---

88. No. 2069ᶜ. (Vol. III. p. 1092.) 13. Sept.

Io. Mustero.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54ᵃ.

Egregia virtute ac doctrina praedito, Iohanni Mustero[1]) *Senatori Wesaliensi, amico suo,*

S. D. Humanissima vox est Homeri, qui ait hospitem viro prudenti fratris loco esse. Fecisti igitur honestissime, quod hunc *Nicolaum*, virum optimum et egregie eruditum, gravem annis, propter huius ferrei saeculi saeviciam errantem ac portum aliquem ultimae senectae quaerentem, amanter excepisti. Etsi autem nihil ei mea commendatione opus est, tamen quia rediens praedicavit officia, et flagitavit, ut ad te scriberem, gessi morem amico. Quare meas literas ut boni consulas te oro. De *Nicolao* magis decet, ut gratias tibi agam, quam ut adhorter ultro incitatum, ut pergas eum adiuvare. Nota enim est tibi huius suavissimi officii ratio.

Scis, Deum tales hospites omnibus commendare. Et hic vicissim magno usui vestrae civitati erit in docendis literis latinis et graecis. Nam et eruditione instructus est, et prudenter iudicat et non defugit scholasticos labores. Ac vidimus aliquot adolescentes, qui hoc magistro bene promoverunt in utraque lingua. Invitaverunt eum Dani, et poterat in Academia nostra mediocri commoditate vivere, sed propius esse patriae voluit, cuius desiderio senes ideo magis adficimur, quia tunc quasi praesagiunt animi, brevi hinc ad veram, perpetuam et coelestem patriam iter ingredientum esse. Etsi autem *Nicolai* ea est aetas, quae a temeritate aliena est, et amat reipublicae tranquillitatem, tamen opus erit ei Senatus patrocinio adversus quosdam feros homines, qui ei fortasse iniqui erunt propterea, quod pio quodam consilio abhorret a quibusdam superstitionibus. Ea in re si eius defensionem susceperis, rem facies piam et Senatore dignissimam. Ipse enim pro gravitate sua modeste tradet iuventuti in schola res utiles illi aetati, non irrumpet in alienas functiones, nec obstrepet aliis tribunicio more. Illud autem prodesset, concedi ei ut in templo publice traderet τὴν κατήχησιν rudibus, quod quidem vir talis modestissime facere potest. Quid tam senatorium est, quam Ecclesias et Scholas ornare? Quare hanc curam et cogitationem non gravatim suscipies. Bene vale. 13. Septembris anno 40.

P. M.

---

89. No. 2069ᵇ. (Vol. III. p. 1187.) (ex. Nov.)

Iac. Mycillo.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54ᵃ.

Iacobo Mycillo.

S. D. Etsi nondum hic inchoatae sunt publicae disputationes, tamen non vacavit mihi historio-

---

3) Apogr. *Ancis.*

*) Vid. ep. ad Weinlaub. no. 2009. — S. V. Wegscheiderus Weinlaubii epistolam, quae de eodem Weissio agit, retulit ad annum 1540., eumque sequutus sum. Sed fortasse rectius haec ad Agricolam et illa ad Weinlaubium epistola referuntur ad annum 1541., quum Agricolae anno 1540. Berolini tanta vix fuerit auctoritas, ut aliquid in aula efficere posset.

4) Cod. Paris. *viduam.*

5) Cod. Paris. *spes.*

6) *adsidue*] cod. Paris. *addere,*

7) *ne*] cod. Paris. *ut.*

8) *miseriis*?

9) *de*] cod. Paris. *et.*

10) Cod. Paris. *cogitare.*

1) *Munstero*?

lam vitae *Eobani* *) colligere. Nam initia conventuum et παρασκευαὶ nonnihil habent occupationum. Etsi autem exempla epicediorum, in quibus proprie funera poetarum deplorentur, extant, ut apud Theocritum, Ovidium, Statium: tamen existimo argumentum aptissimum esse laudationis, recitare vitae historiam, quae aliqua ex parte extat in ipsius epistola ad posteritatem. Et colligemus aliquid. Ac dicendum puto de ingenio, de studiis latinis et graecis, de facultate scribendi versus et solutam, de relictis monumentis, deinde de moribus honestissimis. Vixit maritus, abhorrens a turpitudine, candidus, rectus, tenax fidei, alienus a malevolentia: ideo nulla extant eius maledica poëmata. Pietas erga Deum. Magna laus et haec est, quod praecipue amavit pias materias, ut testantur Heroides ipsius. etc. Inchoavit et fastos, in quibus voluit complecti Christianam historiam. Sed plura colligam in sylvula, quam mittam. De epigrammatis, et περὶ μεταμορφώσεων alias scribam. B. V.

---

90. No. 2085[b]. (Vol. III. p. 1212.) 14. Dec.

Casp. Vollando.

† Ex apogr. in cod. Paris. D. L. 54[a].

*) Eobani Hessi, defuncti d. 5. Oct. 1540.

Clarissimo viro D. Casparo Vollando, D. Iuris, amico et affini carissimo,

S. Vere elegia est, quam misisti, hoc est iusta et gravis querela de Ecclesiis, quae quidem non obscure declarant animi tui pietatem. Itaque ad confirmandum animum tuum aliquod omnino rescribendum esse duxi. Si conventus quaerit aliqua remedia publicorum dissidiorum, grati utamur isto beneficio. Sed, mi Vollande, Ecclesia semper magis privatorum studiis propagata et conservata est, quam regum deliberationibus, quae plerumque religiones inflectunt ad suas utilitates. Et promisit Deus, se defensurum esse Ecclesiam, ne funditus intereat. Hac spe potius nos sustentemus in his periculis quam conventuum promissis, nec frangamur animis, nec ab officio abducamur. Nostros liberos, nostros cives suo quisque loco hortetur, ut filium Dei audiant, sicut inquit pater coelestis: hunc audite! et studeant συναγωνίζεσθαι τῷ εὐαγγελίῳ. Si hic spectator esses deliberationum, quae ab adversariis habentur, quam detestareris sophisticam γοητείαν. Cudunt, recudunt articulos, ut suos errores fuco aliquo unctos utcunque excusent. Sed de his actionibus scribam aliquanto post plura. Bene vale. Die 14. Decemb. 1540.

P. M.

ANNO 1541.

Hanc epistolam serius missam hoc loco addidi.

91. No. 2151[b]. (Vol. IV. p. 111.) 1. Mart.

Iusto Menio.

† Ex autographo Mel. mihi benevole misso a Clariss. Mayerhoff, Berolinensi.

Viro optimo D. Iusto Menio Pastori Ecclesiae Isennacensis, amico suo cariss.

S. D. Dei beneficio, incolumes venimus Witebergam. Familiae et nostrae et amicorum recte valent, Tantum meus minister aegrotat, consumptus tabe seu marasmo ut mihi videtur. *Francisco* non dubito curae fore tuum negocium, sed tamen ad eum scripsi, τὰ δίκαια flagitans, ut laborum tuorum sanctissimorum ratio habeatur. Velim te mihi significare, quid respondeat aula. Nam, si opus erit, coram res agenda erit, cum iter ad conventum faciemus. Mitto tibi proximae disputationis Wormaciensis sententias et hic agitatas, profecto eruditius, quam istic explicabantur. Addidi et oratiunculam de architectis fucosarum conciliationum. Nam postquam huc redii, quaedam rescivi de Alcibiadeis quorundam rescivi de Alcibiadeis quorundam consiliis *), quae Wormaciae nondum noram. *Lutherus* respondet τῷ τυράννῳ Brunsvicensi. Si proficiscar ad conventum, habebis a me literas. Totam disputationem Wormaciensem principi germanice vertimus. Bene vale. Cal. Martii 1541.

Philippus Melanthon.

---

*) Buceri et Landgravii Hassiae consiliis.

HALIS SAXONUM

EX OFFICINA GEBAUERIA.